Lv-V-1

BB inc 2

inc. BB-SL-88-

~~BB-SL-III-6~~

BIBLIOTECA BALEAR
Mª DE LOS SS. CORAZONES

SENECA, Lucio Anneo. Opera philosophica . (Praec.) Seudo-Seneca: Epistolae Senecae ad Paulum et Pauli ad Senecam. De paupertate. Liber de moribus. De remediis fortuitorum. Proverbia. De quatuor virtutibus .-Seneca: Epistolae ad Lucillium. (Seq.) Marco Anneo Seneca: Suasoriae. Controversiae. Declamationes. Venetiis. Bernardinus de Choris. 31 octubre, 1492. Fol:
H.C.14594. BMC.V,466. Goff S-371.

OPVS SENECAE

Ad Usum P. D. Laurentij Rapo CR. Sti Cayetani Majoricarum
1730.

MISSIONARII SS. CC.

LVCI. ANNEI SENECAE AD LVCILLIVM EPITSOLARVM LIBER PRIMVS.

Epiſtola prima de colligẽda & amiſtẽda fuga tp̃ris:& nõ eſſe paupem cui etiã modicũ ſatis eſt.

i Ta fac mi Lucilli:uidica te tibi:& tẽpus quod adhuc aut auferebatur:aut ſurripiebatur:aut excidebat:collige & ſerua.Perſuade tibi hoc ſic eſſe ut ſcribo: quædam tẽpora ſurripiũtur nobis: quædã ſubducũtur: quædã effluũt. Turpiſſima tamẽ eſt iactura quæ p negligentiã fit:& ſi uolueris attẽdere: maxima pars uitæ elabitur male agẽtibus:magna nihil agẽtibus:tota aliud agẽtibus.Quẽ mihi dabis:qui aliq̃d præciũ tp̃ri ponat:qui diẽ æſtimet:qui itelligat ſe quotidie mori? In hoc eni fallimur: q̃ mortem nõ proſpicimus:magna pars eius iã præteriit:quicqd ætatis retro ẽ:mors tenet.Fac ergo mi Lucilli quod facere te ſcribis:oẽs horas cõplectere:ſic fiet:ut minus ex craſtino pendeas:ſi hodierno manu ieceris.dũ differtur uita trãſcurrit. Oĩa mi Lucilli aliena ſunt: tẽpus tantũ noſtrũ eſt.In huius rei nimis fugacis ac lubricæ poſſeſſionẽ natura nos miſit:ex qua expellitur quicũq; uult.& tanta ſtultitia mortaliũ eſt:ut q̃ minima & uiliſſima ſunt:certe reparabilia iputari ſibi cũ periere patiãtur.Nemo ſe iudicat quicq̃ debere:qui tẽpus accepit:cũ interi hoc unũ eſt: quod nec gratus quidẽ põt reddere.Interrogabis fortaſſe quid ego faciã:qui tibi iſta p̃cipio? fatebor ingenue qd̃ apud luxurioſum:ſed ſe diligentẽ euenit. Ratio mihi cõſtat ipenſæ. Nõ poſſum dicere me nihil pdere:ſed quod perdã:& quare:& quẽadmodũ dicã:cauſas pauptatis meæ reddã Sic euẽit mihi qd̃plæriſq;:nõ ſuo uitio ad iopiã redactis oẽs ignoſcãt:nemo ſuccurrit:qd ergo ẽ? Nõ puto paupem:cui q̃tulũcũq; ſupeſt:ſat ẽ.Tu tũ malo ſerues tua:& bono tpe uti ĩcipias.nã ut ui ſũ ẽ noſtris maioribus:Sera parſimõia ĩ fũdo ẽ.No.n.tñ mimũ ĩmo ẽ:ſed peſſimũ remãet.Vale.

Epiſtola ſecunda de mutatione locorum: & multiplicium uoluminum lectione uitanda: & de commendatione paupertatis ſi læta ſit.

e X his quæ mihi ſcribis:& ex his q̃ audio:bonã ſpem de te cõcipio:nõ diſcurris: nec locoꝝ mutatiõibus ĩquietaris: ægri animi iactatio iſta ẽ.Primũ argumentũ bene cõpoſitæ mentis exiſtimo poſſe cõſiſtere:& ſecũ morari.Illud aũt uide:ne iſta lectio multoꝝ auctorũ & oĩs generis uoluminũ habeat aliquid uagũ & inſtabile.Certis ĩgeniis imorari & ĩnutriri oportet: ſi uelis aliquid trahere:qd̃ĩ aĩo fideliter ſedeat. Nuſq̃ eſt qui ubiq; ẽ. In pegrinatiõe uitã agẽtibus hoc euenit:ut multa hoſpitia habeãt:nullas amicitias. Idẽ accidat neceſſe ẽ eis qui nullius ſe ingenio familiariter applicãt:ſed oĩa curſim & ꝓperãter tranſmittũt. Nõ prodeſt cibus nec corpori accedit:qui ſtatĩ ſumptus emittitur.Nihil æque ſanitatẽ ipedit:q̃ remedioꝝ crebra mutatio. nõ uenit uulnus ad cicatricẽ:in quo medicamẽta tentãtur: nõ cõualeſcit plãta:q̃ ſæpius trãſſertur: nihil tã utile ẽ:quod in trãſitu ꝑit.Diſtrahit aĩum librorꝝ multitudo,itaq; cũ legere nõ poſſis q̃tum habueris:ſat eſt habere quantũ legas.Sed mõ iquis hunc libꝝ euoluere uolo.mõ illũ. faſtidiẽtis ſtomachi ẽ multa deguſtare:q̃ ubi uaria ſunt & diuerſa coĩquinãt:nõ alunt.probatos itaq; ſemp lege & ſiquãdo ad alios diuerti libuerit:ad priores redi. Aliquid quotidie aduerſus pauptatẽ: aliquid aduerſus mortẽ auxilii cõpara: nec minus aduerſus cæteras peſtes. Et cũ multa pcurreris: unũ excerpe:qd̃illo die cõcoquas.hoc ipſe quoq; facio:ex pluribꝫ q̃ lego aliqd apprehẽdo.hodiernũ hoc eſt:qd̃ apud Epicuꝝ nactus ſum.Soleo eni & ĩ aliena caſtra trãſire:nõ tanq̃ tranſfuga:ſed tanq̃ explorator.Honeſta iquit res ẽ:læta pauptas.Illa uero nõ eſt pauptas:ſi læta eſt. Qui .n. cũ pauptate bene cõuenit:diues eſt.Nõ qui parũ habet:ſed qui plus cupit:paup eſt.Quid.n. refert quantũ illi ĩ arca,quãtũ ĩ horreis iaceat:quantũ paſcat:aut fœneretur:ſi alieno ĩminet:ſi nõ acquiſita:ſed acquirẽda cõputat? Quis ſit diuitiaꝝ modus q̃ris.Primus habere qd̃ neceſſe ẽ:pximus qd̃ ſat eſt. Vale.

Epiſtola tertia de modo eligendi & colendi amicum:& q̃ tam uitium eſt oĩbus credere q̃ nulli ſicut uel ſemper inquietum eſſe:uel ſemper quieſcere.

e Piſtolas ad me pferendas tradidiſti,ut ſcribis,amico tuo. Deinde admones me oĩa cũ eo ad te ptinẽtia cõicem:quia nõ ſoleas nec ipſe quidẽ hoc facere: Ita eadem epiſtola illũ & dixiſti amicũ & negaſti.Itaq; ſic priore illo uerbo quaſi publico uſus es:& ſic illũ amicum uocaſti:qũo omnes candidatos:bonos uiros dicimus:qũo obuios:ſi nomen nõ ſuccurrit: dominos ſalutamus.Sed ſi aliquẽ amicũ exiſtimas:cui nõ tantũdẽ credis quantũ tibi:uæhemẽter erras: & nõ ſatis noſti uim ueræ amicitiæ.Errat & ille qui amicũ in atrio quærit:in cõuiuio probat.Nullũ habet maius malum occupatus hõ:& bonis ſuis obſeſſus:q̃ q̃ amicos ſibi putat:quibus ipſe nõ eſt.Tu uero oĩa cum amico delibera:ſed de ipſo prius:Poſt amicitiã credendũ eſt: ante amicitiam iudicandũ eſt.Iſti uero p̃poſtere officia p̃miſcent:qui contra p̃cepta Theophraſti cũ amauerint iudicant:& nõ amãt cũ iudicauerint.Diu cogita an tibi in amicitiã aliquis recipiendus ſit;cũ placuerit ſieri:toto illũ pectore admitte:tã audacter cum illo loquere q̃ tecum.Tu quidẽ ita uiue:ut nihil tibi cõmittas:niſi quod cõmittere etiã inimico tuo poſſis.Sed quia iterueniunt q̃dã:quæ cõſuetudo fecit archana:cum amico oẽs curas:oẽs cogitatiões tuas miſce:fidelẽ ſi putaueris:facies. Nam quidã fallere docuerunt:dũ timẽt falli:& illi uim peccãdi ſuſpicãdo fecerũt.Quid eſt ergo? quare ulla uerba corã amico meo retrahã? Quid eſt? quare me corã illo nõ putẽ ſolũ? quidã quæ tãtum

BIBLIOTECA BALEAR. M.ns DE LOS SS.S CORAZONES 58

amicis cõmitte[illegible] sunt:obuiis narrant:& in quaslibet aures [illegible]aiõq; illos urit:exonet[illegible] quidam rursus etiã charis[illegible]noꝛ cõscientiã reformidãt:&si possent: r[illegible]e quidẽ sibi crediturꝰ iterius ꝓmũt oẽ secretum.ꝛeu[illegible]e faciendũ est. Vtrũq; .n. uitiũ est & oibus credere:& nulli. Sed alteꝛ honestius dixerim uitiũ:alteꝛ tutius. Sic utroſq; reꝓhendas:& eos qui semp iquieti sunt:& eos qui semp q̃e sciunt. Nã illa tumultu gaudẽs:nõ est idustria:sed exagitatæ mẽtis cõcursatio. Et hæc nõ est quies: q̃ mo[illegible]ũ oẽm molestiã iudicat:sed dissolutio & lãgor. Itaq; hoc qd apud Põponium legi: aio tuo mãdabitur:quidã adeo i latebras refugerũt:ut putent i turbido eẽ quicqd i luce ẽ. Inter se ista miscẽda sunt: & quiescẽti agendũ:& agẽti quiescendũ est. Cũ reꝛ natura delibera:illa dicet tibi se & diẽ feciſſe & noctẽ. Vale.

Epistola quarta de emendando aio:& cõponendo ad cõemptum mortis:& ꝙ magnæ diuitiæ sunt secundum naturam composita paupertas.

PErseuera ut cœpisti: & q̃tum potes, ppera: quod diutius frui emẽdato aio, & cõposito possis:frueris quidẽ etiã dum cõponis & dũ emẽdas. Alia tamẽ illa uoluptas ẽ quæ ꝓcipitur ex cõtẽplatõe mẽtis ab oi labe pure & splẽdide. tenes utiq; mẽoria:q̃tum senseris gaudiũ cum ꝓtexta posita sumpsisti uirilẽ trãssumpserit togã: & in foꝛ deductus es. Maius expecta:cum puerilẽ aium deposueris: & te in uiꝛ philosophia trãscripserit. Adhuc.n.nõ pueritia in nobis: sed qd est grauius puerilitas remanet. Et hoc quidẽ peius: ꝙ auctoritatẽ habemus senũ: uitia pueroꝛ tantũ:sed ifantium. Illi leuia:hi falsa formidãt:nos utraq;. Prospice mõ & itellige:quædã ideo minus timenda:quia multũ mœtus afferunt. Nullũ magnũ qd extremũ est:Mors ad te uenit:timenda est:si tecũ esse posset. Necesse est aut nõ ꝓueniat:aut ꝓtranseat. Difficile est iquis aium ꝓducere ad cõemptũ aiæ. Nõ uides q̃ ex friuolis causis cõtẽnatur:alius ante amicæ fores laqueo pepẽdit: alius se ꝓcipitauit e tecto:ne dominũ stomachãtẽ diutius audiret: alius ne reduceretur e fuga: ferrũ adægit i uiscera. Nõ putas uirtutẽ hoc effecturã: qd fecit nimia formido. Nulli põt secura uita cõtingere:qui de ꝓducenda nimis cogitat:qui iter magna bona multos cõsules nũerat. Hoc quotidie meditare:ut possis æquo aio uitã relinquere: quã multi sic cõplectũtur & tenent: qũo qui aq̃ torrente rapiũtur ꝓ spinas & aspa. Plæriq; iter mortis metũ. & uitæ tormẽta miseri fluctuant:& uiuere nolunt:& mori nesciũt. Fac iã tibi iucundã uitam:oẽm ꝓ illa solicitudinẽ deponẽdo. nullum bonũ iuuat habentẽ:nisi ad cuius amissiõem præpatus est aius. Nullus aũt rei facilior amissio est: q̃ quæ desiderari amissa nõ ꝓt. Ergo aduersus oia quæ accidere possunt ẽt potẽtissimis adhortare te & idura. De Põpeii capite pupillus & spado tulere sniam. De Crasso crudelis & isolens parthus. Caius Cæsar iussit Lepidũ Decio tribuno ꝓbere ceruicẽ:ipse Chereæ ꝓstitit. Neminẽ eo fortuna ꝓuexit:ut nõ tantũ illi minaretur q̃tum ꝓmiserat. Noui huic trãquillitati cõfidere: momento mare euertitur:eodẽ die ubi luserũt nauigia sorbẽtur. Cogita posse & latrõem & hostẽ admouere iugulo tuo gladiũ: ut ptãs maior absit. Nemo nõ seruus habet i te uitæ necisq; arbitriũ. Ita dico quisq; uitam suã cõtempsit:tue dominus est. Recognosce exemplũ eoꝝ qui domesticis insidiis pierunt: aut aperta ui:aut dolo:itelliges nõ pauciores seruoꝝ ira cecidisse:q̃ regum. Quid ad te itaq; q̃ potens sit quem times? cum id ꝓpter quod times:nemo nõ possit:aut si forte in manus hostiũ icideris uictor te duci iubebit:eo nempe momẽto quo duceris. quid te ipse decipis? Et hoc nunc primũ qd olim patiebaris intelligis. Ita dico ex quo natus es duceris. Hæc & huiusmodi uersando in aio sunt:si uolumus illũ ultimũ horã placidi expectare:cuius metus oẽs alias iquietas facit. Sed ut epistolæ finem ponã:accipe qd hodierno die mihi placuit: & hoc quoq; ex alienis hortulis sumptũ est. Magnæ diuitiæ sunt lege naturæ cõposita pauptas. Lex aũt illa naturæ: scis quos nobis terminos statuit. Nõ esurire:nõ sitire:nõ alegere:ut famem sitimq; depellas. Non est necesse supbis assidere liminibus:nec supciuilium graue:& cõtumelioſam etiã humanitatẽ pati. Non est necesse maria tentare:nec sequi castra. Parabile est:quod natura desiderat:& appositum paruo cõstat:& ad suꝑuacua sudatur. Illa sunt quæ togam cõterunt: quæ nos seneſcere sub tentorio cogunt: quæ in aliena littora ꝓpingunt: Ad manum est quod sat est. Qui cum pauptate bene conuenit: diues est.

Epistola quinta de uitanda hypocrisi:& nimia uitæ districtione.

QVod ptinaciter studes & oibus omissis hoc unũ agis:ut te quotidie meliorẽ facias & ꝓbo & gaudeo. nec tantũ hortor:ut pseueres:sed etiã rogo: Illud aũt te admõeo: ne eoꝝ more qui nõ ꝓficere sed cõspici cupiunt facias aliq̃ quæ in habitu tuo:aut genere uitæ notabilia sint. Aspeꝝ:icultũ:& intõsum caput:& negligentioꝛẽ barbã:& inductũ argẽto odiũ:& cubile humi positũ:& quicqd aliud abitiõem puersa uia seqtur:euita. Satis ipm nomen philosophiæ:etiã si modeste tractetur:iuidiosum est. Quid si nos hoium cõsuetudini cœpimus excerpere? itus oia dissimilia sint:frõs nostra populo cõueniat. Nõ splendeat toga:nec sordeat quidẽ. Nõ habeamus argentũ in quo solidi auri cælatura descẽderit. Sed nõ putemus frugalitatis idiciũ auro argentoq; caruisse. Id agamus:ut meliorẽ uitã seq̃mur q̃ uulgus:nõ ut cõtrariã alioquin quos emẽdari uolumus:fugamus a nobis:& auertimus. Illud quoq; efficimus:ut nihil limitari uelint nostri:dũ timẽt ne imitãda sint oia. Hoc primũ philosophia ꝓmittit:sensum cõem:humanitatẽ & cõgregatiõem: a qua ꝓfessiõe nos dissimilitudo sepabit. Videamus ne ista p q̃ admiratiõnẽ parare uolumus:ridicula & odiosa sint. Nẽpe ꝓpositũ nostꝝ est scdm naturã uiuere. Hoc cõtra naturã ẽ torq̃re corpus

suum & iaciles odisse muniãcias: squalorem a[illegible]petere & cibis non tantũ u[illegible]is uti: sed tetris & horridis qnẽadmodũ delicata[illegible]es desiderare:luxuriæ est:ita usitatas & non magno parabiles fugere:demẽtiæ ẽ frugalitatẽ exigit philosophia nõ pœnã. Potest autem esse non incompta frugalitas. Hic mihi modus placet. Temperetur uita inter bonos mores & publicos. Suspiciant omnes uitam nostram:sed & agnoscãt. Quid ergo:Eadem faciemus quæ cæteri. Nihil inter nos & illos intererit:Plurimũ dissimiles esse nos uulgo sciat:qui ispexerit propius:qui domum intrauerit nos potius miretur:quam supellectilem nostram. Magnus ille est qui fictilibus sic utitur quemadmodum argento:nec ille minor est qui sic argento utitur quemadmodum fictilibus. Infirmi autem animi est pati non posse diuitias. Sed ut huius quoq; diei lucellum tecum communicem:apud Catonem nostrum inueni cupiditatum:finem etiam ad timoris remedia proficere: Desines inquit timere:si sperare desieris. Dices quomodo ista tam diuersa pariter sunt:Ita est mi Lucilli cum uideantur dissidere coniuncta sunt:quemadmodum eadem cathena & custodem & militem copulat. Sic ista quæ tam dissimilia sunt pariter incedunt:Spem metus sequitur. Nec miror ista sic ire:Vtrunq; pendentis futuri animi est. Vtrunq; futuri expectatione solicitum. Maxima autem utriusque causa est:ꝙ non ad præsentia aptamur sed cogitatione in longiqua præmittimus. Itaq; prouidentia maximum bonum conditionis humanæ in malũ uersa est. Feræ pericula quæ uident fugiunt cum effugere securæ sunt. Nos & uenturo torquemur & præterito. Multa bona nostra nobis nocent. Timoris enim tormentum memoria reducit prouidẽtia anticipat nemo tantum præsentibus miser est. Vale.

Epistola sexta de malo spei & timoris & de efficatia exemplaris doctrinæ.

INtelligo Lucilli non emendari me tãtũ:sed trãsfigurari:nec hoc promitto iam aut spero:nihil in me supereſſe:quod mutandum sit. Quid ni ꝙ multa habeã quæ debeant corrigi:quæ extenuari:quæ attoli? Et hoc ipsum argumentum est in melius trãslati animi ꝙ uitia sua quæ adhuc ignorabat:uidet. Quibusdam ægris gratulatio fit cum seipsos ægros esse sentire. cupere itaq; tecum communicare:tam subitam mei mutationem: Tunc amicitiæ nostræ certiorem fiduciã habere coepisse mi illius uere quã nõ spes non timor:nõ utilitatis suæ cura diuellit:illius cũ qua homines mortuntur:pro qua moriuntur. Multos tibi dabo qui non amico: sed amicitia caruerunt hoc non potest accidere cum animos societatẽ honesta cupiendi par uoluntas trahit. Quid ni nõ possit? Sciunt enim ipsos omnia habere communia: & quidem magis aduersa. concipere animo non potes quantũ momenti afferte mihi singulos dies uideã. Mitte inquis & nobis ista:qnæ tãta efficacia expertus es. Ego uero cupio in te omnia transfundere: & in hoc gaudeo aliquid discere:ut doceam. Nec me nlla res delectabit licet eximia sit & salutaris:quam mihi uni scitutus sum:si cum hac exceptione detur sapientia:ut illam inclusam teneam: nec enunciem reiiciam. Nullius boni sine socio iucunda possessio est Mittam itaq; ipsos tibi libros:& ne multum operæ impendas:dum passim profutura sectaris:imponam notas:ut ad ipsa protinus q̃ probo & miror accedas. Plus tamen tibi & uiua uox & conuictus:quam oratio proderit. In rem præsentem uenias oportet. Primum quia homines amplius oculis q̃ auribus credunt. Deide quia longum iter est per precepta breue & efficax per exempla. Zenonem Cleantes non expressisset si eum tantummodo audisset:uitæ eius interfuit:secreta perspexit. Obseruauit illum:an ex formula sua uiueret. Plato & Aristoteles & omnis idiuersum itura sapientium turba plus ex moribus q̃ ex uerbis Socratis traxit. Methodorum & Hermacum & Polienum magnos uiros non schola. Epicuri:sed contubernium fecit. Nec in hoc te accerso tantum ut proficias:sed ut prosis. Plurimũ enim alter alteri conferemus. Interim quoniam diurnam tibi mercedulam debeo:quid me apud Hecatonem delectauerit dicam:quæris inquit quid profecerim? Amicus esse mihi coepit. Multũ proficit qui nunquã erit solus:scito hunc amicum oibus esse. Vale.

Epistola septima de fugiendo turbæ consortio.

QVid tibi uitandum præcipue existimẽ quæris turbam nõdum illi te tuto committeris. Ego certe cõfiteor imbecillitatem meam. Nunquam mores quos extuli refero. Aliquid ex eo qd compositi turbatur:aliquid ex his que fugani rediit:quod ægris euenit:quos longa imbecillitas usq; eo affecit:ut nunq̃ sine offensa proferantur. hoc accidit nobis quorum animi ex longo morbo inficiuntur. Inimica est multorum conuersatio. Nemo non aliquod nobis uitium aut commodat:aut imprimit:aut nescientibus allinit. Vtiq; quo maior est populus cui commiscemur:hoc periculi plus est. Nihil uero est tam damnosum bonis moribus:quã in aliquo spectaculo residere. Tunc enim per uoluptatem facilius uicia surrepunt. quid me existimas dicere auarior redeo:ambitiosior:luxuriosior:imo uero crudelior & inhumanior: quia inter homines fui. casu in meridianum spectaculum incidi lusus expectans & sales et aliquid laxamenti:quo ho

minum oculi ab humano cruore acquiescant. Contra est quicquid ante pugnatum est: miseri cordia fuit. Nunc omissis nugis mera omicidia sunt nihil habent quo tegantur: ad ictum totis corporibus expositi nunquā frustra mittunt. Hoc plærique ordinibus Paribus & postulaticiis ut in expeditione præferunt. Quid ni preferant non galea: non scuto repellitur ferrum: quo munimento arces: omnia ista mortis more sunt. Mane leonibus & ursis homines: meridie spectatoribus suis obiiciuntur. Interfectores interfectis iubent obiici: & victorem in aliam detinent cædem. exitus pugnantium mors est: ferro & igne res geritur. hæc fiunt: dum uacat arena. sed latrocinium fecit aliquis quid ergo meruit ut suspēdatur? Occidit hominem: quia occidit ille meruit ut hoc pateretur. Tu merusti ut miser ut hoc spectes? occide: ure: uerbera. quare tam timide icurrit in ferrum? quare parum audacter occidit: quare parum libenter moritur? Plagis agitur in uulnera: & mutuos ictus nudis & obuius pectoribus excipiunt: Intermissum est spectaculum: interim iugulētur homines ne nihil agāt. Age. Nec hoc quidem intelligitis mala exempla in eos redundare qui faciunt? Agite diis immortalibus gratias: q eum docetis esse crudelem qui nō potest discere: subducēdus populo est tener animus & parum tenax recte facile transitur ad plures. Socrati. Catoni: & Iellio: ex cutere mentem suam dissimilis multitudo potuisset: adeo nemo nostrum qui quum maxime eō cinamus ingenium ferre impetum uitiorum tam magno comittatu uenientium potest. Vnū exemplum aut luxurie aut auaritie: multum mali facit. Coniectot delicatus paulati eneruat & mollit. Vicinus diues cupiditatem irritat: malignus comes quis candido & simplici rubiginem suam affricuit. Quid tu accidere his moribus credis: i quos publice factus est impetus? necesse est aut imiteris: aut oderis. Vtrunq; autem deuitandum est. ne uel similis malis fias: quia multi sunt: ueue inimicus multis: quia dissimiles sunt. Recede in teipso quantum potes. Cum his uersare qui te meliorem facturi sunt. Illos admitte quos tu potes facere meliores. Mutuo ista fiunt: & homines dū docent discunt. Non est q te gloria publicandi ingenii producat in medium: recitare istis uelis: aut disputare: quod facere te uellem: si haberes isti populo idoneam mercedem. Nemo est qui intelligere te possit. Aliquis fortasse unus aut alter incidet: & hic ipse formandus tibi erit: instituendusq; ad intellectum tui. Cui ergo inquis ista didici non est quod timeas ne operam perdideris: si tibi dicisti: Sed ne mihi soli hodie didicerim: cōmunicabo tecum quæ occurrerunt mihi egregie dicta circa eundem fere sensum tria: ex quibus unum hæc epistola indebitum soluet: duo in antecessum excipe. Democritus ait. Vnus mihi pro populo est: & populus pro uno. Bene & ille quisquis fuit: ābigitur enī de auctore: cū quereretur ab illo quo tanta diligentia artis spectaret ad paucissimos peruenture. Satis sunt iquit mihi pauci: satis est unus: satis est nullus. Egregie hoc tertiū Epicurus: cum uni ex consortibus suorū scriberet: hec inquit: Ego non multis sed tibi: satis enim magnum alter alteri theatrum sumus. Ista mi luculli condenda in animo sunt: ut contemnas uoluptatē ex plurium assensione uenientem. Multi te laudant: & quid habes cur placeas tibi? Si is es quem intelligant: multi introsus bona tua spectent. Vale.

Epistola octaua de indulgentia corporis propri & turba hominum: & d' bona fortune sunt fugienda phida philosophanti: conscientia sua contento. propter ueram libertatem acquirendam ex seruitute animi impendenda philosophie discende & operande.

V me inquis uitare turbam: iubes secedere & conscientia esse contentū: ubi illa præcepta uestra quæ imperant in actu mori? quid ego tibi uideor interim suadere: in hoc me recondidi & fores clausi: prodesse pluribus possem: nullus mihi per ocium dies exit: partem noctium studiis uendico r: non uaco somno sed succumbo: & uigilia fatigatos cadentes q; i opere detineo. Secessi non tantum ab hominibus: sed etiam a rebus: & primum a rebus meis. Posterorum negotium ago: illis aliqua quæ possint prodesse conscribo. Salutares admonitiones, uelut medicamentorum utilium compositiões litteris mando: esse illas efficaces in meis ulceribus expertus? que & si persanata non sunt: serpere desierunt: Rectum iter quod sero cognoui & lassus errādo: aliis mōstro. Clamo uitare quæcūq; uulgo placēt: quæ casus attribuit ad oē fortuitū bonum: suspitiosus pauidusq; subsiste. Et fera & picis spe aliqua oblectāte decipitur. Mutiera ista fortunæ putatis? insidiæ sunt: Quis nostrum tutam agere uitam uolet: quantū plurimum potest ista uiscata beneficia deuitet: i qnibus. hoc quoq; miseremini fallimur quod habere nos putamus hæremus. In præcipitia cursus iste deducit. Huius eminētis uitæ exitus cadere est. Deinde nec resiste quidem licet cum cœperit transuersos agere fœlicitas. Aut rectis saltē: aut tenet fruere. Qui hoc faciunt non euertit fortuna: sed cernulat & allidit. hanc ergo sanam & salubrē formam uitæ tene: corpori tantum indulgeas: quātum bonæ ualitudini satis est. Durius ne tractandum est ne animo male pareat: cibus famem. sedet. potio sitim extinguat uestis arceat frigus: domus monimentum

sit aduersus infesta corporis. utrum cespes erexerit an uarius lapis gentis alienę nihil interest. Scito hominem tam bene culmo q a tecto tegi. Contemne omnia quæ superuacuus labor uelut ornamentum ac decus ponit. Cogita in te præter animum nihil esse mirabile: cui magno nihil magnum est. Si hoc mecum: si hoc cum posteris loquor: non uideor tibi plus prodesse: q cum ad uadimonium aduocatus descenderem: aut tabulis testamenti annulum imprimerem: aut in senatu candidato uocē & manū commodare mihi crede: qnihil agere uidētur maiora agūt: hūana diuina q tractant. Sed iam finis faciendus est: & aliquid ut institui pro hac epistola dependendum: id de meo nō fiet: adhuc Epicurum complicamus: cuius. hanc uocem hodierno die legi philosophiæ seruias oportet: ut tibi contingat uera libertas non diferetur in diem qui se illi subiecit & tradidit: statim circum agitur. hoc enim ipsum philosophiæ seruire liberras est. potest fieri ut me interroges: quare ab Epicuro tam multa benedicta referam potius: q nostrorum? quid est tamen quare tu istas Epicuri uoces putas esse non publicas q multi poetæ dicunt: quæ a philosophis aut dicenda ut dicta sunt. non attigam tragicos aut togatos nostros: habent enim hæc quoq; aliquid seuerita as: & sunt inter comædias & tragœdias media: quantum disertissimorum uersuum iter minimos iacet: q multa Publii: non excalceatis sed cothurnatis dicenda sunt unum eius uersum qui ad philosophiam pertinet: & ad hanc partem qui modo fuit i manibus referam: quo negat fortuna in nostro habenda. Alienum est omne quicquid optando uenit. hunc uersum a te dici non paulo melius: sed astrictius nemini. non est tuum. fortuna quod fecit tuum. Illud etiam nunc melius dictum a te non præteribo: dari bonum quod potuit: aferri potest: hoc non imputo in solutum de tuo tibi. Vale.

Epistola nona: q sapiēs se ipso contentus est ad beate uiuendum: non ad uiuēdū simpliciter.

An merito reprehendat in quadam epistola Epicurus eos dicunt sapientem seipso esse contentum. & propter hoc amico non indigere. desideras scire: hoc obiicitur Stilboni ab Epicuro & his quibus summum bonum uisum est animus impatiens: In ambiguitatem incidendum est: si exprimere affatim uno uerbo cito uoluerimus? impatientiam dicere: Poterit enim contrarium ei quod significare uolumus intelligi. Nos enim cum uolumus dicere: qui respuat omnis mali sensum. accipiet is qui nullum possit ferre malum. Vide: ergo num satius sit aut inuulnerabilem animum dicere: aut animum extra omnem patientiam positum hoc inter nos & illos interest. Noster sapiens uincit quidem inconmodum omne: sed sentit: illorum non sentit quidem. Illud nobis & illis comune est: sapientem seipso esse contentum: sed tamen amicum habere uult: & uicinum: & contubernalem: q̄uis sibiipse sufficiat. Vide q̄ sit se contentus. Aliquando sui parte contentus est: si illi manum aut morbus: aut hostis inciderit. Si quis occulum casu excusserit: reliquiæ illi suæ satisfaciet: & erit iminuto: corpore: & amputato tam lætus: q̄ integro fuit. Sed quæ sibi desunt non desiderat: non deesse mauult. Ita sapiens se contentus est: non ut uelit eē sine amico: sed ut possit. & hoc quod dico possit tale est: amissum æquo animo fert: sine amico quidem nunq; erit. In sua potestate habet quamcito reparet. Quomodo si perdiderit Phydias statuā: protinus alterā faciet. Sed hic faciēdarū amicitiarū artifex substituet alium i locum amissi. Quæris quomodo amicum cito facturus sit? dicam si illud mihi tecum conuenerit. Vt statim tibi soluam quod debe ā: & quantum ad hanc epistolam paria faciamus. Hecaton ait: Ego tibi mōstrabo amatorium sine medicamento: sine herba: sine ullius ueneficæ carmine. Si uis amari: ama: habes autē non tātum amicitie usum ueteris: & magnam uoluptatem: sed etiam initium & comparationem nouæ. Quod interest inter mentem agricolam & serentem: hoc inter eum qui parauit amicum & qui parat. At Thales philosophus dicere solebat: Iucundius esse amicum facere quam habere. Quomodo artifici iucundius est pingere quam pinxisse: illa in opere suo occupata solicitudo igens oblectatamētu habet in ipsa occupatione. Non æque delectatur qui ab opere perfecto remouit manum: iam fructu artis suæ fruitur: ipsa fruebatur arte cum pingeret. Fructuosior est adolescentia liberorum: sed infantia dulcior. Nunc ad ꝓpositum reuertamur: Sapiens etiam si contentus est se: tamen habere amicum uult: si ob nihil aliud ut excerceat amicitiam: ne tā magna uirtus iaceat. Non ob hoc quod Epicurus dicebat in hac ipsa epistola: ut habeat qui sibi ægro assideat: succurrat in uincula comecto uel inopi. Sed habeat aliquem cui ipse ægro assideat: quem ipse circumuentū hostili custodia liberet. Qui se spectat & propter hoc ad amicitiā uenit: male cogitat: quenadmodū cœpit sic desinet: parauit amicum aduersus ucula laturum opem cum primum crepuerit cathena discedet. Hæ sunt amicitiæ quas temporarias populus appellat: qui causa utilitatis assumptus est: tam diu placebit quamdiu uilis fuerit hodie florentes amicorum turba circumsedet. Circa euersos ingens solitudo est: & inde amici fugiunt ubi probantur. hac in re ista tot necessaria exapla sūt aliorum mœtu relinquentium: aliorum mœtu prudentium: necesse est ut initia inter se & exitus

congruant.Qui amicus esse cœpit quia expedit:placebit ei alio cum expedierit:& quo prodecium contra amicitiam:si ullum in illa placet pecium prætet ipsam.Inquies igitur amicum paro ut habeam pro quo mori possim:ut habeam qui mecum in exilium sequat:cuius me morti opponam & impēdam.ista quam tu describis negotiatio est:non amicitia:quæ ad comodum accedit:quæ quicquid cōsecuta sit expectat:Nemo dubie habet aliquid simile amicitiæ affectus amantium:possumus dicere illam esse insanam amicitiam.numquid ergo quisquam agat lucri causa?numquid ambitionis aut gloriæ? ipse per se amor omnium aliarum rerum negligens:animos in cupiditatem formæ:non sine spe mutuæ charitatis accendit. Quid ergo?ex honestiori causa cor turpis affectus.Non agitur inqs nunc de hoc:an amicitia propter se:an propter aliud sit expetenda.nam propter se ipsam expetenda est:potest ad illum accedere:qui seipso contentus est.quo modo ergo ad illā accedit?quomodo ad rem pulcherimam non lucro captus:nec uarietate fortūæ pertentus?Detrahit amicitiæ maiestatem suam:qui illam parat ad bonos casus:se contentus est sapiens.hoc mi Lucilli perperā plærique interpretātur.Sapientem undique submouent:& intra euntem suam cogunt.Distinguēdū est autem quid & quatenus uox ista promittat:se contentus est sapiens ad beate uiuendum:nō ad uiuendū. Ad multishoc illi rebus opus ē.Ad illud tantū animo sano & erecto & despiciente fortunam.Volo tibi Chrysipi quoq; distinctionem indicare.Ait sapientē nulla re indigere:& tamen multis illi rebus opus esse.Contra stulto nulla re opus est.nulla enim rescit uti nec uerbis sed omnibus eget.Sapienti & manibus & oculis:& multis ad cotidianum usum necessariis opus est .Sed eget nulla re:egere enim necessitatis est.Nihil autem necesse sapienti est.Ergo quis seipso contentus sit .amicis illi opus est:hos cupit habere q̄plurimos:non ut beate uiuat:uiuet enim etiam sine amicis beate. Summū bonum extrinsecus instrumenta non quærit:domi colitur:ex se totum est Incipit fortunæ esse subiectus: si quam partem sui foris quærit. qualis tamen futura est uita sapientis si sine amicis relinquatur in custodiam cōiectus:uel in aliqua gente aliena destitutus:uel in navigatione longa retentus:aut in desertum littus eiectus? qualis est iouis cumresoluto mundo:& diis in unum confusis.paulisper cessanteinatura acquiescat sibi cogitationibus suis trāditus.tale quidam sapiens facit:in se reconditur:secum est quamdiu quidem illi licet suo arbitrio res suas ordinari .se contentus est.& si dixerit uxorem:se contentus est:& liberos tollit:se contentus est:& tamen non uiuet si fuerit sine homine uicturus: Ad amicitiam fert illum nulla utilitas suase:nautara irritatio.nam ut aliarum nobis rerum innata dulcedo ē: sic amicitiæ quomodo solitudo in odio est:sic in dulcedine appetitio societatis.quomodo hominem homii natura conciliat sic inest huic quoq; rei stimulus:qui nos amicitiarum appetentes faciat.Nihilominus cum sit amicorum amantissimus cum illos sibi comparet.sæpe præferat.omne intra se bonū terminabit:& dicet quod Stilboni ille dixit.Stilbon quem Epicuri epistola insequitur.hic enim capta patria:amissis liberis:amissa uxore:cum ex incendio publico solus & tamen beatus exiret? Interogāti Demetrio:cui cognomen ab exitio urbium Poliorcetes fuit.Nūquid perdidisset?omnia inquit bona mecum sunt.Ecce uir fortis ac strenuus.ipsam hostis sui uictoriam uicit.Nihil inquit perdidi:dubitare illum coegit :an uicisset:omnia mea mecum sūt.Insticia : uirtus:tēperantia. prudentia:nihil enim bonum putare potui quod eripi possit.Miramur animalia quædam:que p medios ignes sine noxa corporum transeunt.quanto hic mirabilior uir qui per ferrum & ruinas & ignes illesus:& indemnis euasit.Videsquanto facilius sit totam gentem:q̄ unum uirum uincere:hæc uox illi ē cōmunis cum stoico æque & hic intacta bona per concrematas urbes fert.Seni ipso contentus est:hoc fœlicitatem suam sine designat.Ne existimes nos solos generosa uerba iactare:& ipse Stilbonis obiurgator Epicurus similem illi uocem emisit:quam tu boni consule etiam si hunc diem iam expunxi.Sicui tinquit sua non uidentur amplissima:licet totius muudi dominus sit.tamen miser est.Vel si hoc modo tibi melius enuntiari uidetur.Id enim agendum: ut non uerbis seruiamus:sed sensibus, miser est qui:se nō beatissimū iudicat:licet imperet mūdo: Vt scias autem hos sensus communes esse natura scilicet dictat apud poetam comicum iuenieies Non est beatus esse qui non putat.Quid enim refert qualis status sit:si tibi uidetur malus. Quid ergo inquis:si beatum se dixerit:ille turpiter dives:& ille multorum dominus:sed plurimum seruus.beatus suasententia fiet:non qud dicat :sed quid sentiat refert:nec quid uno die sentiat.sed qd uassidue.Non est autem quod uereāris:ne ad indignum res tanta perueniat:nisi sapienti sua nō placent.omnis stultitia laborat fastidio sui. Vale.

Epistola.x.de solitudine uitanda prudentibus:& de sinceritate orandi deum.

Ic est:non muto sententiam:fuge multitudinem:fuge paucitatem:fuge etiam unū. Nō habeo cum quo communicatum uelim:& uide quo iudicium abeat.Audeo te tibi cre

dere.Crates:ut aiunt huius ipsius Stilbonis auditor:cuius mentionem priore epistola feci:Cum uidisset adolescentulum secreto ambulantem:interrogauit:quid illic solus faceret.Mecum inquit loquor.cui Crates:Caue inquit rogo & diligenter attende:ne cum homine malo loquaris.Lugentem:timentemq; custodire solemus:ne solitudine male utatur.Nemo est ex imprudentibus qui relinqui sibi debeat.Tunc mala consilia agitat:tunc aut aliis aut ipsis futura pericula struunt.Tunc cupiditates improbas ordinant:tunc quicquid aut metu aut pudore animus celabat exponit:tunc audaciam acuit:libidinem irritat:iracundiam instigat. Deniq; quod unum solitudo habet commodum:nihil ulli committere:non timere iudicem:periit stulto:ipse se prodit.Vide itaq; quid de te sperem:immo quid spondeam mihi.Spes enim incerti boni nomen est.Non inuenio cum quo te malim esse:q̄ tecum.Repeto memoria:q̄ magno animo quædam uerba proieceris:quanti roboris plena:gratulatus sum protinus mihi:& dixi non ima summis labris ista uenerunt.habent hæc uoces fundamentum:iste homo non est unus e populo:ad salutem spectat.Sic loquere:sic uiue.Vide ne te ulla res deprimat.Votorum tuorum ueterum licet diis gratiam facias:alia deintegro suscipe roga bonam mentem:bonam ualitudinem animi:deinde tunc corporis.Quid ni tu ista uota sæpe facias:audacter deum roga.nil illum de alieno rogaturus:sed ut more meo cum aliquo munusculo epistolam mittam.Verum est quod apud Athenodorum inueni.Tunc scito esse te omnibus cupiditatibus solutum:cum eo perueneris ut nihil deum roges:nisi quod rogare possis palā. Nūc enim quanta clementia est hominum:q; turpissima uota diis insusurrant.Siquis admonerit aurē: conticescent:& quod scire hominem nolūt:deo narrant.Vide ergo ne hoc præcipi salubriter possit:sic uiue cum hominibus tanq̄ deus uideat.Sic loquere cum deo:tanq̄ homines audiant. Vale.

Epistola.xi.de inuincibilis uerecundiæ qualitate:& de imaginaria boni uiri præsentia.

1 Ocutus est mecum amicus tuus bonæ indolis:in quo quantum esset animi:quantum ingenii:quantum iam etiam profectus:sermo primus ostendit.dedit nobis gustum:ad quem respondebat:non ex præparato locutus est:sed subito deprehensus.ibi se colligebat uerecundia bonum in adolescente signum uix potuit excutere:adeo illi ex alto suffusus est rubor.hic illum quantum suspicor etiam cum se confirmauerit:& ex omnibus uitiis exuerit:sapientem quoq; sequetur.Nulla enim sapientia naturalia corporis:aut animi uitia ponuntur.quicquid infixum & ingenitum est:leuiter arte non uincitur.Quibusdam etiam constantissimus in cōspectu populi sudor erumpit non aliter q̄ fatigatis & æstuantibus solet.quibusdam tremunt genua dicturis.quorundam dentes colliduntur:lingua titubat:labra concurrunt.Hæc nec disciplina:nec usus unq̄ excutit:sed natura uim suam exercet:& illos uitio sui etiam robustissimos admonet. Inter hæc esse & ruborem scio qui grauissimis quoq; uiris subitus effunditur.magis quidem in iuuenibus apparet:quibus & plus caloris est:& tenera frons:nihilominus ueteranos & senes tangit. Quidam nunq̄ magis q̄ cum erubuerint timendi sunt:quasi omnem uerecundiam effuderint.Sylla tunc erat uiolentissimus:cum faciem eius sanguis inuaserat.Nihil erat mollius ore Pompeii:nūq̄ non coram pluribus erubuit utiq; & in concionibus Fabianum cum in senatum testis esset eductus erubuisse memini:& hic mire illum pudor decuit.Non accidit hoc ab infirmitate mentis:sed a nouitate rei quæ inexercitatos:& si non concutit:mouet naturali in hoc facilitate corporis pronos.Nam ut quidam boni sanguinis sunt:ita quidam incitati & mobilis & cito in os prodeuntis: hæc ut dixi nulla sapientia abigit:alioquin haberet rerum naturam sub imperio sui si omnia eraderet uitia.Quæcunq; attribuit conditio nascendi:& corporis temperatura:cum multū se diuq; animus composuerit hærebunt.Nihil horum uitari potest non magis q̄ accersiri.Artifices scænici:q̄ imitantur affectus:qui metum & trepidationem exprimunt:qui tristitiam repræsentant:hoc indicio imitantur uerecundiam.deiiciunt enim uultum:uerba submittunt:figunt in terra oculos'& deprimunt:ruborem sibi exprimere non possunt.nec prohibetur hic:nec adducitur. Nihil aduersus hæc sapientia promittit:nihil proficit.sui iuris sunt:iniussa ueniunt iniussa discedunt.Iam clausulam epistola poscit.Accipe equidem utilem & salutarem quam te affigere animo uolo: Aliquis uir bonus nobis eligendus est:ac semper ante oculos habendus ut sic tanq̄ illo spectante uiuamus & omnia tanq̄ illo uidente faciamus.hoc mi Lucilli Epicurus præcepit:custodem nobis:& pedagogum dedit:nec immerito.Magna pars peccatorum tollitur:si peccatori testis assistit. Aliquem habeat animus.quem uereatur:cuius auctoritate etiam secretum suum sanctius faciat.O fœlicem illum qui non præsens tantum factum:sed etiam cogitatus emendat.O fœlicem qui sic aliquem uereri potest:ut ad memoriam quoq; eius se componat.atq; ordinet.qui sic aliquem uereri potest cito erit uerendus.Elige itaq; Catonem:si hic uidetur tibi nimis rigidus elige remissioris animi uirum Lælium:elige eum cuius tibi placuit & uita:& oratio:& ipsius animū:ante te ferens & mul

tum illum semper ostende:uel custodem:uel exemplum. Quo[illegible]inq̃ aliquo ad quē mores nostri seipsi irrigā:nisi ad regulam:prauа non corriges. Vale.

Epistola.xii.de bono senectutis & commendatione seu excusatione ipsius:& q̃ in necessitate uiuere nulla necessitas est.

Vocunq; me uero:argumenta senectutis meæ uideo ueneram in suburbanum meum:& querebar de impensis ædificii dilabentis. Ait illicus mihi non esse negligentiæ suæ uitium:omnia se facere sed uillam ueterē esse.hæc uilla inter manus meas creuit.quid mihi futurum est:si tam putrida sunt ætatis meæ saxa? Iratus illi proximam occasionem stomachandi arripui. Apparet inq̃ has platanos negligi:nullas habent frondes:q̃ nodosi sunt:& retorti rami: q̃ tristes & squalidi trunci.hoc non accideret:siquis has circumfoderet:si irrigaret. Iurat per genium meum se omnia facere:in nulla re cessare curam suam:sed illas uetullas esse quod inter nos sit ego illas posueram:ego illarum primum uideram folium. Conuersus adianuam quis est inquā iste decrepitus & merito ad hostium admotus? foras enim spectat.unde istum nactus es? quid te delectauit alienum mortuum tollere? At ille non cognoscis me inquit? Ego sum Felicio cui solebas sigillaria afferre:ego sum philosti uillici filius delitiolum tuum perfecte inquā iste delirat:uetulus etiā delitiolum meum factus est? prorsus potest fieri dentes illi cum maxime cadunt. Debeo hoc suburbano meo quod mihi senectus mea.quocúq; auerteram apparuit. Complectamur illam & amemus:plena est uoluptatis si illa scias uti. gratissima sunt poma cum fugiunt:pueritiæ maximus in exitu decor est. deditos uino potio extrema delectat:illa quæ mergit:quæ ebrietati summam manum imponit. Quod in se iucundissimum hominis uoluptas habet.in finem sui differt. Iucundissima est ætas deuexa iam non tantum præceps:& illam quoq; in extrema tantum regula stantem iudico habere suas uoluptates:aut hocipsum succedit in locum uoluptatum nullis egere quā dulce est cupiditates fatigasse ac reliquisse. Molestum est inquis mortem ante oculos habere. Primum ista tam seni ante oculos debet esse quā iuueni. Non enim citamur excessu. Deinde nemo tam senex est:ut non improbe unum diem speret. Vnus autem dies gradus est uitæ:tota ætas partibus cōstat:& orbes habet circunductos maiores minoribus. Est aliquis qui omnes complectatur & cingat:hic pertinet a natali ad diem extremum. Est alter qui annos adolescentiæ excludit. Est qui totam pueritiam ambitu suo astringit. Est deinde per se annus in se omnia continens tempora:quorum multiplicatione uita componitur:mensis arctiore præcingitur cingulo. Angustissimum habet dies gyrum:sed & hic ab initio ad exitum uenit:ab ortu ad occasum. Ideo Heraclitus cui cognomen Scotinon fecit orationis obscuritas. Vnus inquit dies par omni est. hoc alius aliter accepit. dixit enim parem esse horis:nec mentitur. Nam si dies tempus est uigintiquatuor horarum:necesse est omnes inter se dies pares esse quia nox habet quod dies perdidit. Alius ait parem esse unū diem omnibus similitudine:nihil enim habet longissimi temporis spatium: quod nō in uno die inuenias lucem & noctem:& alternas mundi uices. Plaueta facit ista non alias cōtractior alias productior dies. Itaq; sic ordinandus est dies omnis:tanquā cogat agmen & consumet:atq; expleat uitam. Pacuuius qui syriam usu suam fecit cum uino:& illis funereis epulis se sepelisset:quasi sibi parentauerit:sic in cubiculum ferebatur a cœna:ut inter plausus exoletorum hoc ad symphoniam caneretur. nullo non se die extulit. hoc quod ille ex mala conscientia faciebat:nos in bona faciamus:& in somnum ituri læti hilaresq; dicamus:Vixi:& quem dederat cursum fortuna peregi. Crastinum si adiecerit deus læti recipiamus. Ille beatissimus est:& securus sui possessor:qui crastinum:sine solicitudine expectat. Quisquis dixi: uixit:quotidie ad lucrū surgit. Sed iam debeo epistolam includere. Sic inquis sine ullo ad me peculio ueniet? Noli timere aliquid secum fert:quare aliquid dixi multum. Quid enim hac uoce preclarius:quam illi trado ad te perferendam? Malum est in necessitate uiuere:sed in necessitate uiuere necessitas nulla est: Quid ni nulla? sit patent undiq; ad libertatem uiæ multæ:breues:faciles. Agamus:deo gratias:q̃ nemo in uita teneri potest. Calcare ipsas necessitates licet. Epicurus inquis dixit quid tibi cum alieno? quod uerum est:meum est perseuerabo. Epicurum tibi ingerere:ut isti qui iu uerba iurant ne quid dicatur æstiment:sed a quo:sciantq; quæ optima sunt:esse communia. Vale.

Epistola.xiii.de utilitate exercitationis contra aduersa de remedиis contra mala fortuita:& q̃ titia semper incipit uiuere.

Vltum tibi esse animi scio.nam etiā antequā instrueres te præceptis salutaribus & duracinctibus:satis aduersus fortunā placebas tibi:& multo magis post q̃ cū illa cōseruisti

manum uiresq; expertus es tuas quæ nunq; certam dare fiduciā sui possunt? si: cum multæ difficultates hinc & illinc apparuerint. Aliquando uero & propius accesserunt. & tunc uetus ille animus: & in alienum non uenturus arbitrium probatur. Hæc eius probatio obstupefacta est. Nō potest athlæta magnos spiritus ad certamē afferre.qui nunq; suggillatus est. Ille qui fudit sanguinem suum:cuius dentes crepuerunt sub pugno.ille qui supplantatus aduersarium toto tulit corpore:nec proiecit animum proiectus :quotiens cecidit contumacior resurrexit :cum magna spe descendit ad pugnam. Ergo ut similitudinem istam prosequar. Sæpe iam fortuna supra te fuit:nec tamen tradidisti te:sed subsiluisti :& acrior constitisti. Multum enim adiicit sibi uirtus lacessita. Tamen si tibi uidetur accipe a me auxilia :quibus munire te possis. Plura sunt Lucilli quæ nos terrent : quā quæ premunt :& sæpius opinione quā re laboramus: Non loquor tecum stoica lingua:sed hac submissiore. Nos enim dicimus omnia ista quæ gemitus mugitusq; exprimunt leuia esse & contemnenda. Omittamus hæc magna uerba :sed dii boni uera. Illud tibi præcipio ne lis miser ante tempus: Quædam ergo nos magis torquent quam debent: quædam ante torquent quam debent :quædā. torquent cum omnino non debeant. Aut augemus dolorem :aut fingimus. aut præoccupamus Primum id:quia res in controuersia est:& litem contestatam habemus in præsentia differatur. Quod ego leue dixero :tu grauissimum esse contendes. Scioalios inter flagella ridere:alios gemere sub colapho. Postea uidebimus:utrum ista suis uiribus ualeant :an imbecillitate nostra. Illud p̃ ista mihi ut quotiens circunsteterint:qui tibi te miserum esse persuadeant :non quid audias. sed qd sentias cogites:& cum pacientia tua deliberes :ac te ipse interroges qui tua optime nosti:quid est quare isti me complorent:quid est q̃ trepident:q̃ contagium quoque mei timeant. quasi transilire calamitas possit. Est aliquid istic mali. An res ista magis infamis est quam mala. Ipse te interroga. Nunquid sine causa crucior. Et mœreo :& quod non est malum facio. Quomodo inquis intelligam si uana sint:an uera quibus angor. Accipe huius rei regulam :aut præsētibus torquemur aut futuris:aut utriusque. de præsentibus facile est iudicium si corpus tuum liberum est. sanum est nec ullus ex iniuria dolor est. Videbimus quid futurum est hodie nihil negocii habet aut enim futurum est aut non. Primum despice an certa argumenta sint uenturi mali. Plærumque enim suspitionibus laboramus:& illudit nobis illa quæ conficere bellum solet fama multo autem magis singulos conficiet. Ita est mi Lucilli:cito accedimus opinioni:non coarguimus illa quæ nos in metum adducunt :nec excutimus :sed trepidamus:& sic uertimus terga quemadmodū illi: quos puluis motus fuga pecorum exuit castris:aut quos aliqua fabula sine auctore sparsa conterruit. Nescio quomodo magis uana perturbant:uera enim modum suum habent. quicquid ex incerto uenit:coniecturæ & licentiæ pauentis animi traditur. Nulli itaque tam pernicioſi :tam irreuocabiles quam lymphatici metus sunt. Cæteri enim sine ratione. hi sine mente sunt:Inquiramus itaque in rem diligenter. Verisimile est aliquid futurum mali. Non statim uerum est quam multa nō expectata uenerunt. quam multa expectata nusquam comparuerunt:etiam si futurum est:quid iuuat dolori suo occurrere. Satis cito dolebit cum uenerit:interim tibi meliora promitte. quid faciet lucri tempus. Multa interuenient:quibus uicinum periculum uel prope admotum aut subsistat: aut desinat:aut in alienum caput transeat. Incendium ad fugam patuit:quosdam molliter ruina deposuit aliquando gladius ab ipsa ceruis reuocatus est:aliquis carnifici suo superstes fuit: habet etiam mala fortuna leuitatem:fortasse erit:fortasse non erit. interim non est? meliora propone. nonunquam nullis apparentibus signis :quæ mali aliquid prænuncient animus sibi falsas imagines singit:aut uerbum aliquod dubiæ significationis detorquet in peius:aut maiorem sibi offensam proponit alicuius quam est.& cogitat non quantum iratus ille sit:sed quantum liceat irato. Nulla autem causa uitæ est:nullus miseriarum modus si timent quantum potest:hic prudētia prosit:hic robur. minimi euidentem quoque metum respue. Si minus uitio : uitium repelle: spe metum tempera. Nihil tam certum est ex his quæ timentur ut non certius sit & formidata subsidere & sperata decipere. Ergo & spem ac metum examina : & quotiens incerta erunt omnia tibi faue:crede quod mauis:si plures habebit sententias metus:nihilominus in hanc:partem potius inclina :& perturbare te define. Ac subinde hoc in animo uolue maiorem partem mortalium cum illic nec sit quicquam mali nec pro certo futurum sit æstuare ac discurrere. Nemo enim resistit cum cœperit impelli : nec timorem suum redigit ad uerum. Nemo dicit uanus auctor est :aut finxit. aut credidit:damus nos referentibus : expauescimus dubia pro certis:non seruamus modum rerum:statim in timorem uenit.scrupulus. Pudet me sic tecum loqui & tam leuibus te remediis refocillare. Alius dicat :fortasse hoc non uenet. Tu dic : quid porro si ueniet. Videbimus utrum ueniet :fortasse pro me uenit.& mors istam uitam honestabit. Cicuta magnum Socratem confecit. Catoni gladium assertorem libertatis extorque:magnā partem detraxeris gloriæ. Nimium diu te cohortor:cum tibi admonitione magis quam exhortatione opus.sit. Non in diuersum te a natura tua ducimus .natus es? ad ista quæ dicimus. Eo magis bonum tuum auge & exorna.sed iam finem epistolæ faciam :si illi signum suum impressero:

i deſt aliquam magnificam uocem perferendam ad te mandaueris. Inter cætera mala:hoc quoque habet ſtultitia propositum, ſemper incipit uiuere. Conſidera quid nox iſta ſignificet Lucilli uirorū optime:& intelliges:q̄ inconda ſit hominum leuitas:Quotidie noua uitæ fundamenta ponentium nouas etiam ſpes in exitu inchoantium. Circumſpice tecum ſingulos:occurrent tibi ſenes:qui ſe cum maxima ambitione .ad peregrinationes:ad negociandum parent:Quid eſt autem turpius q̄ ſenex uiuere incipiens? non adducerem auctorem huic uoci:niſi eſſet ſecretior:nec inter uulgata Epicuri dicta:quæ mihi & laudare:& adoptare promiſi. Vale.

Epiſtola .xiiii. ut non ſeruiatur corpori:& qualiter uitanda ſit nocitura potentia:& q̄ his maxime diuitiis fruitur qui non indiget diuitiis:

qui sunt plurimi :colligo .Respice ad hæc nostra tēpora:de quorum languore:ac deliciis q̄rimur.
Omnis ordinis homines succurrent :omnis fortunæ, omnis ætatis :qui mala sua morte
præciderint.Mihi crede Lucilli:adeo mors timenda non est:ut beneficio eius nihil anteferendū
timendūue sit.Securus itaq; inimici minas audi:& q̄uis cōscientia tua tibi fiduciam faciat :tamen
quia multa extra causam ualent:& quod æquissimum est spera:& ad id te quod est iniquissimum
para.Illud āt āte omnia memēto demere rebus tumultū ac uidere quid ī q̄cūq; re sit .scies nihil eē
ī istis terribile :nisi ipsum timorem.Quod uides accidere pueris hoc nobis quoq; maiusculis pue
ris euenit illi quos amāt :quibus assueuerūt:cū quibus ludūt :si psonatos uidēt expauescūt : non
hominibus tantū sed rebus psona ademenda ē:& reddēda facies sua.Quid mihi gladios & ignes
ostēdis & turbā carnificū circa te fremētē? Tolle istā pōpā sub qua lates & stultos territas mors ē:
quā nuper seruus meus :quā ancilla cōtēpsit.Quid tu rursus mihi flagella & oculeos magno ap
paratu explicas .Quid tu singulis articulis:singula machinamēta quibus extorqueātur apta:& mil
le alia istrumēta excarnificādi pticulati hois. pone ista quæ nos obstupefaciūt:lube cōticescere ge
mitus & exclamationes:& uocū inter laceratiōes elisarū acerbitatē.Nēpe dolor ē quē podagricus
ille cōtēnit:quē stomathicus ille ī ipsis delitiis perfert:quē in puerperio puella perpetitur:leuis est
si ferre possū:breuis est si ferre nō possū.Hæc in animo uoluta quæ sæpe audisti:sæpe dixisti : sed
uere audieris:an uere dixeris:effectu proba.Hæc enī turpissimū ē:qđ nobis obiici solet:uerba.nos
philosophiæ:non opera tractare.Quid tu nūc primū tibi mortem iminere scisti nūc exilium:nunc
dolorē.In hoc natus es:quicquid fieri pōt:quasi futurū cogitemus:qđ facere te moneo:sed scio te
certe feciſſe.Nunc admoneo ut animū tuū nō mergas in istam solicitudinem.Hebetabitur enim
& minus habebit uigoris cum exigendū erit abduc illum a priuata causa ad publicam.dic morta
le tibi & fragile corpusculum esse cui nō ex iniuria tantum :aut ex potentioribus uiribus denūcia
bitur dolor:sed ipsæ uoluptates in tormenta uertuntur epulæ eruditatē afferunt ebrietates neruo
rū torporē tremorēq;:libidines pedū manuum articulorū omnium deprauationes.Paupertas:
inter plures ero exul fiā.ibi me natū putabo quo' mittar:alligabor.quid.n.nūc solutus sū ad hoc
me natura graue corpis mei pōdus astrīxit moriar hoc dicis, desine ægrotare posse desinā alligai

posse:desiuam me pos̄e.Non sum tam ineptus ut Epicureā cantilenā hoc loco persequar:& di
cam:uanos esse inferos:nec ullum metum:nec Ixionem rota uolui:nec saxū humero Sisyphi trudi in aduer
sum:nec ullius uiscera & renasci posse quottidie:& carpi:Nemo tam puer é:ut Cerberum timeat
& tenebras:& larualem habitū nudis ossibus cohærentiū. Mors nos aut consumit:aut exuit:emis
sis meliora restāt onere detracto:cōsumptis nihil restat:bona pariter malaq; submota sunt.Permi
te mihi referre hoc loco tuū uersum:si prius admonuero:ut te iudices non aliis scripsisse ista sed e
tiā tibi:Turpe est aliud loqui.aliud sentire:quanto turpius aliud scribere: aliud sentire: Memini te
illum locum aliquādo tractasse:non repente nos in mortem incidere:sed minutatim procedere:
Quottidie morimur:quottidie enim demitur aliqua pars uitæ:& tunc quoq; cum crescimus uita
decrescit:Infantiā amisimus :deinde puericiam:deide adolescētiā:usq; ad extremū: quicquid trā
sit temporis perit:hunc ipsum quem agimus diem :cum mortem diuidimus.quēadmodū clepsy
dra non extremū stillicidiū exhaurit sed quicquid ante defluxit :sic ultima hora qua eē desinimus
non sola morte facit :sed sola consumat tunc ad illam perenimus:sed diu uenimus. Hæc cū de
scripsisses quo soles ore semper quidem magnus:nunq̄ tamen acrior q̄ ubi ueritati commendas
uerba:Dixisti mors nō ultima uenit sed quæ rapit ultima mors é.Malo te legas.quā epistolā meā
Apparebit enim tibi hanc quam timemus mortem extremā esse non solam uideo quo spectes.
Quæris quid huic epistolæ ifulserim .quod dictū alicuius animosum :quod præceptū utile ex hac
ipsa matēria quæ in manibus fuit:mitterut aliquid.Obiurgat Epicurus non minus eos qui mor
tem concupiscunt :quā eos qui timent.& ait.Ridiculum est currere ad mortē:tedio uitæ: cum ge
nere uitæ:ut currendum esset ad mortē effeceris.Itē alio loco dicit Quid tam ridiculum:quā ap
petere mortem cum uitam tibi inquietā feceris metu mortis .His adiicias:& illud eiusdem notæ:
liquet tantam hoīum imprudentiam esse immo dementiā:ut quidam timore mortis cogantur
ad mortem.Quicquid horum tractaueris confirmabis animum:uel ad mortis uel ad uitæ patien
tiā.At in utrunq; emonendi ac firmādi sumus:& ne nimis amemus uitā :& ne nimis oderimus ēt
cum ratio suadet finire:sed non timere :nec cum pro cursu capiendus est impetus. Vir fortis ac
sapiens non fugere debet e uita:sed exire:& ante omnia ille quoq; utetur affectus qui multos oc
cupauit:libido scilicet moriendi.Est enim mi Lucilli:ut ad alia:sic etiam ad moriendum inconsul
ta animi inclinatio :quæ sæpe generosos atq; acerrimæ indolis uiros corripit:sæpe ignauos iacen
tes q; illi cōtemnūt uitā :hi grauantur.Quosdā subit eadē faciendi uiuendiq; satietas:& uitæ non
odium :sed fastidiū:in quod prolabimur ipsa pellente philosophia:dum dicimus quousq; eadem
Nēpe expgiscar:dormiā:satiabor: esuriā:algebo:æstruabo:nullius rei finis est:sed in orbem nexa
sunt oīa fugiūt ac sequūtur diē:nox præmit:dies noctē æstas:i auctumnū definit auctumno hyems
istat:q̄ uere cōpescitur.Oīa sic trāseunt.ut reuertantur :nihil noui uideo nihil noui facio:sit aliquā
do & huius rei nausea multi sunt qui non acerbum iudicent uiuere:sed superuacuum.Vale.

Epistola.xxv.De corrigendis & non inueterandis uitiis.& de imaginaria boni uiri præsentia.

Vod ad duos amicos nostros pertinet:diuersa uia eūdū ē:alterius .n.uitia emēdāda alteri
q us frangenda sunt.utar libertate tota:nō amo illū nisi offendero .Quid ergo iqs:Quadra
genariū pupillū cogitas sub tutela tua continere.Respice ætatē eius iā durā & itractabilē:
non pōt reformari tenera finguntur:an profecturus sim nescio.malo successum mihi quā fidē de
esse:nec desperaueris etiā diutinos ægros posse sanari:si cōtra intemperantiā steteris si multa iu
ros & facere coegeris & pati nec de altero quidē satis fiduciæ habeo excepto eo q̄ adhuc peccare
erubescit .nutriēdus est hic pudor:qui quādiu in animo eius durauerit :aliquis erit bonæ spei lo
cus.Cum hoc ueterano partius agendū puto:ne in desperationē sui ueniat:nec ullum tempus ag
rediēdi melius fuit:quā hoc fuerat dum interquiescit .dum emēdato similis est:aliis hæc inetr
missio eius imposuit:mihi uerba non dat:expecto cum magno fœnore uitia reditura:q̄ nūc scio
cessare:non deesse.Impēdā huic rei dies & utrū possit aliquid agi:an non possit experiar: Tu nob
te ut facis fortē præfla & sarcinas cōtrahe:nihil ex his quæ habemus necessariū est:ad legem natu
ræ reuertamur diuitiæ paratæ sunt aut gratuitū est quo egemus:aut nile.Panem & aquā natura de
siderat nemo ad hæc paup ē:itra quæ quisquis desideriū suū claudit:cum ipso Ioue de fœlicitate
cōtendat:ut ait Epicurus:cuius aliquē uocem huic epistolæ inuoluam :Sic fac inquit omnia tan
quā te spectet aliquid prodest sine dubio custodē sibi imposuisse:& habere quē respicias quē iter
esse cogitationibus tuis iudices.Hoc quidē longe magnificentius est:sic uiuere tanquā sub alicu
ius boni uiri ac semper præsentis oculis.Sed ego etiā hoc contentus sum ut sic facias qnæcūq; fa
cies:tāquā spectet aliquis:Oīa nobis mala solitudo persuadet.Cū iam ꝓfeceris tantū ut sit tibi ēt
tui reuerentia:licebit dimittas pedagogū.Interim te aliquorū auctoritate custodi.aut Cato ille sit
aut Scipio:aut Lælius:aut cuius interuentu:perditi quoq; homines uitia supprimerent.dum te ef
ficis eum cum quo peccare non audeas.Cum hæc effeceris:& aliqua cœperit apud te tui esse di
gnatio:incipiam tibi permittere:quod idē suadet Epicurus.Tunc præcipue in te ipso secede:cum
esse coegeris in turba.Dissimilē te fieri multis oportet:dū tibi tutum non sit a te recedere.Circum
spice singulos:Nemo est cui non satius sit.cum quolibet esse q̄ secum. Tūc præcipue in teipso se

cede:cū esse cogeris in turba.si bonus uir:si quietus:si temperans uis esse.liq̄n in turbam tibi
a te recedendū est.Istic enim alo uero propius es.Vale.

Epistola.xxvi.De non accusando defectum naturæ :& qualiter boni uiri meritum mors excuti
at:& q̄ egregium sit mortem discere.

Odo dicebam tibi i cōspectu esse meæ senectutis:iam uereor ne senectutē post me relique
m rim aliud iam his annis:huic corpori uocabulū cōuenit.quoniā quidē senectus lassæ æta
tis nō fractæ nomen est:inter decrepitos me numera & extremū tangentes .gratias tamen
mihi apud te ago.nō sentio in animo ætatis iniuriā cū sentiā i corpore tātū uitia & uitiorū mini
steria senuerūt uiget animus & gaudet.nō multū sibi gaudet esse cū corpore magnā partē oneris
sui posuit exultat:& mihi facit cōtrouersiam de senectute:hunc ait esse florem suū credamus illi:
bono suo utatur.ire in cogitationem iuuat & dispicere quid ex hac tranquillitate ac modestia mo
rū sapientiæ debeā quid ætati:& diligēter excutere quæ nō possim facere quæ nolim profit ne ha
bituro aliqd si quicqd nolim :quicquid non possim:nō posse me gaudeo.Quæ enim quærela é.
Quod incōmodū:si quicquid debet desinere deficit.Incōmodū summū est inquis :minui & depe
rire:& ut proprie dicam liquescere.Nō eni subito impulsi ac prostrati sumus carpimur:singuli di
es aliquid subtrahūt uiribus & quis exitus est melior q̄ i finē suū natura soluēte dilabi.Nō quia ali
quid mali est ictus & e uita repētinus excessus:sed quia leuis hæc uia est subduci . Ego certe uelut
appropinquet experimentū:& ille laturus sniam de oībus ānis meis dies uenerit:ita me obseruo
& alloquor.Nihil est inq̄ adhuc:quod aut rebus:aut uerbis exhibuimus:leuia sūt ista & fallacia pi
gnora animi:multisq; inuoluta lenociniis:quod ꝓfecerī:morti crediturus sum.Nō itaque
cōponor ad illum diem:quo remotis strophis ac fucis :de me iudicaturus sū:utrū loquar fortia an
sentiā nūquid simulatio fuerit :& minus quicquid cōtra fortunā iactaui uerborū cōtumaciū : Re
moue existimationē hoīum dubiā semp est:& i partē utrāq; diuiditur .Remoue studia tota uitam
tracta mors de te pronunciatura est.ita dico disputatiōes & litterata colloquia & ex præceptis sa
pientiū uerba collecta:& eruditus sermo:nō ostēdūt uerū robur animi.Est eni oratio etiam timi
dissimis audax:Quid ægeris tūc apparebit cū animā ages.Accipio patiēter cōditionem humanā
nō reformido iudiciū.Hæc mecū loquor sed tecū quoq; me locutū puta.Junior es quid refert nō
dinumerantur anni.Incertū est quo te loco mors expectet.Itaq; tu illā omni loco expecta desinere
iam uolebā & manus expectabat ad clausulam :sed cōficiēda sūt sacra & huic epistolæ uiaticum
dandum est.Putas me nō dicere :unde sumpturus sum mutuū scis cuius arca utar.expecta me pu
sillū & de domo fiet numeratio:interim cōmodabit Epicurus:qui ait Meditare utrum cōmodius
sit.uel mortē trāsire ad nos:uel nos ad eam.Hic patet sensus egregia res est mortē cōdiscere super
uacuū forsitā putas id discere quo semel utendū est.hoc est ipsum quare meditari debeamus sem
p discēdū ē:quod an sciamus:experiri nō possumus meditare mortē qui hoc dicit meditari liber
tatē iubet:qui mori discit :seruire dediscit .Supra oēm potētiam est:certe extra omnē quid ad illū
carcer:& custodia & claustra.liberū hostiū est.Vna est cathena:quæ nos alligatos tenet amor uitæ
qui ut nō est abiiciendus:ita minuendus est:ut si quando res exiget nihil nos detineat:nec impediat
quo minus parati simus qd quādoq; faciendū est statim facere .Vale.

Epistola.xxvii.De uoluptatis nocumento & uirtutis gaudio ad qd per externum adiutoriū nō ue
nitur.& q̄ nunq̄ nimis dicitur:quod non satis discitur.

V me inquis mones .iam enim te ipse monuisti .iam correxisti:ideo aliorum emendatiōi
t uacas.nō sū tā improbus:ut curationes æger obeā :sed tanquā in eodē ualitudinario ia
ceā de cōmuni malo tecū colloquor:remedia cōuinco.Sic itaq; me audi tanq̄ mecū loq̄r:
in secretū te meū admitto:& te adhibito:mecū exigo:clamo mihi ipse:numera annos tuos:& pu
debit eadem uelle:quæ uoluetas puer:eadē parare.Hoc deniq; tibi circa diem mortis præsta mo
riantur ante te uitia.Dimitte istas uoluptates turbidas:magno leuandas :non uenturæ tantū sed
pteritæ nocēt.Quēadmodū scelera ēt si nō sint deprehensa cū fierēt:solicitudo nō cū ipsis abiit.
ita iprobarū uoluptatū:etiā post ipsas pœnitēria ē.nō sunt solidæ.nō sūt fideles .etiā si nō nocet
fugiūt.Aliquod potius bonū mansurū circūspice:nullum autē est:nisi quod animus ex se sibi iue
nit.Sola uirtus præstat gaudium perpetuum.:ecurum ēt si quid obstat nubium modo interuenit
quæ infra feruntur :nec unq̄ diē uincunt.Quādo ad hoc gaudiū peruenire cōtinget . Non quidē
cessatur ad huc sed festinatur multū restat operis in quod ipse necesse est uigiles ipse laborē tuū i
pendas:Si effici cupis.delegationē resista non recipit:Aliud litteraꝝ genus adiutorium admittit
Caluisius Sabinus memoria nostra fuit diues:& patrimonium habebat liberum & ingenium nū
quā uidi hominem beatum indecentius.Huic memoria tam mala erat.ut illi modo nomen Vlys
sis excideret:modo Achillis mō Priāi :quos tā bene nouerat:quā pædagogos nostros nouimus.
Nemo uetulus nomenclator qui nomina non reddit:sed imponit tam ꝓperanter:quā ille Troia
nos & Achiuos presalutabat.Nihilominus eruditus uolebat uideri.Hāc itaq; cōpendiariā excogi
tauit.magna summa emit seruos:unum qui Homerum teneret:alterum qui Hesiodum.nouem p
terea lyricis singulos assignauit:magno emisse illū non ē quod mireris:non inuenerat faciendos.

sed locauit postq̃ hæc familia illi cõparata est cœpit cotuias suos iquietare:habebat ad pedes hos
a quibus subinde cupiebat peteret uersus quos referret sæpe in medio uersu excidebat.suasit illi satel-
lius quadratus:stultos ad iuitũ abrasor & quod sequitur arrisor:& quod duobus his adiunctũ est
derisor:ut grãmaticos haberet analectos.Cũ dixisset Sabinus:centenis milibus sibi constare sin-
gulos seruos.Minoris inquit totidẽ scrinia emisses.Ille tamen in ea opinione erat:ut putaret se sci
re :quod quisq̃ i domo sua sciret.Idem Satellius illũ hortari cœpit:ut luctaretur :hominẽ ægrũ:
pallidũ :gracilẽ:cũ Sabinus respõdisset & quomõ possũ uix uiuo.noli obsecro inquit dicere:nõ ui
des q̃ multos seruos ualentissimos habeas .bona mẽs nec cõmodatur nec emitur:& puto si ueña
lis eẽt:nõ haberet emptorẽ.at mala quotidie emitur:Sed accipe iã quod debeo:& uale:Diuitiæ sũt
ad legẽ naturæ cõposita pauptas.Hoc sæpe dicit Epicurus aliter atq̃ aliter.Sed nunq̃ nimis dici
tur quod nunq̃ satis discitur:qbusdã iculcãda sũt.Vale.

Epistola.xxviii.q̃ nõ loci:sed animi mutatione tristitia tollitur.& de non prouocando diferimi
ne.& initium sit salutis notitia peccati.

Oc tibi soli putas accidisse:& admiraris quasi rem nouã:qđ peregrinatõe tã lõga:& tot lo
b cor̃ uarietatibus:nõ discussisti tristitiã grauitatemq̃ mẽtis.Animũ debes mutare: nõ cæ
lũ licet uastũ traieceris mare:licet ut ait Vergilius noster.terræq̃ urbesq̃ recedant sequẽtur
te quocũq̃ perueueris uitia:Hoc idẽ cuidam querenti Socrates ait:quid miraris.nihil tibi peregri
nationes prodesse cum te circumferas premit te eadem causa quæ expulit.Quid terrarũ iuuare no
uitas potest.Quid cognitio urbiũ:aut locorũ.In irritũ cedit ista iactatio.Quæris quare te fuga ista
nõ adiuuet tecũ fugis onus animi.deponẽdũ est:nõ ante tibi ullus placebit locus talẽ nũc eẽ aiũm
tuũ cogita:qualẽ Vergilius noster uatis inducit iam cõcitatæ & instigatæ :multumq̃ habentis in
se spiritus:non sui .Bacchatur uates magnum si pectore possit Excussisse deum.uadis huc & illuc:
ut excutias insidens pondus:quod ipsa iactione in cõmodius fit.sicut in naui onera immota mi
nus urgent.inæqualiter cõuoluta citius eam partẽ in quã incubuere demergunt : Quicquid facis
cõtra te facis:& motu iponoces tibi:ægrum eni cõcutis:At cum istud exemeris malũ:omnis mu
tatio loci iucunda fiet:in ultimas expellaris terraslicebit:in quolibet barbariæ angulo colloceris :
hospitalis tibi illa qualicunq̃ sedes erit.Magis quis ueneris: q̃ quo interest.& ideo nulli loco adi
cere debemus animum.cum hac persuasione uiuẽdum est:nõ sum uni angulo natus : patria mea
totus hic est mundus:quod si liqueret tibi nõ admirareris:nil adiuuari te regionum uarietatibus
in quas subinde priorum tedio migras:pria enim quæq̃ placuisset:si omnem tuã crederes. Nõ pe
regrinaris :sed erras & ageris:ac locum ex loco mutas.cum illud quæris:bene uiuere omni loco
positum sit:nunquid tam turbidumfieri potest q̃ forum: ibi quoq̃ licet quiete uiuere: si necesse sit
Sed si liceat disponere se:conspectum quoq̃ & uiciniã fori procul fugiam. Nõ ut loca grauia etiã
firmissimã ualitudinem tentant:ita quoq̃ bonæ menti nec dum adhuc perfectæ . & cõualescenti
sunt aliqua parum salubria.Dissentio ab his qui in fluctus medios eunt:& tumultuosam probãtes
uitam quottidie cum difficultatibus rerum:magno animo colluctantur .Sapiens feret ista:nõ eli
get.& mallet in pace esse q̃ in pugna.Non enim multum prodest uitia sua proiecisse:si cum aliẽis
rixandum est.Triginta inquis tyráni Socratem circumsteterunt:nec potuerunt aium eius frigere
Quid interest quot domini sint:Seruitus una est hanc qui cõtempsit i q̃talibet turba dominãtium
liber ẽ.Tẽpus ẽ desinere:Sed si prius portorium soluero.Initium ẽ salutis:notitia peccati.egregie
mihi hoc dixisse uidetur.Epicurus.Nã qui peccare se nescit:corrigi non uult.deprehendas te opor
tet:anteq̃ emendes.quidam uitiis gloriãtur:qui mala sua uirtutum loco numerãt.tu existimas ali-
quid:de remedio cogitare.Ideo quãtumpotes teipse coargue:inquire in te accusatoris primum p
tibus fungere:deinde iudicis:nouissime deprecatoris:aliquãdo te offẽde:Vale:

Incipit liber quartus. Epistola.xxix.qđ licet nõ omnes monẽdi sint:quidã tamen cõtradicẽtes:
uel illudentes docendi sint & qđ sapiens malit sibi placere q̃ populo.

E Marcellino nostro quæris :& uis scire quid agat :raro ad nos uenit nonnulla alia ex
d cã:q̃ qđ audire uex timet:a quo periculo iã abest.nulli enim nisi audituro dicẽdũ ẽ. Iõ
de Diogene nec minus de aliis Cinicis:qui libertate promiscua usi sũt : & obuios mo-
nuerunt dubitari solet:an hoc facere debuerint.Quid eni siquis surdos obiurget :aut na
tura morboue mutos ? Quare iquis uerbis parcã Gratuita sũt.Nõ possũ scire an ei profuturus sim
quẽ admoneo.illud scio alicui me profuturum si multos admonuere :spargenda manus ẽ.nõ pt
fiesi ut nõ aliquãdo succedat multa tentãti.Hoc mi Lucilli nõ existimo magno uiro faciendum:
diluitur eius auctoritas nec habet apud eos satis ponderis quos posset minus obsolefacta corrig-
re.Sagittarius nõ aliquãdo ferire debet:sed aliquãdo deerrare:Nõ est ars quæ ad effectum casu
nit.Sapientia ars est:certum petat eligat profecturos:ab his quos desperauit:receda nõ tamẽ cito
relinquat:& in ipsa desperatione extremaremedia tentet .Marcellinum nostrum ego nõdũ despe
ro etiã nunc seruari potest:sed cito mãus illi porrigitur.Est quidẽ periculum ne porrigẽte trahat.
Magna i illo uis est ingenii:sed iã tendẽtis in prauum.nihilominus adibo hoc periculum:& aude
bo illi mala sua ostendere .faciat quod solet aduocabit illas facetias:quæ risum euocare lugẽtibus

possunt.& in se primum deinde in nos iocabitur :omnia quæ dicturus sum occupabit:scrutabitur
scholas nostras,& obiiciet philosophis congiaria.amicas gulã:ostẽdet mimã:aliũ in adulterio:aliũ
in popina:alium in aula:ostẽdet Marcũ Lepidũ:philosophũ Aristonẽ:quẽdam gestatione differebat
hoc enĩ ad ædẽdas operas tẽpus acceperat de cuius secta cũ quereretur Scaurus:ait utiq̃ peripate-
ticus non est de eodẽ cũ cõsuleretur Iulius Grecinus uir egregius quid sentiret non posium inqt
tibi discere nescio enĩ qd de gradu faciat:tanq̃ de effedeario iterrogaretur .Hos mihi circulatores
sophistas :qui philosophiã honestius neglexissent q̃ uendũt in faciẽ ingeret.Constitui tamen con
tumelias perpeti moueat ille mihi risum ego fortasse illi lachrymas mouebo at si ridere pseuera-
bit:gaudebo tanq̃ in malis :q̃ illi genus insaniæ euitare contigerit.Sed non est ista hilaritas lõga:
obserua uidebis eosdẽ intra exiguũ tempus acerrime ridere:& acerrime tabere.Propositũ ẽ aggre
di illum:& ostẽdere quanto pluris fuerit:q̃ minoris multis uideretur.Vitia eius etiam si non exci
dero:inhibebo:non desinent sed intermittent.fortasse autem & desinent si itermittẽdi cõsuetudi
nem fecerint.non est hoc ipsum fastidiendũ:quoniam quidem grauiter affectis:sanitatis loco bo
na est remissio.Dum me illi paro:tu interim qui potes:qui intelligis unde quo euaseris:& ex eo su
spicaris:quousq̃ sis euasurus compone mores tuos:attolle animum tuum:aduersus formidata cõ
siste.Nũerare eos noli:qui tibi metũ faciũt nõne uideatur stultus:siqs multitudinẽ eo loco timeat
p quẽ trãsitus singulis ẽ. Aeque ad tuã mortẽ multis aditus nõ est:licet illã multi minentur . Sic
istud natura disposuit:spiritũ tibi tam unus eripiet:q̃ unus dedit.Si pudorẽ haberes:ultimã mihi
pẽsionẽ remisisses.Sed ne ego quidẽ me sordide gerã in fœnore æris alieni:& tibi qđ debeo ipen
dam.Nunq̃ uolui populo placere nam quæ ego scio non probat populus quæ probat populus:
ego nescio.Quis hoc inquis tãq̃ nescias cui iperẽ.Epicurus.Sed idem hoc omnes tibi ex oi domo
cõclamabũt:Peripatetici Academici:Stoici:Cinici.Quis enĩ placere populo potest cui placet uir-
tus:Malis artibus popularis fauor acquiritur.Similẽ te illis faciat oportet non probabũt:nisi agno
uerit.Multo.n.ad rẽ magis ptinet:qualis tibi uidearis:q̃ q̃lis aliis .Cõciliari nisi turpi rõne amor
turpiũ nõ potest.Quid ergo illa laudata & omnibus pferenda artibus:rebusq̃ philosophia pstabit
scilicet ut malis tibi placere:q̃ populo :ut existimes iudicia nõ numeres:ut sine metu deor̃ hoium
q̃ uiuas:ut aut uincas mala.aut finias.Cæterũ si te uidero celebrẽ.secundis uocibus uulgi:si itrãte
te clamor & plausus:pãtomimica ornamẽta obstrepuerint.si tota ciuitate te fœminæ:pueriq̃ lau
dauerit.quid ni ego tui miserear.cũ sciã q̃ uia ad istũ fauorẽ ferat. Vale.

Epistola.xxx.qđ nihil habet de spe uitæ:quẽ senectus ducit ad mortẽ.Variæ ẽt subiiciũtur causæ:
quare mors timenda non sit.

Assum Ausidiũ uirũ optimũ uidi quassum :ætati obluctantẽ:Sed iã plus illũ degrauat :q̃
b qđ possit attoli.Magno senectus & uniuerso põdere icubuit.Scis illũ semp infirmi corpo
ris:& exhausti fuisse:diu illud cõtinuit:& ut uerius dicã :cõcinnabit subito defecit : quẽad
modũ in naui:quæ sentinã trahit uni rimæ.aut alteri obsistitur.Vbi se plurimis locis laxari cœpit
& cedere:succurri nõ põt nauigio dehiscenti.Ita in senili corpore aliquatenus imbecillitas sustine
ri & fulciri potest:ubi tãq̃ i putri edificio ois iũctura diducitur & dũ alia excipituralia disciditur.cir
cũspiciẽdũ est:quomodo exeas.Bassus tamen nosteralacri animo est.hoc philosophia præstat in cõ
spectu mortis hilarem:& in quocunq̃ corporis habitu fortem :lætumq̃ nec deficientẽ q̃uis desi
ciatur.Magnus gubernator:& scisso nauigat uelo & si exarmauerit: tamen religias nauigii aptat
ad cursum:Hoc facit Bassus noster:& eo animo uultuq̃ finẽ suũ spectat:quo alienũ spectare nimis
securũ putares.Magna res ẽ Lucilli.hæc & diu discenda cum aduentat hora illa ineuitabilis æquo
animo labire.Alia genera mortis:spei mixta sunt:desinit morbus:incendium extinguitur ruina quos
uidebatur oppressura deposuit:mare quos hauserat eadem ui qua sorbebat eiecit incolumes : gla
diũ miles ab ipsa perituri ceruice reuocabit .Nihil habet quod speret quẽ senectus ducit ad mor
tem:huic uni interdici nõ potest.Nullo genere homines mollius moriuntur:sed nec diutius. Bas
sus noster uidebatur mihi prosequi se:& componere & uiuere tanq̃ supstes sibi & sapienter ferre
desideriũ sui.Nã de morte multa loquitur & id agit sedulo ut nobis persuadeat si qui incõmodi:
aut metus in hoc negocio est:morientis uitiũ esse:non mortis.non magis in ipsa quicq̃ eẽ mole
stia:q̃ post ipsam.Tam demens autem est qui timet quod nõ est passurus.q̃ qui timet qđ nõ ẽ sen
surus.An quisq̃ hoc futurũ credit ut per quã nihil sentitur :ipsa sentiatur.Ergo inquis mors adeo
extra oẽ malũ ẽ:ut sit extra oẽ malor̃ metum.Hæc ego scio & sæpe dicta:& sæpe dicẽda sed neq̃
cum legerã æque mihi profuerunt:neq̃ cum audirem his dicentibus qui negabãt timẽda a quor̃
metu abetãt.Hic uero plurimũ apud me auctoritatis habuit:cum loqueretur de morte uicina. di
cã ẽt quid sentiã.Puto fortiorẽ eum eẽ:qui i ipsa morte est.q̃ qui circa mortẽ.Mors.n.admota ẽt
imperitis animum dedit nõ euitãdi ineuitabilia.Sic gladiator tota pugna timidissimus iugulum
aduersario præstat:& errantẽ gladium sibi attemperat. At illa quæ i ppinquo est:utiq̃ uentura de
siderat lætam animi firmitatẽ:q̃ ẽ rarior:nec potest nisi a sapiente præstari.Libentissime itaq̃ illũ
audiebam q̃si ferentẽ de morte sententiam:& q̃lis esset eius natura uelut propius inspectæ iudicã
tem.Plus ut puto fidei haberet apud te plus ponderis siquis reuixisset & i morte nihil mali eẽ nos

taret expectus. Acc..ſſu mortis.quam perturbationē afferrat optime tibi hi dicent:qui ſecūdū illā ſteterunt qui uenientē & uiderūt & receperūt.Inter hos.Baſſum licet nūeres:qui nos decipi no luit.Is ait.tam ſtultū e qui mortē timeat:q̄ qui ſenectutē.Nā quēadmodū ſenectus adoleſcentiā ſeqtur:ita mors ſenectutē.Viuere noluit q̄ mori nō uult.Vita enī cū expectatione mortis data ē. Ad hanc itur.quam ideo timere dementis eſt:quia certa expectatur,dubia mentiūtur:mors neceſ ſitatē habet æquam & inuictā.Quis queri poteſt in ea cōditione ſe eſſe:in q̄ nemo non eſt: prima aūt pars eſt æquitatis æqualitas:ſed nūc ſupuacuū eſt naturæ cām agere:quæ non aliam uoluit le gē noſtrā:q̄ ſuam .quicquid cōpoſuit reſoluit:& quicquid reſoluit cōpoſuit iterū.Iam uero ſicui cōtingit:ut illū ſenectus leuiter emitteret:non repente auulſū uitæ:ſed minutatim ſubductū.Non ne ille agere gratias omnibus diis debet:q̄ ſatiatus ad requiem homini neceſſariam laſſo gratā p ductus eſt.Vides quoſdam oprantes mortē & quidē magis q̄ rogari ſolet uita neſcio utros exiſti mē maiorē animū nobis dare qui depoſcūt mortē:an qui hilares eam quietiq̄ operiūtur:quoniā illud ex rabie interdū ac repentina indignatione fit hæc ex iudicio certæ tranquillitatis eſt. Venit aliquis ad mortē iratus morti.uenientē nemo hilaris excipit niſi qui ſe ad illā diu compoſuerat. Fateor ergo ad hominē mihi charū ex pluribus cauſis me frequentius ueniſſe:ut ſcirem an illum totiēs eundē inuenirē.Nūquid cū corporis uiribus minueretur animi uigor.qui ſic creſcebat illi: quomodo manifeſtior notari ſolet agitatorū lætitia cum ſeptimo ſpatio palmæ appropīquant. Dicebat enim ille Epicuri præceptis obſequens .primū ſperare ſe nullum dolorem eſſe in illo ex tremo anhelitu:ſi tamen eſſet:haberet aliquantulū in ipſa breuitate ſolatii .Nullum enim dolorē ē longū :qui magnus eſt.Cæteꝝ ſuccurſurū ſibi etiam in ipſa diſtractione aīæ corporiſq̄ : ſi cū cruciatu id fieret poſt illum dolorē ſe dolere non poſſe.Non dubitare āt ſe:quin ſenilis anima in primis labris eſſet:nec magna ui diſtraheretur a corpore ignis qui ualētem materiam occupauit: aqua & interdum ruina extinguēdus eſt.Ille qui alimentis deficit ſua ſponte ſubſidit.Libēter hoc mi Lucilli audio nō tanq̄ noua ſed tanq̄ in rem præſentem perductus.Quid ergo non multos ſpe ctaui abrūpentes uitam.Ego uero uidi .ſed plus momēti apud me habent qui ad mortem ueniūt ſine odio uitæ:& admittū illam non attrahunt.Illud quidem agebat tormētum noſtra nos ſenti re opera:q̄ tūc trepidamus cū prope a nobis eſſe credidimus mortem.A quo enī ppe non eſt pata omnibus locis:omnibuſq̄ momentis.Sed cōſideremus inquit.tūc cū aliqua cā moriendi u detur accedere:quanto aliæ propinquiores ſint :quæ non timentur .Hoſtis alicui mortem minabatur: hanc cruditas occupauit.Si diſtinguere uoluerimus cauſas metus noſtri :inueniamus alias : eſſe: alias uideri.Mortem non timemus :ſed cogitationem mortis .Ab ipſa enim ſemper tantundem abſumus ita ſi timenda mors eſt:ſemper timenda eſt.Quod enim tēpus morti exemptum eſt:Sed uereri debeo:ne tam longas epiſtolas peius q̄ mortē oderis.Itaq̄ finem faciā.Tu tamen mortem: ut nunq̄ timeas ſemper cogita.Vale.

Epiſtola.xxxi.De aſſentatione cauenda de cōtemptu laboris & excellentia uirtutis & animi.

a Gnoſco Lucillium meum icipit quod promiſerat exhibere:ſequere illum impetum aī:quo ad optima quæq̄ calcatis bonis popularibus ibas non deſidero maiorē meliorēq̄ te fieri: q̄ moliebaris.Fundamenta tua multum loci occupauerunt tantum effice quātum cōatus es:& illa quæ tecum in animo tuliſti tracta.Ad ſummā ſapiens eris ſi clauſeris aures quibus cærā parum eſt obdere firmiore ſpiſſamento opus eſt q̄ in ſociis uſum Vlyſſem ferunt.Illa uox quæ ti mebatur erat blāda :nō tamē publica.At hæc quæ timenda eſt :non ex uno ſcopulo:ſed ex omni terrarum parte circumſonat .Præteruehere itaq̄ non unum locum iuſidioſa uoluptate ſuſpectum ſed oēs urbes.Surdum te amantiſſimis tuis præſta bono animo male precantur.Et ſi eſſe fœlix:de os ora ne quid tibi ex his quæ optantur eueniat.nō ſunt iſta bona: quæ in te iſti uolunt congeri. Verum bonum eſt qđ beatæ uitæ cā & firmamētum ē ſibi fidere.Hoc āt contigere nō pōt niſi cō temptus eſt labor & in eorum numero habitus quæ neq̄ bona ſunt:neq̄ mala.Fieri enim nō pōt ut una res modo bona ſit:modo mala:modo leuis & perferenda:modo expauēſcenda :labor bo num nō eſt:Quid eſt ergo bonum.Laboris contemptio:non curare cum oportet laborē ſubire. Itaq̄ in uanum operoſos culpauerim Rurſus ad honeſta nitentes quātomagis icubuerint minuſ q̄ ſibi uitia cōſurgere permiſcerit:admirabor & clamabo tāto melior ſurge & ſpira:& cliuum iſtū uno ſi potes ſpiritu exupera.Generoſos animos labor nutrit.Nō ē ergo quod ex illo uoto parētū tuorū eligas:quid contingere tibi uelis:quid optes & in totū iā permaxime apto uiro.turpe ē etiā nūc deos fatigare:quid notis opus ē .Fac teipſe foelicem:facies autem ſi intellexeris bona eē qbꝫ admixta uirtus eſt.turpia quibus malicia coniuncta eſt.qnēadmodū ſine mixtura lucis nihil ſplē didum ē nihil atrum niſi quod tenebras habet:aut aliquid in ſe traxit obſcuri quēadmodū ſine adiutorio ignis nihil calidum ē nihil ſine aere frigidum ita hōeſta & turpia uirtutis ac maliciæ ſo cietas efficit:Quid etgo ē bonū:rerum ſciētia.quid malū ē.Imperitia reꝝ ille prudēs utiq̄ artifex p tēpore quæque repellet aut eliget:ſed nec quæ repellit timet nec miratur quæ eligit: ſi modo mganus illi :& iuictus aīus ē.Submitti te ac deprimi ueto laborē ſi nō recuſes parū eſt poſſe.Quid

ergo in quis:labor friuolus & ſuperuacuus eſt:quem humiles cauſæ uocabrunt:non eſt malus: non magis q̄ ille:q̄ pulchris rebus impenditur.quoniam animi eſt ipſa tolerātia:qui ſe ad dura & aſpera hortatur ac dicit quid ceſſas non eſt uiri timere ſudorē.Huic & illud accedat :ut perfecta uir tus ſit æqualitas ac tenor uitæ per omnia conſonās ſibi quod non poteſt eſſe:niſi rerum ſcientia contingat.& ars per quam humana ac diuina naſcantur.hoc eſt ſummū bonū.quod ſi occupas:in cipis deorū ſocius eſſe:non ſupplex.Quomodo inquis iſto peruenitur:nō per apœninū grauēue montē:nec per deſerta cādauiæ:nec ſyrtes tibi.nec Scylla:aut charybdis adeundæ ſunt:quæ tamē omnia tranſiſti:pro procuratiunculæ precio.Tutū iter eſt:iucundū eſt ad quod natura te inſtruxit dedit tibi illa quæ ſi non deſeruieris:par deo cōſurges.parē autē te deo pecunia non faciet. Deus nihil habet prætexta nō faciet:Deus nudus eſt:fama non faciet.nec oſtētatio tui:& in populos no minis dimiſſa notitia.Nemo nouit deū.multi de illo male exiſtimāt:& ipune nō turba ſeruoꝝ le ticā tuā per itinera urbana acperegrina portantiū.Deus ille maximus potentiſſimuſq̄ ipſe uehit oīa.nec forma quidē & uires beatum te facere poſſunt :nihil horū nō patitur uetuſtatē.quærendū eſt quidā fiat indies eius cui nō poſſit obſtari.Quid hoc eſt animus ſed hic rectus bonus magnus: Quid aliud uoces hunc q̄ deū in humano corpore hoſpitatū :Hic aius tā in equitē romanū : q̄ li bertinū q̄ in ſeruū poteſt cadere.Quid eſt eques romanus aut libertinus.aut ſeruus.noīa ex ambi tione aut iniuria nata.Subſilire in cælū ex angulo licet exurge modo:& te quoq̄ dignū finge deo finges autem non auro:aut argento nō poteſt ex hac materia imago deo exprimi ſimilis: cogita illos cū propicii eſſent fictiles fuiſſe.Vale.

Epiſtola.xxxii.Laudat ſeceſſum a turba & curſum huius uitæ admōnet percurrendū.

d Nquiro a te & ab omnibus ſciſcitor qui ex iſta regione ueniūt quid agas ubi & cū quibus moreris uerba dare nō potes.tecū ſum.Sic uiuet :tāq̄ quid facias auditurus ſim imo tanq̄ uiſurus.quæris quid me maxime ex his quæ de te audio delectet:qđ nihil audio : qđ plæ riq̄ ex his quos interrogo neſciūt quid agas:hoc eſt ſalutare non cōuerſari diſſimilibus & diuerſa cupientibus.Habeo quidē fiduciā :nō poſſe te torqueri.manſurumq̄ in propoſito etiā ſi ſolicitan tium turba circumeat:quid ergo eſt:non timeo ne impediant multum autem nocent etiā qui mo rantur utique in tanta breuitate uitæ q̄ breuiorē inconſtantia facimus. Aliud eius ſubinde atque aliud facientes initiū.Deducimus illā in particulas ac lancinamus. Propera ergo Lucilli chariſſi me:& cogita quātū additurus celeritati fueris:ſi a tergo hoſtis inſtaret ſi equitē aduentare ſuſpica reris:ac fugientiū præmere ueſtigia ſit hoc:præmeris.accelera:& euade.perduc te in tuū.& ſubin de conſidera q̄ pulchra res ſit conſumare uitā ante mortē .deinde expectare ſecurā reliquā ſui tē poris partē nihil ſibi in poſſeſſione beatæ uitæ poſitū:quæ beatior non ſit ſi longior.O quādo il lud uidebis tempus quo ſcies nō tēpus ad te pertinere:quo trāquillus placiduſq̄ eris : & craſtini negligēs in ſumma tui ſatietate.Vis ſcire quod ſit:quod faciat homines auidos futuri.Nemo ſibi cōtingit.Optauerunt itaque tibi alia parētes tui.Sed ego cōtra tibi oīum eorū cōtēptum opto: quoꝝ illi copiā.Vota illoꝝ multos compilant :ut te locupletent:quicquid ad te trāſferūt: alicui detrahendum ē.Opto tibi facultatē tui ut uagis cogitationibus agitata mens tandē reſiſtat:& cer ta ſit ut placeat ſibi:& itellectus uerbis bonis q̄ ſimul itellecta ſunt poſſideatur ætatis adiectiōe nō egeat .Ille deum neceſſitates ſupgreſſus eſt:& exauctoratus ac liber qui uult uita pacta .Vale.

Epiſtola.xxxiii.Quomodo omnia philoſophiæ uerba pōdus habēt:& qđ turpe ſit ſemp ex com mentario ſapere.

d Eſideras his quoque epiſtolis:ſicut prioribus aſcribi aliquas uoces noſtroꝝ ꝓcerum .Nō fuerūt circa floſculos occupati totus cōtextus illorū uirilis ē iæq̄litatē ſcias eē ubi quæ emi nēt notabilia ſūt nō ē admirationi una arbor ubi ī eadē altitudinē tota ſilua ſurrexit eiuſ modi uocibus referta ſunt carmina:refertæ hiſtoriæ.Itaque nō illas Epicuri exiſtimes eē:publicæ ſūt & maxime noſtræ:ſed illi magis innotantur:quia raræ interim interueniūt:quia mirū ē forti ter aliquid dici ab homine mollicie profeſſo.ita enim plærique iudicāt.apud me eſt Epicurus & fortis licet manuleatus ſit. Fortitudo & induſtria & labor arte quæſitus & ad bellum prompta mens tam in perſas quam in altecinctos cadit .Non eſt ergo:qđ exigas excepta & repetita . conti nuū eſt apud noſtros quicquid apud alios excerpitur.Non habemus itaque iſta odoriſera:nec em ptorē decipimus:Nihil inuenturum cum intrauerit præter illa quæ in fronte ſuſpenſa ſunt . ipſis permittimus unde uelint ſumere exemplaria:puta nos uelle ſingulares ſententias ex turba ſepa rare:Cui illas affignabimus .Zenoni:an clanti:an Chryſippo:an Panæcio :an Poſſidonio : Non ſumus ſub rege:ſibi quiſque ſe uendicat apd iſtos quicqd Hermacus dixit qcqd Metrodorus . ad unū refertur.Omnia quæ qſq̄ in illo cōtubernio locutus eſt unius ductu & auſpiciis dicta ſūt. nō poſſumus iq̄ :licet .tētemus educere aliq̄d ex tāta reꝝ æqualium.multiudine.paupis ē numerare pecus quocūque miſeris oculū:id tibi occurret qđ eminere poſſet:niſi iter paria legeretur. quare depone iſtā ſpē:poſſe te ſumati degustare īgenia maximoꝝ uiroꝝ.Tota tibi igitur iſpiciēda.ſunt tota tractāda.Res geritur:& p lineaméta ſua īgenti opus nectitur ex quo nihil ſubduci ſine ruina pōt nec recuſo quo minus ſingula mēbra dūmō ipo homine cōſideres.nō ē formoſa cuius crus

laudatur:au brachi ..se illa ctius uniuersa facies:partibus admirationē singulis abstulit.Si tamē exegeris:nō tam mend..e:tecū agam :sed plena manu fiet.Ingens corū turba est passim iacentiū. Sumenda erunt:non c..ligenda .nō eni excidunt:sed fluunt perpetua & inter se cōtexta sunt .nec dubito quin multū con..trāt rudibus adhuc & extrinsecus auscultantibus .Facilius enim singula i sidunt circūscripta & carminis modo inclusa.Ideo pueris & sentētias ediscendas damus:& has q̄s græci chrias uocant quia cōplecti illas puerilis animus potest qui plus adhuc non capit certi profectus.Viro captare flosculos turpe est.& fulcire se notissimis ac paucissimis uocibus & memoria stare.Sibi iam imitatur dicat ista non teneat.Turpe est enim seni :aut ꝓficienti senectutē:ex commentario sapere.Hoc Zenon dixit.Tu quid?hoc Cleātes.Tu qd:quousq; sub alio moneris & impera & dic quod memoriæ traditur:aliquid & de tuo profer.Omnes itaq; istos nunq̄ auctores sem p interpretes:sub aliena umbra latentes:nihil existimo habere generosi:nunq̄ ausos facere aliqd: q̄diu didicerant memoriā in alienis exercuerunt .Aliud est eni meminisse:aliud scire.Meminisse ē rē cōmissam memoriæ custodire.at cōtra scire est:& sua facere quæq; nec ab exēplari pēdere:& totiens respicere ad magistrū.Hoc dixit Zenon:hoc Cleātes .Aliqd iteri sit iter te:& librū:Quousq; dices:Iā & præcipe quid ē cur audiā qd legere possū.Multū iquit uiua uox facit.nō quidē hæc quæ alienis uerbis cōmodatur & actuari uice fungitur .Adiice nunc q; isti qui nunq̄ tutelæ suæ siunt:ꝑ mū i ea re sequūtur priores in qua nemo nō a priore desciuit.deide i ea re sequūtur:quæ adhuc q̄ ritur.Nūq̄ āt inuenietur:si cōtenti fuerimus inuentis.Præterea qui aliud sequitur nihil iuenit imo nec quærit.Quid ergo nō ibo ꝑ prioꝝ uestigia:Ego uero utar uia uetere:sed si priorē plani orēq; i uenero:hāc muniam:& qui ante nos ista mouerunt:non domini nostri:sed duces sūt.patet oībus ueritas:nondū est occupata:multū ex illa etiā futuris relictum est.Vale.

Epistola.xxxiiii.Quomodo delectat magistrum profectus discipuli & q; magna pars bonitatis est uelle fieri bonum.

c Resco & exulto:& discussa senectute recalesco:quotiens ex his quæ agis ac scribis itelligo quātū teipse :nam turbā oli reliqueras:sup te geris.Si agricolā arbor ad fructū perducta delectat.si pastor ex fœtu gregis sui capit uoluptatem.si alumnum suū nemo aliter ituetur:q̄ ut adolescentiā illius suā iudicet.quid euenire credis his qui ingenia educauerunt & quæ tenera formauerūt:adulta subito uident.Assero te mihi:meū opus es.ego cū uidissem indolem tuam:inieci manū exhortatus sū:addidi stimulos nec lente ire passus sū:sed subinde ścitaui & nūc idē facio:sed iā currētē hortor & iuicē hortantē.Quid aliud iquis adhuc uolo.In hoc plurimū ē:nō sic quomodo principia totius opis dimidiū occupare dicūtur.ita res aio cōstat.Itaq; ps magna bonitatis ē uelle fieri bonum.Scis quēadmodum bonum dicam .perfectum absolutū:quē malū facere nulla uis nulla necessitas possit.Hūc in te perspicio si pseueraueris & icubueris & id ægeris:ut omnia facta dictaq; tua inter se congruant:ac respondeant sibi:& una forma percussa sint Nō est huius aius in recto cuius acta discordant.Vale:

Epistola.xxxv.De differentia amicitiæ:& uino gaudio & cōstātia animi.

c Vm te tā ualde rogo ut studeas:meū negocium ago.habere amicū uolo:qd cōtingere mihi:nisi pergis:ut cœpisti excolere te non pōt.Nūc eni amas me:amicus nō es.Quid ergo ? hæc iter se diuersa sūt:imo dissimilia.qui amicus ē amat:qui amat nō utiq; amicus ē, Itaq; amicitia semp prodest amor aliquādo ēt nocet.Si ob nihil aliud :ob hoc pfice ut amare discas.Festina ergo dum mihi proficis ne istud alteri dideris.Ego quidē iā percipio fructum mihi fingo uno nos ánimo futuro & quicquid ætati meæ uigoris abscessit:id ad me ex tua.quanq̄ non multū abest:redit urū.Sed tamen quoq; re ipsa esse lætus uolo:Venit ad nos ex his quos amamus etiā absentibus gaudium sed id leue & euanidū conspectus & præsentia cōuersatio habet aliquid uiuæ uoluptatis .Vtiq; si non tantum quē uelis uideas sed & qualē uelis uideas Affer itaq; te mihi i gens munus & quo magis instes cogitate mortalē esse me senē.Propera ad me sed ad te prius profice & ante omnia hoc cura ut cōstes tibi.quotiens experiri uoles an aliquid actum sit obserua an eadē hodie uelis quæ heri.mutatio uoluntatis indicat animum natare alibi atque alibi apparere: prout tulit uentus non uagatur qd fixum atque fundatum est .Istud saptenti profecto contingit aliquatenus .& proficienti profectoque:quid ergo interest.Hic cōmouetur quidem nō tamē trā sit sed suo loco nutat .ille ne cōmouetur quidē.Vale.

Incipit liber quintus. Epistola.xxxvi.De iquieta fœlicitate:& de bona horriditate.Et qd ꝑ ptiē boni animi meditatio ad ueram philosophiam perducit.

Micū tuum hortare:ut istos magno aio coutemnat qui illum obiurgāt:qd umbrā & ociū petierit:qd dignitatē suam destituerit:& cū plus cōsequi posset:prætulerit quietem oibus:q̄ utiliter negociū suum gesserit:quotidie illis ostēdet.Hi qbus iuidetur:non desinent transire:alii:elidentur:alii cadēt.res ē iquieta fœlicitas :ipsa se exagitat:mouet cerebrum non uno genere:alios in aliud irritat:hos in potentiā:illos i luxuriā:hos inflat:illos mollit: & totos resoluit:At bene aliquis illā fert:sic quomodo uinū.Itaq; nō est quod tibi isti psuadeāt eū

ene fœlicem:quia multis obsidetur.Sic illum quēadmodum ad lacum ..utritu quē qui exhauriunt:conturbant:Nugatorium & inertem uocant.Scis quosdā pere..se loqui & significare contraria fœlicem uocabant.Quid ergo erat? Neillud quidē curo:quo q.. busdam nimis horridi animi uidetur & tetrici.Ariston aiebat male se adolescentem tristē q̄ hil..em & amabilem turbæ Vinum enim bonū fieri:quod recens durum & asperū uisum est:nō pati ætatem quod i dolio placuit.Sin eum tristem appellat:& inimicum processibus suis:bene se dabit i uetustate ipsa tristitia. Perseueret modo colere uirtutem:perhibere liberalia studia.non illa quibus profundi satis est:sed hæc quibus tingendus est animus:hoc discendi tempus.Quid ergo? Aliquid est quod non sit discendū:Minime.Sed quēadmodū studere omnibus annis honestū ē:ita nō omnibus institui.turpis & ridicula res est elementarius senex.Iuueni parandū est:seni utendū:Facies ergo rē utilissimā tibi:si illi q̄ optimū feceris.Hæc aiunt beneficia esse expetēda:tribuēdaq;.nō dubie primæ sortis: quæ tam dare prodest q̄ accipere:Deniq; nihil illi iā liberi ē qui spopōdit.minus autē turpe ē creditori q̄ spei bonæ decoquere.At illud æs alienū soluēdū:opus ē negotiāti nauigatione prospera agrū colēti:ubertate eius quā colit terræ.cæli fauore.ille quod debet:sola pōt uolūtate persoluere ius fortuna nō habet:hos disponat:ut q̄ trāquillissimus animus ille ad perfectū ueniat:qui nec ablatū sibi quicq̄ sētit:nec adiectū: sed i eo habitu ē quocūq; res cedāt:cui siue aggerūtur uulgaria bōa:supra res suas eminet:siue aliqd ex istis:uel ioia casus excussit.minor nō fit:si parthia natus esset arcū insās statī tēderet.si in germania ꝓtinus puer:tenerū hastile uibraret.si auoꝝ nostroꝝ temporibus fuisset:equitare:& hostē cominus pcutere didicisset.Hæc singulis disciplia gentis suæ sua det:atq; impat Quid ergo huic meditādū ē? q; aduersus oia tela:q; aduersus oē genus hostiū:bene facit mortem cōtēnere:quæ quin habeat i se aliquid terribile:ut & animos nostros quos i amorem sui natura formauit:offēdat.nemo dubitat.Nec eni opus eēt id cōparari & acui:i quod instinctu quodā uolūtario iremus:sicut feruntur oēs ad obseruationem sui.nemo discit ut si necesse fuerit æquo animo in rosa iaceat:sed in hoc duratur:ut tormentis nō submittat fidem:ut si necesse fuerit stās ēt aliquādo sautius ꝓ uallo puigilet:& ne quidē pilo icūbat:quia solet obrepere iteri sōnus in aliquod adminiculū reclinatis.mors nullū habet icōmodū.eē eni debet & aliquid cuius sit iconmodū.quod si tāta cupiditas te lōgioris æui tenet.cogita nihil eoꝝ quæ ab oculis abeunt:& i reꝝ natura ex qua ꝓdierūt:ac mox ꝓdierunt:ac mox ꝓcēnura sunt:recōduntur cōsumi.desinūt ista nō peunt.& mors quā ptimescimus:ac recusamus itermittit uitā:nō eripit.Veniet iteꝝ qui nos repo nat dies in lucē q̄ multi recusarēt:nisi oblitos reduceret.Sed postea diligētius docebo oia:quæ uidētur perire mutari æquo aio debet rediturus exire.Obserua orbē reꝝ in se remeātium:uidebis nihil i hoc mūdo extingui:sed uicibus descēdere ac surgere.æstas abiit:sed alter illā annus adducit: hyems cecidit.referunt illā sui mēses. solē nox obruit:sed ipsā stati dies abiget:stellarū iste discursus:quicquid præteriit repetit.ps cæli leuatur assidue:pars mergitur.Deniq; finē faciā:si hoc unū adiecero:nec infātes:nec pueros: nec mēte lapsos timere morte:& eē turpissimū si eā securitatem nobis rō nō præstat:ad quam stultitia perducit.Vale.

Epistola.xxxvii:De duplici magnanimitate.Et quomō ad ueram libertatē philosophia pducat:.

q Vod maximū uinculū ē:ad bonā mētē ꝓmisisti uirum bonum:sacramento rogatus es deridebit se si quis dixerit. Mollē esse militiā & facilē:nolo te decipi:eadē honestissimi huius & illius turpissimi:aut amētis uerba sunt.Vri ferroq; necari:ab illis qui manus arenæ locāt:& edunt:& bibunt quæ p sanguinē reddant:cauetur ut ista uel inuiti patiantur a te:ut uolens libensq; patiaris.illis licet arma submittere:misericordiā populi tētare.Tu neq; submittes.neque uitam rogabis:recto tibi inuictoq; moriendū ē.Quid porro ꝓdest paucos dies:aut annos lucri facere:Sine missione nascimur.Quomō ergo inquis me expediā:effugere non potes necessitates.potes uincere:fiat uia:& hanc tibi uiā dabit philosophiā.ad hanc te cōfer si uis saluus eē:si securus:si beatus.Deniq; si uis esse:quod est maximū:liber:hoc cōtingere aliter nō pōt.humilis res ē stultitia:abiecta::sordida:seruilis:multis effectibus:& sæuissimis subiecta.hos tā graues dominos interdū alternati inperantes:pariter dimittit a te sapientia:quæ sola libertas ē:una ad hanc fert uia: & quidē recta nō aberrabis.Vade certo gradu.si uis omnia tibi subiicere: te subice rationi multos reges si ratio te rexerit.ab illo disces quid:& quēadmodū aggredi debeas:nō incides rebus:neminē mihi dabis:qui sciat quomodo quod uult ceperit uelle non consilio adductus ullo:sed impetu i pactus est.Non minus sæpe fortuna incurrit : q̄ nos in illam.turpe est nō ire:sed ferri.& subito i medio turbine rerum stupentem quærere huc ego quemadmodum ueni.Vale.

Epistola.xxxviii.De utilitate familiaritatis breuis & inelaborati sermonis.

m Erito exigis.ut hoc iter nos epistolarū cōmertium frequētemus plurimū ꝓficit sermo q̄ minutatim irrepit aio disputatiōes præparatæ & effusæ audiēte populo plus habēt strepitus minus familiaritatis .philosophia bonū cōsiliū ē cōsilium nēo clare dat aliquādo utēdū ē & illis:ut ita dicam concionibus:ubi qui dubitat impellendus est.Vbi uero non hoc agendum est

ut uelit discere:sed ꝛ d, cat:ad hæc submissiora uerba ueniendum est:facilius intrant & hærēt.nec enim multis opus est.sed efficacibus.Seminis modo spargenda sunt:quod quāuis sit exiguum:cū occupauerit idoneum locum:uires explicat:& ex minimo in maximos auctus diffunditur.Idē ꝓfecit oratio:non late patēte si aspicias in opere crescit.pauca sunt quæ dicuntur:sed illa animus bene excipit:conualescunt & exurgunt.eadem est inq̄ præceptorum conditio quæ seminū multum efficiunt:& angusta sunt:tantum ut dixi:idonea mens rapiat illa sibi:& in se trahat:multa inuicē & ipsa generabit:& plus reddet q̄ acceperit.Vale.

Epistola.xxxix.De differentia ordinariæ orationis:& breuiarii.Et q̄ sit proprium generosi animi ad excelsa citari.Et q̄ superfluitas noceat.

Ommētarios quos desideras diligenter ornatos:& in angustum coactos:ego uero com
c ponam.Sed uide ne plus ꝓfutura sit oratio ordinaria:q̄ hæc quæ nunc uulgo breuariū dicitur.olim cum latine loqueremur summarium uocabatur. illa res discenti magis necessaria est:hæc scienti.illa enim docet:hæc admonet.Sed utriusq̄ rei tibi copiam faciā.Tuū a me non est:q̄ illum aut illum exigas Qui not rem dat:ignotus est.Scribam ergo quid uis:sed more meo.Interim multos habes:quorum scripta nescio an satis ordinent.Sume in manus iudicē philosophorum.Hæc ipsa res expergisci te coget:si uideris q̄ multi tibi laborauerunt:concupisces & ipse ex illis unus esse:Habet enim hoc optimū in se generosus animus:q̄ cōcitat ad honesta.Neminē excelsi ingenii uirum humilia delectant:& sordida.magnarum rerū species ad se uocat:& extollit quēadmodum flamma:quæ surgit in rectum:iacere ac deprimi non potest:non magisq̄ quiescere ita noster animus ī motu est:eo mobilior & actuosior:quo uehementior fuerit:sed sœlix qui ad meliora hunc impetum dedit:ponet se extra ius ditionemq̄ fortunæ:secunda tēperabit:aduersa cōminuet:& aliis admiranda despiciet.Magnanimi ē magna cōtemnere ac mediocria malec̄ nimia illa enim bona utilia uitaliaq; sunt:at hæc eo quod superfluunt nocent:Sic segetem nimia sternit ubertas:sic rami frangunt onere:sic ad maturitatem nō peruenit nimiā fœcūditas:Idem aīs quoque euenit:quos immoderata fœlicitas rūpit:quia non tantum in aliorum iniuriā:sed etiā ī suam uertuntur.Quis hostis ī quenq̄ tā cōtumeliosis fuit:q̄ ī quosdā uoluptates suæ sunt:quorū ipotētiæ:atq; insaniæ:libidini:ob hoc unū possis ignoscere:quod quæ fecere patiuntur.Nec inmerito hic illos furor uexat.necesse est enī ī mēsum exeat cupiditas:quæ naturalē modū trāsit.ille enī habet suū finē:insania enī & ex libidine orta sine termino sunt:necessaria metitur utilitas:supuacua quo redigis.Voluptatibus itāq; se mergunt:quibus in cōsuetudinē adductis:carere nō possunt:& ob hoc miserrimi sunt q̄ eo puenerunt:ut illis quæ supuacua fuerant.facta sunt necessaria.Seruiunt itaq; uoluptatibus:non fruuntur:& mala sua:qd malorum ultimū ē:amant.Tunc autē consumata ē infœlicitas:ubi nō solū turpia delectāt:sed placent.& desinit esse remedio locus:ubi quæ fuerunt uitia mores sunt.Vale.

Epistola.xl.Modrādā ꝓnūtiationē docet.& exemplo maxie Ciceronis iubet eē tardiloquū.

Vod frequenter mihi scribis:gratias ago.Nā quo uno mō potes.te mihi ostēdis.nunq̄
noluerit : tam superuacuum sciet sibi cocū esse q̄ militem.Illi sapientes fuerunt:aut certe sapientibus similes:quibus expedita erat tutela corpori.Simplici cura cōstant necessaria:in delitiis laboratur.Etiam non desiderabis artifices:si sequere naturam:illa noluit esse distinctos:ad quæcūq; nos cogebat instruxit.Frigus intolerabile est corpori nudo.Quid ergo? Nunquid pelles ferarū & aliorum animalium a frigore satis abundeq; defendere queunt? Num corticibus arborum plæræq; gētes tegunt corpora? Num auium plumæ:i usu uestis conferuntur? Num hodieq; magna Scythaꝝ pars tergis:uulpium induitur ac murium:quæ tactu mollia & impenetrabilia uentis sunt? Opus est tamen calorem solis æstiui umbra crassiore propellere. Quid ergo? Num uetustas multa abdidit loca:quæ uel iniuria tēporis:uel alio quolibet casu excauata in specum recesserūt? Quid ergo Nū quamlibet uirgeam cratem:texuerunt manu:& uili oblinierunt luto? Deinde stipula aliisq; fluctibus.operuere fastigium& pluuiis per deuexa latentibus:hyemem transire securi. Quid ergo? Num indefensso iacent Sytticæ gentes? quibus propter nimios solis ardores:nullum tegumētum satis repellendis caloribus solidum est:nisi ipsa arens humus: Non fuit tam inimica natura ut cum omnibus aliis animalibus facilem actum uitæ daret:homo solus nō posset sine tot artibus uiuere. Nihil horum ab illa nobis imperatum est:nihil ægre querendum:ut possit uita produci. Ad parata nati sumus:nos omnia nobis difficilia studio fecimus.Tecta tegumentaq; & fomenta corporū & cibi:& quæ nunc īgens negotium facta sunt:obuia erant:& gratuita:& opera leui parabilia.Modus enim omnium prout postulabat necessitas erat:nos ista p̄ciosa.nos misera: nos magnis multisq; conquirenda artibus fecimus.Sufficit ad id natura quod poscit.A natura luxuria desciuit:quæ quotidie seipsam incitat:& tot sec lis crescit:& ingenio adiuuat uitia.Primo superuacua cœpit cō cupiscere:inde contraria:nouissime corpori animum abduxit & illius deseruire libidini iussit. Omnes iste artes:quibus aut excitatur ciuitas aut strepit:corporum negocium gerunt:cui omnia oli tā qui seruo præstantur:nūc tāq̄ domino parantur.Itaq; hinc textorum hinc fabricoꝝ officinæ sunt hinc odores coquentium:hinc molles corporis motus docentium.mollesq; cantus & infractos.recessit enim ille naturalis modus:desideria ope necessaria finiens:nā rusticitatis & miseriæ est: uelle quantum sat est Incredibile est mi Lucilli q̄ facile etiam magnos uiros dulcedo orationis abducat a uero. Ecce possidonius ut mea sertopinio:ex his qui plurimū philosophiæ contulerunt:dū uult describere primum quemadmodum alia torqueantur fila:alia ex moli solutoq; ducantur. Deinde quemadmodum tela suspensis ponderibus:rectū stamen extendat:quemadmodum sub tegmē insertum:quod duriciā ntriq; cōprimētis trame remoliat:spata coire cogantur:& iūgi. Textricū quoque artem a sapientibus dixit inuentam:oblitus postea repertū hoc subtilius genus in quo tela iugo iuncta est:stamen secernit arundo.Inseritur medium radiis sub tegmen acutis·Quod lato parituit insecti pectine dentes.Quid si contingisset illi adere has nostri temporis telas:in quibus uestis celatura conficitur.In qua non dico nullum corpori auxilium:sed nullū pudori est.Transit deinde ad agricolas:ne minus facunde describit processum aratro solum.& inter aratrū: quo solutior terra facilius pateat radicibus.tunc sparsa semina:& collectas manu herbas·ne quid fortuitum & agreste succrescat quod necet segetem.Hoc quoque opus ait esse sapientium:tanq̄ non nunc quoque plurima cultores agroꝝ noua inueniant:per que fertilitas augeatur.Deinde non est contentus his artibus:sed in pristinum sapientem submittit.Narrat enim quemadmodum regꝝ naturā imitatus panem cœperit facere.Receptas inquit in os fruges concurrens inter se duritia dentium frangit:& quicquid excidit ad eosdem dentes lingua refertur.Tunc uero miscetur:ut facilius per fauces lubricas transeat:Cum peruenit in uentrem aqualiculi feruore concoquitur.Tunc demum corpori accedit.Hoc aliquis secutus exemplar:lapidem asperum aspero imposuit:ad similitudinem dētium quorum pars immobilis motum alterius expectat.Deinde utriusq; attritu grana franguntur:& sæpius regeruntur.donec ad minutiā frequēter trita redigantur:tūc farinā i aquam sparsit:& assidua tractatione perdomuit:finxitq; panem:quem primo cinis calidus:& feruēs texta pcoxit.Deide sutili paulatim reperti:& alia genera:quoꝝ feruor seruiret arbitrio.Nō multū affuit qui sutrinū quoque inuētū a sapiētibus diceret.Oia ista ratio quidem:sed nō recta ratio cōmēta est.Hois enī nō sapiētis:iuēta sunt tam me hercules q̄ nauigia:quibus amnes:qbuq; maria trāsimus.aptatis ad excipiendum uentoꝝ ipetū uelis:& aditisa tergo gubernaculis:quæ huc atq; illuc cursum nauigii torqueant.& exēplū a piscibus tractū ē:qui canda reguntur:& leui eius utrūq; momento uelocitatem suam flectunt.Omnia hæc quidem inquit sapiens inuenit:sed minora q̄ ut ipse tractaret : sordidis ministris dedit imo non aliis excogitata ista sunt:q̄ quibus hodieq; curantur Quedam nostra demum prodisse memoria scimus ut specularioꝝ usum perlucente testa clarum transmittentiū lumen:ut suspensuras balneorum & impressos parietibus tubos: per quos circunfunderetur calor quo ima simul & summa fouentur æqualiter.Quid loquar marmora: quibus tēpla:qbus domus fulgent? Quid lapideas moles in rotundum ac leue formatas :qbus porticus ac capatia populoꝝ tecta suscipimus? Quid uerborum notas:quibus quanuis citata excipitur oratio & celeritatem linguæ manuus sequitur? Vilissimorum mancipiorum ista commenta sunt.Sapiētia altius sedet:nec manus edocet animorū magistra est Vis scire quid illa eruerit? quidue effecerit? nō dedecores cor

poris motus:nec uarios per tubam ac tibiam cantus:quibus exceptus spiritus:aut in exitu:aut i trā
situ formatur in uocem:non arma nec muros:nec bella:utilia molitur:paci fauet: & genus huma
num ad concordiam uocat.Non est inq̄ istrumēto⁹ ad usus necessarios opifex: Quid illi tā paru
ula assignās? Artificem uides uitæ:alias quidem artes sub dominio habet. Nam cum uita illi ui
tæ quoq; ornamenta seruiunt. Cæterum ad beatum statum tendit:illo ducit:illo uias aperit.Quæ
sint mala quæ uideantur ostendit:uanitatem exuit:mentibus dat magnitudinem solidam.Inflatā
uero & ex mani speciosam reprimit:nec ignorari sinet iter magna quid intersit & tumida:toti
us naturæ noticiam:ac suæ tradit. Quid sint dii qualesq; declarat:quid inferi : quid lares & Genii.
Quid in secundam nominum forma animæ perpetuæ:ubi consistāt:quid agant:quid possint:qd
uelint:hic eius initiamenta sunt:per quæ non municipale sacrum:sed ingens omnium deorum tē
plum mundus ipse reseruatur.Cuius uera simulachra:ueraq; facies cernendas mentibus protulit.
Nā ad spectacula magna habes usus est ad initia deinde rerum redit:& æternam rationem toti in
ditam:& uim omnium seminū singula proprie figurantem. Tum de animo cœpit inquirere un
de effet:ubi:q̄diu:in quot membris diuisus? Deinde a corporibus se ad icorporalia tranitullit. Ve
ritatemq; & argumenta eius excussit. Post hæc quemadmodum discernerentur uitæ aut uocis am
bigua.In utraq; falsa enim ueris immixta sunt.Non abduxit inq̄ se:ut Possidonio uidetur:ab istis
artibus sapiēs:sed ad illas oīno nō uenit.Nihil enim dignū iuentu iudicasset:quod nō erat dignū
perpetuo usu iudicaturus ponenda non sumeret.Anacharsis inqt inuēit rota figuli:cuius circuitu
uasa formātur.Demū qa apud Homerū iuenitur figuli rota:malūt uideri uersus fallos esse q̄ tabulā:
Ego nec Anacharsim huius rei fuisse auctorem cōtendo:& si fuit sapiens qdem hoc inuenit:sed nō
tanq̄ sapiens.sicut multa sapientes faciunt:quia homines sunt:non quia sapientes.Puta uelociss
mum esse sapientem:qui cursu omnes anteibit:qua uelox est:non qua sapiens.Cuperem Possido/
nio aliquem uitrearium ostēdere:qui spiritu uitrū in habitus plurimos format:qui uix diligenti
manu effingerentur.Hæc inuenta sunt postq̄ sapientem inuenire desinimus.Democritus iquit iue
nisse dicitur fornicem:ut lapidum curuatura paulatim inclinatorum medio saxo alligaretur. hoc
dicam falsū esse.Necesse est enim ante Democritum & ponte & portas fuisse : quarum fere sūma
curuantur.Excidit porro uobis eundem democritum inuenisse quemadmodum ebur molliretur:
quēadmodum decoctus calculus in smaragdum conuerteretur:qua hodieq; coctura inuenti Japi
des coctiles colorantur.Ista sapiens licet inuenerit:non quia sapiēs erat inuenit. Multa enim facit:
quæ ab imprudētissimis æque fieri uidimus:aut peritius:aut exercitatius.Quid sapiēs inuestigaue
rit? Quid in lucem protraxerit quæris? Primum uerā naturam quam nō ut cætera animalia oculis
secutus est tardis ad diuina. Deinde mtæ legem:quam ad uniuersa direxit:nec nosse tantū sed seq
docuit deos : & accidentia non aliter excipere q̄ imparata.Vetuit parere opinionibus falsis:& quā
ti quicq; esset uera æstimatione perpendit:dānauit mixtas pœnitētiæ uoluptates.Et bona semper
placitura laudauit : & palam fecit fœlicissimum esse:cui fœlicitate non opus est : potentissimū esse
qui habet ipotestate. Nō de ea philosophia loqui quæ cinē extra patriam posuit:extra mundū de/
os:quæ uirtutem donauit uoluptati:sed illa quæ nullum bonum putat nisi quod honestū est: quæ
nec hominis nec fortunæ muneribus deleri potest . cuius hoc præcium est non posse præcio capi.
Hāc philosophiam fuisse illo rudi seculo quo adhuc artificia deerant.& ipo usu discebāt utilia.Nō
credo sicut ante fortunata tempora:cum in medio iacerēt beneficia naturæ promiscuæ utenda:an
teq̄ auaritia:atq; luxuria dissociauere mortales:&ad rapinam ex consortio discurrere.Non erāt illi
sapientes uiri:etiam si faciebant facienda sapientibus.statum quidem generis humāi non alium
quisq̄ suspexerit magis.Nec sicui permittat deus terrena formare & dare gētibus mores.aliud pro
bauerit:q̄ quod apud illos fuisse memoratur apud quos nulli subigebant arua coloni.Ne separare
quidem:aut partiri limine campum. Fas erat in medium querebant ipsaq; tellus. Omnia liberius
nullo poscente ferebat. Quid hominum illo genere fœlicius? In cōmune rerum natura fruebatur:
sufficiebat illa ut parens in tutela omnium: hæc erat publicarum opum secura possessio. Quid
ni ego illud locupletissimum mortalium genus dixerim:in quo pauperē inuenire nō posses. Iru
puit i res optime positas auaritia:& dum seducere aliquid cupit:atq; in suum uerrere : omnia fecit
aliena & in angustum eximmenso redacta paupertatem intulit : & multa concupiscendo omnia
amisit.Licet itaq; uelit nunc concurrere & reparare quid perdidit:licet agros agris adiiciāt uicinū
uel præcio pellat æris uel iniuria.Licet in prouinciarum spatium rura dilatet: & possessionem uo
cet:per suam longam peregrinationē nulla nos finium propagatio eo reducet unde discessimus.
Cum omnia fecerimus multum habebimus uniuersū.Tertia ipsa fertilior erat illaborata:& in usus
populorum non diripientium larga.Quicquid natura protulerat:id non minus inuenisse q̄ inuen
tum monstrare alteri uoluptas erat.Nec ulli superesse poterat:aut deesse:itercōcordes diuidebatur.
Nondum ualentior:impossuerat infirmiori manum.Nōdum auarus abscondendo quod sibi iace
ret:alium necessariis quoq; excluserat.Par erat alterius ac sui cura.Arma cessabant incruētæq; huma
no sanguine manus. Odium omne in feras uerterant.Illi quos aliquod nemus densum a sole pro
texerat:qui aduersus seuitiam hyemis:aut imbris uili receptaculo tuti sub fronde uiuebāt:placidas

trāsigebāt sine suspirio noctes. Solicitudo nos i nostr.. purpura uexat:& accerrimis excitat stimu
lis at qui molem sonum illis dura tellus dabat. Nō ipēdebant celata laquearia.sed in aperto iacen
tes sydera superlabebantur:& insigne spectaculū noctiū mundus in præceps agebatur:silentio tan
tū opus dicens:tā inter diem illis q̄ noctem patebant,pspectus huius pulcherrimæ domus.Libebat
ueri signa ex mediā cæli parte uergentia:rursus ex occulto alia surgentia. Quid ni iuuaret uagari
inter tam late sparsa miracula? At uos ad omnem tecto⁹q; pauetis sonum:& iter picturas uestras si
quid increpuit fugitis attoniti: Nō habebant domos instar urbium.Spiritus ac liber inter aperta
flatus:& leuis umbra tupis aut arboris & perlucidi fontes riuiq; nō ope:nec fistula:nec ullo coacto
itine re obsolefacti:sed sponte currentes:& prata sine arte formosa inter hæc agreste domicilū ru
stica politū manu:Hæc erat secundum naturā domus in qua libebat habitare:nec ipsā;nec pro ipsa
timentem.nunc magna pars nostri metus tecta sunt:Sed quis egregia illis uita fuerit & carens frau
dēnō sere sapientes:quando hoc iam i opere maximo nomē est. Nō tamen negauerim fuisse al
ri spiritus uiros.Et ut ita dicam:a diis recentes.neq; eni dubiū est quin meliora mundus nondum
effectus ædiderit.quemadmodū autē omnibus indoles fortior fuit:& ad labores paratior:ita non
erant ingenia omnibus consumata. Non enim dat natura uirtutem. Ars est bonū fieri:Illi quidem
non aurū nec argentum:nec perlucidos lapides ima terraq; fece quærebāt.Parcebantq; adhuc etiā
multis animalibus.Tantum aberat:ut homo hominē non iratus:non timens tantum spectaturus
occideret.Nondū uestis illis erat picta.Nondū texebatur aurum:adhuc non eruebatur.Quid ergo
ignorantia rerum innocentes erant.Multum autē interest utrum peccare aliquis nolit:aut nesciat.
deerat illis iusticia:deerat prudentia:deerat temperātia ac fortitudo.Omnibus his uirtutibus habe
bat similia quædā rudis uita.Virtus nō contigit aio:nisi instituto & edocto: & adsummū assidua
exercitatione perducto .Ad hoc quidem:sed sine hoc nascimur: & in optimis quoq; āteq̄ erudias
uirtutis materia non uirtus est.Vale.

Epistola.xci. Quomodo ad omne quod euēire potest firmādus est animus.Et q⁹ omnia mor
alium mortalitate damnata sunt.Vbi nō idignatione:sed æquanimitate opus ē contra fatū.

Iberalis noster nunc tristis est nunciato incendio :quo. Lugdunensis colonia exusta
est.Mouere hic casus quemlibet posset:ne dum hominem patriæ suæ amantissimum:
quæ res efficit:ut firmitatem animi sui quærat quā uidelicet ad ea quæ timeri posse
putabat exercuit.Hoc uero tā iopinatū malū & pene inauditū non miror si sine mœ
tu fuit:cum esset sine exemplo.Multas enim ciuitates incendium uexauit:nullam abstulit. Nam
eti am ubi hostili manu iniecta ignis immissus multis locis deficit:q̄is subinde excitetur:raro
tamen sic cuncta depascitur:ut nihil ferre relinquat. Terrarum quoque uix unquam tam gra
uis & Pernicios⁹ fuit motus:ut tota opida euerteret.Nunq̄ deniq; tā infestū ulli exarsit incendiū
ut nihil alteri superesset incendio:tot pulcherrima opera:quæ singula illustrare urbes singulas pos
sēt:una nox straxit:& in tāta pace quantum ne bello quidē timeri potest accidit.Quis hoc credat?
Vbiq; armis quiescentibus :cum toto orbe terrarum diffusa securitas sit.Lugdunum quod osten
debatur i Galia quæri? omnibus fortuna quos publice afflixit:qd passuri erāt timere permisit.Nul
la res magna non aliquod habuit ruinæ suæ spacium.In hac una nox interfuit inter urbē maximā
& nullam :deniq; diutius illā tibi periss⁹ q̄ periit narro.Hæc omnia liberalis nostri affectum incli
nant aduersus sua firmū & erectum:nec sine causa concussus est.Inexpectata plus aggrauant.No
uitas adiicit calamitātibus pondus:nec quisq̄ mortalium nō magis quod etiam miratus est doluit.
Ideo nihil nobis improuisum esse debet.In omnia præmittendus est animus:cogitandum⁹q; non
quicquid solet sed quicquid potest fieri.Quid enim est:quod non fortuna cū uoluit ex florentissi
mo detrahat:qd nō eo magis aggrediatur:& quatiat:quo speciosius fulget.Quid illi arduū? qdue
difficile est? Non una uia semper ne tota quidem incurrit.Modo nostras in nos manus aduocat:
modo suis contenta uiribus inuenit pericula sine auctore:nullum tempus exceptum est in ipsis uo
luptatibus causæ doloris oriuntur.Bellū in media pace consurgit:& auxilia securitatis in metum
transeunt.Ex amico inimicus.Hostis ex socio.In subitas tēpestates hybernisq; maiores agitur æsti
ua tranquilitas:sine hoste patimur hostilia:& cladis causas:si alia deficiūt nimia sibi fœlicitas iue
nit.Inuadit tēperatissimos morbus:nalidissimos ptysis.Innocētissimos pœna Secretissimos tumul
tus.Eligit aliquid noui casus:per quod uelut oblitis uires suas ingerat.Quicquid longa series mul
tis laboribus multa dei indulgentia struxit:id unus dies spargit ac dissipat:lōgā moram dedit ma
lis properantibus:qui diē dixit horam momentum⁹q; tēporis euertēdis imperiis sufficere. Esset ali
quod ibecillitatis nostræ solatiū:rerūq; nostrarū si tanto tempore repararentur cuncta quanto fini
untur.Nunc incremēta lēte exeunt:festinatur in dānum:nihil priuati::nihil publice stabile est:tam
hominū q̄ urbiū facta uoluuntur.Inter placidissima terror existit:nihilq; extra est tumultuātibus cau
sis:mala unde minime expectabantur erumpunt.Quæ domesticis bellum steterant regna:quæ ex
ternis impellente nullo ruunt:quota quæq; fœlicitatē ciuitas pertulit.Cogitanda ergo sunt oia:&
animus aduersus ea quæ possunt euenire firmandus.Exilia:tormenta bella:morbos:naufragia me
ditare.Potest te patriæ:potest patriā tibi casus eripere:potest te in solitudinem abiicere.Potest hoc

ipsum in quo turba suffocatur fieri solitū.ō. Tota ante oculos sortis humanæ conditio ponatur: nec quantum frequenter euenit: sed quantum plurimū potest euenire præsumamus animo: si nō lumus opprimi: nec ullis inusitatis uelut nouis obstupe fieri. In plenum cogitanda fortūa est. Quotiens Asiæ quotiens Achaiæ urbes uno tremore ceciderunt? quot oppida in Syria? quot in Macedonia deuorata sunt? Cyprum quotieus uastauit hæc clades? Quotiens i se paphus corruit? frequēter nobis nunciati sunt totarum urbium interitus: & nos inter quos frequenter ista nunciatur: quota pars omnium sumus. Consurgamus itaq; aduersus fortuita: & quicquid inciderit sciamus nō esse tam magnum q̄ rumore iactetur. Ciuitas arsit opulenta: ornamētumq; prouinciarum: quibus & in serta erat: & excepta. Vni tamen imposita: & huic non altissimo mōti. Omnium istarum ciuitatum: quas nunc magnificas ac nobiles audis. Vestigia quoq; tempus eradet. Nō uides quēadmodum in Achaia clarissimarum urbium iam fundamenta cōsumpta sunt: nec quicq̄ extet ex quo appareat illas saltem fuisse. Non tantum manufacta labuntur: non tantum humana arte: atq; industria posita uertit dies. Iuga montium diffluunt: totæ desedere regiones. Operta sunt fluctibus: quæ procula cōspectu maris stabant. Vastauit ignis colles: per quos relucebat: erosit & quōdam altissimos uertices solatia nauigantium: ac speculas ad humilem harenam deduxit: ipsius naturæ opera uexātur. Et ideo æquo animo ferre debemus urbiū excidia. Casura omnia extant: omnibus exitus manet: siue interna uis flatuq; præclusa uiolenti pondus sub quo tenentur excusserint: siue torrentium i abdito uastior obstātia effregerit siue flāmarū uiolentia cōpaginē soli ruperit: siue uetustas: i qua nihil tutū est: expugnauerit minutati: siue grauitas cæli egesserit populos: & situs deserta corruperit. Et enumerare oēs fatoꝝ uias lōgū est. Hoc unū scio: oia mortaliū opa: mortalitate dānata sūt: inter pitura uiuimus. Hæc ergo atq; eiusmodi solatia admoueo, Liberali nostro icredibili quodā patriæ suæ amore flagrāti: quæ fortasse cōsūpta est: ut in melius excitaretur. Sæpe maiori fortunæ locū fecit iniuria. Multa ceciderunt: ut altius surgerent: & in malas imagines fœlicitatis uibis inimicus aiebat romæ sibi incendia ob hoc unū dolori esse: quod sciret meliora resurrectura q̄ arsissent. In hac quoq; urbe uerisimile est certiores omnes esse ut maiora certioraq; q̄ amisere restituātur. Sint utinā diuturna: & melioribus auspiciis in æuum longius condita. Nam huic Coloniæ ab origine sua centesimus annus est. ætas ne homini quidē extrema a Platone deducta: in hac frequētia loci oportunitate conualuit. Qui tamen grauissimos casus intra spacium humanæ pertulit senectutis: Itaq; formetur animus ad intellectum: patientiaq; sortis suæ: & sciat nihil inausum esse fortunæ. Aduersus imperia illam idem habere iuris: quod aduersus imperantes. Aduersus urbes idem posse quod aduersus homines. Nihil horum dignandum est. In eum intrauimus mundum: in quo his legibus uiuitur. Placet parere non placet: quacunque uis exi. Indignare si quid in te inique prone constitutum est. Sed si hæc animos summosque necessitas alligat: in gratiam cum fato reuertere: a quo omnia resoluuntur. Non est quod nos tumulis metiaris: et his monumentis quæ una disparia prætexunt. Aequat omnes cinis: impares nascimur pares morimur. Idem de urbibus quod de urbium incolis dico. Tam ardea capta: q̄ Roma capta est. Conditor ille iuris humani: non natalibus nos: nec nominum claritate distinxit: nisi dum sumus. Vbi uero ad finem mortalium uentum est. Discede inquit ambitio omnium quæ terram præmunt: seruus miles esto. Ad omnia patienda pares sumus. Nemo altero fragilior est: Nemo in crastinum sui cercior. Alexander Macedonum rex discere Geometriam infœlix cœperat sciturus q̄ p. silla terra esset ex qua minimum occupauerat. Ita dico infelix ob hoc quod intelligere debebat fallum se gerere cognomē. Quis enim esse tam magnus in pusillo potest? Erant illa quæ tradebantur subtilia: & diligenti intentione discenda: non quæ percipere posset uesanus homo: & trans oceanum cogitationes suas mittens. Facilia inquit me doce. Cui præceptor inquit: ista omnibus eadem sunt: æque difficilia. Hoc puta rem natura dicere. Ista de quibus quæris: omnibus eandem sunt: nulli dari faciliora possunt: sed quisquis uolet sibiipsi illa reddet faciliora. Quomodo? æquanimitate: & doleas oportet: & sitias: & exurias: & senecas: & si tibi longior contigerit inter homines mora: & ægrotes: & pedas aliquid: & pereas. Non est tamen q̄ istis qui te circunstrepunt credas. Nihil horum malum est. Nihil intollerabile: aut durum: ex confessu istis metus est. Sic mortem times quomodo famā. Quid autem stultius homine uerba metuente. Eleganter Demetrius noster solet dicere: eodem loco sibi esse uoces imperitorum: quo uentre redditos crepitus. Quid enim inquit mea refert? sursum isti an deorsum sonent? Quanta dementia est uereri: ne infameris ab infamibus? Quemadmodum famam extimuistis sine causa: sic & illa quæ nunq̄ timeretis: nisi fama uixisset. Nunquid detrimenti faceret uir bonus in quis rumoribus sparsus? cum ne morti quidem hæc apud nos noceat: & hæc malam molitionem habet. Nemo eorum qui illa accuset exptus est. Interim temeritas est damnare quod nescias. At illud scis q̄ multis utilis sit: q̄ multos liberet tormētis: ægestate: quærelis: suppliciis tedio. Non sumus in ullius potestate: cum mors in nostra potestate sit. Vale.

Epistola. xcii. Disputatio cōtra dicentes solam uirtutem non facere beatum sine externis cōmodis. Vel facere quidem beatū sed non beatissimum. Vbi sedit hæc fortuita nec bona esse nec mala. Et nec beatum facere nec miserum. Et de excellentia animi.

Vto inter me teq; conueniat externa corpori acquiri: corpus in honorem animi colī in animo esse partes ministras: per quas mouemur: aliturq; propter ipsum principale nobis data. In hoc principale aliquid irrationale est: & rationale. Illud huic seruit: hoc unū est quod alio non refert: sed omnia ad se perfert. Nam illa quoq; diuina ratio omnibus præposita est: ipsa sub nullo est. Et hæc autem nostra eadem est: quia ex illa est. Si de hoc inter nos conuenit: sequitur ut de illo quoq; conueniat. In hoc uno positam esse beatam uitam: ut in nobis ratio perfecta sit. Hæc enim sola non submittit animum. Stat contra fortunam in quolibet rerū habitu seruitus seruit. Id autem unum bonum est: quod nunq̄ defungitur: Is inquam beatus: quem nulla res minorem facit: tenet summam & ne ulli quidem nisi sibi innixus. Nam qui aliquo auxilio sustinetur potest cadere. Si aliter est incipient in nobis multum ualere non nostra. Quis autem uult constare fortuna: aut huis se prudens ob aliena miratur? Quid est beata uita: securitas & perpetua tranquillitas. Hanc dabit animi magnitudo: dabit constantia bene iudicati tenax. Ad hoc quomodo peruenitur? si ueritas tota perfecta est: si seruatus est in rebus agendis ordo: modus. decor: & innoxia uoluntas: aut benigna: intenta rationi. Nec unq̄ ab ista recedens: amabilis simul mirabilisq;. Deniq; ut breuiter tibi formulam feribam. Talis animus sapientis esse uiri debet: qualis deum deceat. Quid potest desiderare: is cui omnia honesta contingant? Nam si possunt aliquid non honesta conferre ad optimum statum. in his erit beata uita: sine quibus non est. Et quid stultius turpiusue q̄ bonum rationalis animi ex irrationalibus nectere. Quidam tamen augeri summū bonum iudicant: quia parum plenum sit fortuitis repugnantibus. Antipater quoq; inter magnos sectæ huius auctores: aliquid se tribuere dicit externis: sed exiguum admodum. Vides autem quale sit: & te non esse contentum: nisi aliquis igniculus alluxerit. Quod potest in hac claritate solis habere scintilla momentum? Si non es sola honestate contentus: necesse est aut quietem aduci uelis quam dosinam uocant græci aut uoluptatem. Horum alterum utrunq; recipi potest. Vacat enim animus molestia liber ad conspectum uniuersi. Nihilq; illum auocat a contemplatione naturæ. Alterum illud uoluptas bonum pecoris est. Adiicimus rationali irrationale: honesto inhonestum. Magno uitam facit titilatio corporis. Quid ergo dubitatis dicere bene esse homini: si palato bene est. Et hunc tu non dico inter uiros numeras. Sed inter homines cuius summum bonum saporibus: ac coloribus: ac sonis constat. Excedat ex hoc animalium numero pulcherrimo: ac diis secundo mutis aggregetur animal pabulo lætum. Irrationalis pars animi duas habet partes. Alteram animosam: ambitiosam impotentem. positam in affectionibus. Alteram humilem: languidam: uoluptatibus deditam. Illā effrenatam: meliorem tamen certe: fortiorem ac digniorem uiro reliquerunt. Hanc necessariam beatæ uitæ putauerunt inermē & abiectam. Huic rationem seruire iusserunt & fecerunt animalis generosissimi bonum: demissum & ignobile. Præterea mixtum: portentuosumq; & ex diuersis animalibus congruentibus membris. Nam ut ait Virgilius noster in Scylla. Prima hominis facies & pulchro pectore uirgo. Pubetenus postrema immani corpore pistrix. Delphinum caudas utero cōmissa luporum. Huic tamen Scyllæ fera animalia iuncta sunt horrenda: uelocia. At isti sapientiam ex quibusdam composuere portentis. Prima hominis pars est ipsa uirtus. Huic committitur inutilis caro: & fluida & recipiendis tantum cibis habilis: ut ait Posidonius. Virtus illa diuina: in lubrico finit: & superioribus eius partibus uenerandis atq; cælestibus: animal iners ac marcidum attexitur. Illa utcuuq; altera quies nihil quidem ipsa animo præstabat: sed impedimenta remouebat. Voluptas ultro dissolnit: & omne robur emollit: quæ inuenietur tam discors inter se iunctura corporum: sortissime rei inertissima astruitur: seueriissimæ parum seria: sanctissimæ intemperans usq; ad indigesta. Quid ergo inquit: si uirtutem nihil impeditura sit bona ualitudo: & quies: & dolorum uacatio: nonne petes illas. Quid ni petam? Non quia bona sunt: sed quia secundum naturam sunt: & quia bono a me iudicio sumuntur? Quod erit in illis tunc bonum? Hoc unum bene eligi. nam cum uestem qualem decet summo: cum ambulo ut oportet: cum cœno quemadmodum debeo: non cœna aut ambulatio. aut uestis bona sunt: sed meum in his propositum seruantis in quaq; re rationi conuenientē modum etiam nunc adiiciam. Mundæ uestis electio appetenda est homini. Natura enim homo mundum & elegans animal est. Itaq; non est bonū p se munda uestis: sed mundæ uestis electio: quia nō in re bonum est: sed in electione quia actiones nostræ honestæ sunt: nō ipsa quæ aguntur. Quod de ueste dixi: idē de corpore me existima dicere. Nā hæc quoq; natura: ut quādā uestem animo circundebit uelamentū eius est. Quis autē unq̄ uestimē ta æstimauit arcula? Nec bonū nec malū uagina gladiū facit. ergo de corpore quoq; idē tibi rīdeo Sumpturū quidē me: si detur electio & sanitatē & uires. Bonū autē futurum iudicium de illis meū non ipsa. Est quidē inquit sapiens beatus. Summū enim bonū uon sequitur nisi illis: & naturalia instrumenta rīdeant. Ita miser quidē esse qui uirtutē habet non pōt. Beatissimus autē nō est: qui naturalibus bonis destituitur: ut ualitudine & membroꝝ integritate. Quod icredibilius uidetur id cōcedis

aliquem in maximis & cõtinuis doloribꝰ:non esse miserum etiam beatũ:Quod leuius est:negas beatissimũ esse.Atqui si potest uirtus efficere:me miser aliquis sit:facilius efficiet ut beatissimus sit. Minus enim interualli a beato ad beatissimum restat:q̃ a misero ad beatum.An quæ res tantum ualet ut exceptum calamitatibus inter beatos locet.Non potest adiicere quod supersit:ut beatissimũ faciat in summo deficit cliuo.Commoda sunt in uita & incõmoda utraq; extra nos.Si non est miser uir bonus:q̃is omnibus præmatur incõmodis:quomodo non beatissimus:si aliquibus cõmodis deficitur.Nam quemadmodum incõmodorum onere usq; ad miserum non deprimitur:sic cõmodorum inopia non deducit a beatissimo.Sed tamen sine commodis beatissimus est:q̃ non est sub incommodis miser.Aut potest illi eripi bonum suum:si potest minui.Paulo ante dicebã:ignis culum nihil conferre luminis solis.Claritate enim eius quicquid sine eo lucet:absc̃ditur.Sed quædam inquit solis uis & lux integra est:etiam inter opposita:& quamuis aliud interiaceat:quod nos prohibeat eius aspectum:in opere est:cursu suo fertur.Quotiens inter nubila luxit:non est sercno minor:nec tardior quidem.Quoniam multum interest:utrum aliquid obstet tãtum:an impediat: Eodem modo uirtuti opposita nihil detrahunt.non est minor:sed minus fulget:nobis forsitã nõ æque apparet ac nitet.Sibi eadem est:& more solis obscuri in occulto uim suam exercet.Hoc itaq; aduersus uirtutem possunt calamitates & damna:& iniuriæ quod aduersus solem potest nebula.Infertur qui dicat sapientem corpore parum prospero usum nec miserum esse:nec beatum.Hic quoq; fallitur.Exequat ea in fortuita uirtutibus:& tantũdem tribuit uirtutibus quantum honestate carentibus.Quid autem fœdius:quid indignius q̃ comparare uenerãda contemptis.Venerãda enim sunt fides:iustitia:pietas:fortitudo:prudentia:Econtrario uilia sunt:quæ sæpe contingunt plenioribus uilissimis.Crus solidum:& lacertus:& dentes:& horum sanitas:firmitasq;:Deinde si sapiens cui corpus molestum est:nec miser habebitur:nec beatus·sed medio relinquetur. Vita quoq; eius nec appetenda:nec fugienda:Quid autem tam absurdum q̃ sapientis uitam appetendam non esse.Aut quid tam extra fidem q̃ esse aliquam uitam:nec appetendam:nec fugiẽdam?Deinde si damna corporis miserum non faciunt:beatum esse patiuntur.Nam quibus potentia non est in peiorem transeundi statum:nec interpellandi quidem optimum.Frigidum inquit aliquid & calidum nouimus Inter utrumq; tepidum est·Sic aliquis beatus est:aliquis miser:aliquis nec miser nec beatus.Volo hanc contra nos positam imaginem excutere.Si tepido illi plus frigidi ingessero fiet frigidum:si plus calidi affudero fiet nouissime calidum.At huic:nec misero:nec beato:quãtũcunq; ad miserias adiecero miser erit quemadmodum dicitis.Ergo imago ista dissimilis est.Deinde trado tibi hominem:nec miserum nec beatum.Huic adiicio cæcitatem non fit miser.Adiicio dolores:continuos & graues:miser non fit.Quem tam multa mala in miseram uitam nõ transferunt nec ad beata quidem educunt.Si non potest ut dicitis sapiens ex beato:in miserum decidere:non potest in nõ beatum.Quare enim qui illa cœpit:alicubi subsistat.Quæ res non patitur illum ad imum deuolui:retinet in summo.Quid ni?non possit beata uita rescindi nec remitti quidem potest:& ideo uirtus ad illam per seipsa satis est.Quid ergo inquit sapiens:non est beatior qui diutius uixerit:quem nullus aduocauit dolor:q̃ ille qui cum mala fortuna sæpe luctatus est.Respondemihi.Nũquid & melior est:& honestior?Si hæc non sunt:ne beatior est.Rectius iuuat oportet:ut beatius uiuat.si rectius nõ potest:ne.beatius quidem.Non intenditur uirtus ergo nec beata quidem uita:quæ ex uirtute est. Virtus enim tantum bonum est:ut istas accessiones minutas non sentiat.Breuitatem æui:& dolorum & corporum uarias offensiones.Nam uoluptas non est digna ad quam respiciat. Quid est in uirtute præcipuum?Futuro non indigere:nec dies suos computare:in quantolibet tempore bona æterna cõsumat.Incredibilia nobis hæc uidentur:& supra humanam naturam excurrentia. Maiestatem enim eius ex nostra imbecillitate metimur:& uitiis nostris nomen uirtutis imponimus·Quid porro æque incredibile uidetur.Aliquem in summis cruciatibus positum:dicere beatus sum.Atq; hæc nox in ipsa officina uoluptatis est audita.Beatissimum inquit hunc & ultimum diem ago.Epicurus:cum illum hinc urinæ difficultas torqueret:hinc insanabilis exulcerati dolor uentris.Quare ergo incredibilia sunt ista apud eos qui uirtutem colunt:cum apud eos quoq; reperiantur:apud quos uoluptas imperauit?Hi quoq; degeneres & humilimæ mentis aiunt:in summis doloribus: in summis calamitatibus:sapientem nec miserum futurum nec beatum.At qui hoc quoq; incredibile est:imo incredibilius.Non uideo enim quomodo in infinitum agatur e fastigio suo:deiecta uirtus.Aut beatum præstare debet.Aut si ab hoc depulsa est:non prohibebit fieri miserum. Stans non potest uinci:aut uincatur oportet:aut uincat.Diis inquit immortalibus solis:& uirtus & beata uita contingit.Nobis umbra quædam illorũ bonorũ & similitudo.Accedimus ad illam nõ puenimus.Ratio uero diis hominibusq; cõis est.Hæc in illis cõsumata est:in nobis consumabilis.Sed ad desperationẽ nos uitia nostra pducunt.Nã ille alter secũdus est:ut aliquis pagæ cõstans ad custodienda optima cuius iudiciũ labat.Etiã nunc & incertũ est:desideret oculorũ atq; auriũ sensum banã ualitudinẽ & non fœdũ aspectũ corporis:& habitu manẽte suo:ætatis præterea longius spatiũ. Per hanc põt non pœnitenda agitare ut in pfecto uiro.Huic malitiæ uis quædã inest:quia animũ habet mobilẽ at praua illa agit arcns malitia:& ea agitata abest.De bono non est adhuc bonus:sed

i bonũ fingitur. Cuicũq; autẽ deest aliqd ad bonũ male est.Sed sicui uirtus animusq; i corpore sens: hic deos æquat.Illo tẽdit orginis suæ memor. Nemo improbe eo conatur ascendere unde descenderat. Quid est autem:cur non existimes in eo diuini aliquid existere qui dei pars est. Totũ hoc quo cõtinemur: & unũ est:deus: & socii eius sumus & membra.Capax est noster animus: præfertur illo si uitia non deprimant.Quemadmodum corporum nostrorum habitus erigitur: & spectat incælum.Ita animus.cui inquantum uult licet porrigi.In hoc natura rerum formatus est ut paria diis uelit:& sic utatur suis uiribus ac se in spatium suum extendat. Non alienaui ad summa nititur. Magnus erat labor ire in cælum.Redit enim cum hoc iter nactus est.Vadit audacter & conteptor omnium nec ad pecuniam respicit:aurum argentumq; illis in quibus iacuere tenebris dignissima. Non ad hoc æstimat splẽdorem quo imperitiores uerberant oculos & auerterunt a cælo: ex quo illa secreuit cupiditas nostra & effodit.Scit inquam alicubi positas esse diuitias quo congeruntur:animum impleri dedere non arcam.Hunc imponere domino omnium rerum licet. Hunc in possessionem rerum naturæ inducere:ut suarum possessionum orientis occidentisq; terminus fiat.Deorumq; ritu cuncta possideat cum opibus suis diuites superne despiciat. Quorum nemo tã lætus est suo:q̃ tristis alieno:cum se in hanc sublimitatem tulit.Corporis quoq; uel oneris necessarii non amator:sed procurator est. Nec se illi cui impositus est subiicit.Nemo liber est qui corpori seruit. Nam ut aliquos dominos:quos nimia pro illo solicitudo iuenit transeas.ipsius moro sum imperium delicatumq; est.Ab hoc modo æquo animo exit:modo magno prosilit: ne quis deide reliquiis eius futurus sit exitus quærit.Sed ut ex barba capillos dẽtola negligimus.Ita ille diuinus animus egressurus hominem quo receptaculum suum conferatur.Ignis illum excludat:an fere distrahant:an terra contegat:non magis ad se iudicat pertinere:q̃ secundas ad editum infantem: utrũ proiectum aues differat:an consumatur canibus data præda marinis.Quid ad illum qui tunc quoq; cum inter homines est:nullas minas timet:ullas ne timebit post mortem minas eorum quibus usq; ad mortem timeri parum est.Non conteret inquit me:nec uncus : nec proiecti ad contumeliã cadaueris:laceratio fœda usuris.Neminem de supremo officio rogo.Nulli reliquias meas cõmendo.Ne quis insepultus esset rerum natura prospicit:quem seuitia proiecerit:dies conder. Diserte Mœcenas ait:Nec tumulum curo : sepelit natura relictos. Alte cinctum putes dixisse. Habuit enĩ ingenium:& grãde:& uirile:nisi illud secũdis cinxisset. Vale.

Epistola.xciii. De breuiori uita nõ curãdũ.Et q; ãplissimũ uitæ spatiũ est usq; ad sapiẽtiã uiuere.

i N epistola qua de morte Metronatis philosophi quærebaris:tanq̃ potuisset diutiꝰ uiuere & debuisset:æquitatem tuam desideraui:quæ tibi in omni persona in omni negocio superesti una redeest:in q̃ oibus:multos iueni æquos aduersus homines aduersus deos neminẽ Obiurgamus quotidie fatum.Quare illa non rapitur?Quare ille in medio cursu raptus est?Quare senectutem & sibi & aliis grauem extendit.Vtrum obsecro te æquius iudicas te naturæ:an tibi parare naturã?Quid autẽ interest:q̃ cito exeas dũ utiq; exeundũ est. Nõ ut diu uiuamus curãdũ est: sed ut satis.Nã ut diu uiuas fato opus est:ut satis aĩo.Lõga est uita si plena est.Impletur autẽ cũ animus sibi bonũ suũ reddidit:& ad se potestatem sui transtulit.Quid illum octoginta anni iuuant p inertiam exacti?Nõ uixit iste:sed i uita moratus est:nec sero mortuus:sed diu. Octogita ãnis uixit. Interest mortem eius ex quo die numeres. At ille obiit uitiis:sed officia boni ciuis:bõi amici: boni filii executus est.In nulla parte cessauit:licet eius ætas imperfecta sit:uita perfecta est.Octogin ta annis uixit:imo octogita annis fuit:nisi forte sic uixisse eũ dicis quo modo dicũtur arbores uiuere.Obsecro te mi.Lucilli hoc agamus:utquẽadmodũ preciosa rerũ sit uita nostra nõ pateat multum:sed multũ pedeat.Actu illam metiamur:non tẽpore.Vis scire quid inter hunc interfuerit uegetũ contẽptorẽq; fortunæ functum oibus uitæ humanæ stipẽdiis:atq; i summũ bonũ eius euectum: & illũ cui multi anni transmissi sunt. Alter post mortẽ quoq; est. Alter ante mortẽ periit. Laudemus itaq;:& i numerosœliciũ reponamus eũ:cui quãtuluncunq; tẽporis contigit.bene collocatũ est.Vidit enim uerã lucem:non fuit unus e multis:& uixit:& uiguit. Aliquãdo sereno usus est: Aliquãdo ut solet ualidi syderis fulgor per nubila emicuit. Quid quæris q̃diu uixerit?uixit ad posteros usq; transiliit:& se in memoriam dedit. Nec ideo mihi plures annos accedere recusauerim. Nihil tamẽ ad beatam uitam defuisse dicam:si spatium eius inciditur.Non enim adeum diẽ me aptaui:quẽ ultimum mihi spes auida promiserat:sed nullum nõ ranq̃ ultimum aspexi. Quid me interogas quãdo natus sim? An inter iuniores adhuc censar? Habeo meum. Quemadmodum i minore corporis habitu potest homo esse perfectus:sic & i minore temporis termino potest esse uita pfecta. Aetas iter externa est:q̃diu sim aliẽum est : q̃diu uero ut uir bonus sim meum est. Hoc ame exige: ne uelut per tenebras æuum ignobile emetiar ut agam uitam:ut non præteruehar.Quæris quid sit amplissimum uitæ spatium?usq; ad sapientiam uiuere. Qui ad illam peruenit:attingit non longissimum finem:sed maximum.Ille uero glorietur audacter:& diis agat gratias:interq; eos sibi & rerũ nature iputet q; fuit.merito eni iputabit.meliorẽ illis uitã reddidit q̃ acceperit.Exẽplar bõi uiri posuit:q̃lis quãtusq; esset ostẽdit. Siqd adiecisset:fuisset simile pterito. Et tũ quousq; uiuimus: oiũ rerũ cogitatiõe fũcti sumus.Scimus ad qd pricipalis natura se attollat.quẽadmodũ ordiet mũ

dum: per quas uices annū retiocet. Quō. modum omnia quæ usq; erant cluserit:& seipsam sui si nem fecerit. Scimus sydera impetu suo uadere: præter terram nihil stare. cætera cōtinua uelocitate decurrere. Scimus quemadmodum solem luna prætereat. Quare tardior uelociorem post se relin quat. Quomodo lumen accipiat: aut perdat: quæ causa inducat noctē: quæ reducat diem. Illuc eū dum est ubi ista propius aspicias. Nec hac spe inquit sapiens ille fortius ex eo quod patere mihi ad deos meos iter iudico. Metui quid e amitti etiam inter illos fui: animūq; illo meum misi:& ad me illi suū miserūt: sed tolli me de medio puta & post mortem nihil ex hoine restare. Aeque magnum animum habeo: etiā si nusq; trāsiturus accedo. Nō tā multis uixit annis q̄ potuit:& paucorum uer suum liber est:& quidem laudandus atq; utilis. Annales Tamasii scis q̄ non decori sint:& qui uocē tur. Hæc est uita quorundam longa:& quod Tamasii sequitur annales. Nunquid fœliciorē iudicas eum qui summo die numeris:q̄ eum qui medio occiditur. Nūquid aliquem esse tam cupidum uitæ putas: ut iugulari in spoliario. q̄ in arena malit. Nō maiore spatio alter alterum præcedit. Mors per omnes it. Qui occidit consequitur occisum: minimum est de quo solicitissime agitur. Quid āt ad rem pertinet quamdiu uites quod euitare non possis. Vale.

Epistola. lxxxiii. Vtrum pars philosophiæ superfluat disputatio & solutio. & de annotatiōe cō tra malum popularis opinionis.

Hanc partem philosophiæ quæ dat propria cuiq; personæ præcepta: nec in uniuersū cō pōit hominem sed marito suadet quō se gerat aduersus uxorē: patri quō educet liberos domino quō seruos regat. Quida solam recepant:& caeteras quasi extra uirilitatem no stram uagantes reliquerant tanq̄ quis non posset de parte suadere: nisi qui summam prius totius uitæ complexus est. Sed Aristo Stoicus e contrario hanc ptem leuē existimat:& quæ nō descen dat in pectus usq; ut illā habentē præcepta plurimū ait ꝓficere ipsaq; decreta philosophiæ. consti tutionemq; summi boni: quā qui bene intellexit & didicit: qd in quaq; re faciendum sit sibiipse p̄ cepit. Quēadmodum qui iaculari discit: destinatum locū captat:& manum format: ad dirigenda quæ mittit. Cum hanc uim ex disciplina & exercitatiōe precepit quocūq; illa uult utitur. Didicit. n. nō hoc aut illud ferire: sed quocunq; uoluerit. Sic qui se ad totā uitam instruxit: nō desiderat pticu latim admoneri: doctus in totū. Nō. n. quomodo cū uxore: aut cū filio uiueret. sed quomodo bene uiueret. In hoc ē & quomodo cū uxore ac liberis uiuat. Cleantes utilēqdē iudicat & hanc ꝑtē: sed i becillē nisi ab uniuerso fluit: ubi decreta ipsa philosophiæ & capita cognouit. In duas ergo q̄stiōes locus iste diuiditur: Vtæ utilis an in utilis sit:& an solus uiq; bonum possit efficere. i. utq; supuacu cuus sit:. an oēs faciat supuacos. Qui hanc ptē uideri uolunt supuacuam: hoc aiunt. Siqd oculis op positum moratur aciē: remouendum est: illo qdē nō abiecto opam pdidit q̄ præcipit. Sic quo am bulabis illo manum porriges. Eodē modo ubi aliqua res obcæcat animum:& ad officioq; despici endū ordinē impedit: nihil agit q̄ præcepit: Sic uiues cū patre. sic cū aliis. Nihil. n. ꝓficient precep ta: q̄diu mentis error obfuscus ē: si ille discutitur: apparebit qd cuiq; debeatur offitio. Alioqn do ces illud quod sano faciēdum sit: non sanum efficis. Paupi ut agat diuitem monstras: hoc quomō manente pauptate fieri potest. Ostēdis exurienti qd tanq̄ satur faciat: fixam potius medullis famē detrahe. Idem tibi de omnibus uitiis dicam: ipsa remouenda sut: nō præcipiēdum quod fieri illis manentibus non pōt: tuisi opiniōes falsas: qbus laboramus expuleris: Nec auarus quomō utendū pecunia sit exaudiet: nec timidus quomodo picula cōtennat: Efficias oportet ut sciat pecuniā nec bonum nec malum esse. Ostēdas illi miserrimos diuites. Efficias ut qcqd publice expauimus: sciat nō esse tam timendum: q̄ fama circūfert: nec dolorē quoq; nec mortē. Sæpe in morte. quā pati lex est magnum esse solatium quod ad neminē redit. in dolore ꝓ remedio futuram obstinationē ani mi q̄ leuius facit sibi: qcqd cōtumaciter passus est. Optimam doloris esse naturam q̄ nō potest: nec q̄ extēditur magnus esse: nec q̄ est magnus extēdi. Omnia fortiter excipiēda: quæ nobis mundi ne cessitas imperat. His decretis cū illum i cōspectū suæ cōditionis adduxeris. & cognouerit beatam uitā esse: nō quæ secundum uoluptatem est: sed secundum naturā. Cū uirtutē unicum bonū homi nis adamauerit: tupitudinē solū malū fugerit: Reliqua oia diuitias: honores: bonam ualitudinē: uires: imperia: scierit esse mediam ptem: nec bonis anumerandā nec malis. Monitorem nō desi dabit ad singula q̄ dicat: sic incede: sic mane: hoc uiro: hoc fœminæ: hoc marito: hoc cælibi conue nit. Ista. n. q̄ diligentissime monent: ipsi facere nō possunt. Hæc pedagogus puero: hæc auia nepoti præcipit: & irascendum non esse magister iracundissimus disputat. Si ludum litteratum intraueris scies ista: quæ ingenti supercilio philosophi iactant: in puerili esse præscripto. Vtrum manifesta de mum an dubia percipes: non desiderant manifesta monitores: præcipienti dubia non creduntur. Superuacuum est ergo præcipere. Id adeo sic dise: si iam mones quod obscurum est & ambiguū: ꝓbatiōibus adiuuandum erit. Si ꝓbaturus es illa per quæ probas plus ualent: latisq; per se sunt. Sic amico utere. sic ciue: sic socio: Quare? quia iustum est. Omnia ista mihi locus de iustitia tradit. Illic inuenio æquitatem per se expetendam: nec metu nos ad illam cogi: nec mercede conduci. Non el se iustum cui quicquam in hac uirtute placet præter ipsam hoc tamen persuasi mihi & prohibui. Quid ista præcepta proficiunt quæ eruditum docent. Præcepta dare scienti superuacuum est: nesci

c debeant: uel præstantissimoꝝ hoium auctoritate: uel clarissimis exēplis adductos tamen nescio quō obsurdescimus: & in tot tātisq; bonarū artium disciplinis nihil pficiētes desidia quadam dormitamus: neq; id animaduertimus quanto in honore: & immortali gloria semp floruerint hi qui se totos ad ea studia contulerūt quibus res secundæ ornātur & aduersæ æquo animo feruntur: quales ferunt hi qui multa quæ uitā aut meliorem facerent: aut beatam non minus copiose q grauiter cōscripserunt. Hi uero cū in altissimas rerū cogitationes animū suum dimitterent: animaduerteretq; hoc idem & alios sæpe antea fecisse qui sapientis nomen adepti sunt existimarunt necessario a se quoq; faciendū ut non prius illa constituerent q ab eis fuissent hoium mores atq; urbiū constituti qui cum his elaborarint qbus pspectis atq; cognitis ex bonis meliores efficerētur: si quis sensus inferis: sane debēt id grauiter molestæq; ferre: cū intelligant se nihil uigiliis suis: nihil curis: nihil deniq; cogitationibus tale quicq; peperisse: atq; cōsecutos esse: qd ad hoium tēporum institutionē disciplinaq; pficeret. Heu mentes ignaræ: o uanæ hoium cogitationes. Nihil enī bonū putamus: nisi qd uulgi opinio iudicat: quod infortunæ temeritate positū est: & collocatū. Ea uero quoq; gradibus hoies in cælū ascendisse peribentur irrita atq; inania putamus. Quo fit ut inde usq; cum eiusmodi praua cogitatio p hoium mentes serpseris: res nostræ sēper in peius collapsæ sint. Creuit enī libido: adaucta est auaritia: dominatur uoluptas: quæ ratōi inimica est: & mentis ut ita dicā præstringit oculos: ut qd uere bonū sit nequeat internoscere: & sincera a fucatis decernere. Quæ cū ita sint uiri optimi illud recte factū censeo: & in primis ēt atq; ēt collaudo ut sapiētissimorū hoium præceptis pareamus: ne scriptura cū ipsis uanescat auctoribus multa enī sunt ipsa accuratissime: ornatissimeq; cōscripta atq; illustrata: quæ si psequi uoluerimus: & fama & imortali nos afficiet gloria: Quoꝝ Solon & Socrates & Plato nobilissimi philosophi principes extiterunt. Multi præterea alii & ipsi sapiētes habiti: quos iuter hic de quo uerba fū facturus Lucius Anneus Seneca haud immerito cōmemorādus ē. Cū enī ois philosophiæ ratio foret a nostris ueteribus in tres partes distributa: naturalē uidelicet siue physicā moralē atq; in eam disserēdi rationē quā dialecticā uocant: illud certe cōstat: eam quoq; partem quæ de moribus erat sūmo ingenio & maxima cura. Aristotelē fuisse cōplexū perfectissimeq; de eius partibus disseruisse. Nā cū i illis su is ethicis partē illā quæ monastica dicitur pfecisset: yconomica sunt ab eo si fame credere est tāta diligentia cōscripta ut neq; aptius neq; sanctius a quoq; in rē familiarem præcipi cōscribiq; potuerit. Quo genere philosophandi nihil mihi solet admirabilius q in actione magis q in cognitione repositū sit. Nā semp hoc animo sui & mecū sentire doctissimos hoies sæpe intellexi: nullā ex oībus artibus ac disciplinis esse quæ societati hoium ad beate uiuēdū magis sit necessaria: q hæc una quæ de ratione uiuendi extat: Cum igitur inter eos q in primis numerātur facile oium princeps i his exi stat Aristoteles: neminē tamen habeo neq; ex nostris latinis neq; ex græcis quē ad rationē earum actionum quās a bono uiro exposcimus Lucio Senecæ cōparē. Vt enim uir ille sumus græcoꝝ aristoteles uirtutē cōstituit: ita hic noster latinis quales oportet ex uirtute actiones pdire mira exhortatione demōstrauit. Non itaq; imerito: dictus uitæ magister ab oībus nostræ ætatis hoibus. Quippe q omnē philosophiæ fructū in actione constituit ut ei difficile sit honeste uiuere q huius adhortationes ac præcepta non legerit quoꝝ refertissimi sunt oēs eius libri: quos cum legimus quē philosophū non contēnimus? Sed quoniam de huius hois cōtinentia: integritate ac sapientia nūq satis dici posset pauca de eius natione: uita: ac genere subiciemus. Lucius quidē Anneus Seneca natōe hispanus: genere cordubensis: professione uero stoycus: non minus uita conspicuus: q scientia præclarus extitit. Hic a Cneo Domitio Enorbano qui cum romano exercitu missus fuerat ad expugnādā ualidissimam ciuitatem hispaniæ. Cordubam: quæ a romanoꝝ imperio desciuerat captus cū duobus fratribus. Iunio Anneo Gallione & Lucio Anneo Mella patre Lucani poetæ libertate donatus est. Hic se romam fratribus ac nepote hortatu. Domitii potissimum contulit. Vbi tanto in honore ab omnibus habitus est a nōnullis creditum sit Claudium imperatorem inde causam indignationis aut odii Senecā traxisse. Proide Claudius siue ab inuidis hominibus ita ipulsus fuerit: siue naturæ uitio. Senecam in corsicam exilio relegauit. Cuius rei meminit idem in. Octauia: quando inquit. Quid me potens fortuna fallaci blandita uultu forte contentum mea ad te extulisti: grauis ut ruerem edita receptus arce: totq; perspicem mœtus? meliusq; latebam procus ab inuidiæ malis remotus inter corsici rupes maris. Vbi liber animus & sui iuris mihi semper uacabat studia recolenti mea. Postea q uero Claudius morte Messalinam uxorem propter publicum eius pellicatum sibi assumpsit Agripinam Germanici filiam olim Cnei Domitii uxorem & Neronis matrē. Hæc a Clau

dio restitutionem Senecæ impetrauit. Cui Neronis cura cū esset a Claudio atq; Agripina mandata mortuo Claudio tantum eius potentia atq; opes creuerūt: ut multoq; iuidiam excitaret. Fuit enim consul ac senator & Neronis præceptor: & diu apud eū potentissimus: ita ut q̄diu Nero pietatem simulauit & optimi principis officio uisus fungi: nihil sine consilio Senecæ ab iperatore transigeretur. postea uero q̄ Pompeiā Sabinā questorio patre natā equiti romano antea nupta prius occisoq; uiro iussu eius duodecimo die post diuertiū Octauiæ quā sub sterilitatis noie abdicauit i matrimoniū accepisset creditū est ab ac muliere: conspiratū in mortē Senecæ qa Neronem sæpe conatus erat ab amore huius mulieris retrahere: cū adhuc uiuente Octauia ipsam in cōcubinā haberet: siue qa sciebat non placere Senecæ quæ cū Nerone diceret ac faceret: qua re cognita sapientissimus uir Seneca statuit a Nerone ociū & quietem ipetrare & se prorsus ab oi procuratione ciuili & curia abstinere: quo tutior senectus eius foret. Orauit itaq; Neronē ut ois fortunas & opes suas acciperet: & honores suos ad alterā deferret. fretus excusatione aduersæ ualitudinis & senectutis suæ quæ indies magis ingraueſcebat. Peruagabatur itaq; rura campaniæ & alia loca urbi adiacentia: in qua uelut peregrinatione bonam magnāq; partem epistolarum ad Luceium conscripsit. Reuersus forte illis diebus Seneca fuerat de campanea ac in nomētatum uillam suam diuerterat: ad quem Nero misit Sillanum tribunum pictoriæ cohortis cum iam aduesperaſceret: & circundedit uillam militibus intrauitq; domum Senecæ ubi inuenit eum cœnantem cum Paulina uxore duobusq; amicis: cui Neronis mandata exposuit: in quibus continebatur q; uel spontaneam sibi mortem conſciret. Vel quod ipse sibi constituerat mortis genus subiret. Causa uero mortis afferabatur q; Seneca odio Neronis se ab urbe abduceret: neq; amicis suis laborantibus aderat. Cui Seneca maxima animi constantia sic respondit: neq; se ab amicis abfuisse: neq; quēquam ab se destitutum esse aut negligentia aut desidia: sed se pluris ocium suum facere. q̄ ullius hominis amicitiam se olim aliis: modo sibi & complationi naturæ uacare: q; autem Neronem odio haberet satis persuasum esse Neronem ista non credere: proinde & morte & uita eius ita statueret: ut sibi placuisset se nihil habere cur mortem optaret: neq; i morte qcq; mali cognoscere: cur ipse uitā desideraret: seq; iam eo peruenisse: ut neq; pro hac neq; pro illa uotum ullum diis aut hominibus faceret. Tunc Sillanus munita custodibus uillae & domo Senecæ reuersus ad Neronem cui præsente Pompeia renunciauit: quæ fecisset: qua re audita interrogauit Nero Sillanum quo uultu sibi ea a se nunciari audiuisset: cui respondit se nullum in Seneca uidesse timoris uestigium. Remisit ergo Nero tribunum ad Senecam ut ea maturaret quæ paulo ante sibi mandata essent. Sed tribunus ueritus in conspectū Senecæ prodire: misit unū ex centurionibus suis qui nunciaret extremam necessitatis horam: quæ uerba uir sapiētissimus nultu & corde immortali audiuit. iussitq; sibi testamenti tabulas afferri. Sed ubi necessarios omnes & amicos suos ægro nimis & fracto animo mortem eius ferre uidit: conuertit se ad eos & tenens manu tabulas testamenti allocutus est eos: & ibi in medio omnium multum habuit cum eis de uirtute ac sapientia sermonem: ægitq; pluribus uerbis gratias omnibus: q; quia nōdū satis cumulate pro magnitudine beniuolētiæ coḡi se facere potuerit: dixit se uelle testamēto eis legare quod apud se gratiosus & pulchrius erat quam rem si memoria tenerent: sibi famam laudabilium artium atq; rerum retinerent. Illud autem ait esse uitæ suæ imaginem: quod non aliud significare uidebatur: quā ut uestigia uitæ suæ sequerentur. His dictis conuertit se ab amicis ad uxorem Paulinam quæ præter cæteros qui aderant dolore affecta neq; corpore neq; animo constabat: quam suauissime complexus exhortatus: ut hanc mortis iniuriam uilli animo preferret: inquiens tempus illud iam uenisse quo illa sanctissimæ philosophiæ suæ præcepta iam non disputando: sed fortiter faciendo cōprobaret nullaq; alia re meliorem posse immortalitatē consequi: quam ubi mori necesse esset: non solum æquo animo sed etiam auido complecti. Qua re mea Paulina caue hanc meam: mortē amplius ut contumelioſam: defleas: ne uel te nimis amasſæ: uel gloriæ meæ inuidisse uidearis. Agens itaq; iam annum ætatis suæ prope centesimum quartūdecimum aut ultra: iussit uenas brachiorum incidi & cruorem ut sanguis largior egrederetur. qui propter longam ætatem in uenis congelatus nō poterat. qua re cum longius mortem sibi prorogari uideret: rogauit. Statium medicum: & amicū suum ut sibi uenenum daret præparatum: quod datum ad cor ex debelitate membrorum transire nō potuit fecit itaq; sibi fieri balneū de consilio Statii aquarū pluſq; mediocriter calidarū. In quod cū intrasset audita sunt uerba licet pauca in uoce attenuata sua imortalitate dignissima: sentiens deinde mortē appropinquare: quo magis ostenderet eā sibi leuiorē esse: nec homini timenda. Primo uelut ridens suos circūspexit: deinde aquā illā accepit sanguine mixtā & super se respersit inquiens hunc liquorem sanguine & aqua mixtū Ioui liberatori consecro: per quem ut arbitrior uerū deum intelligens: quo dicto paulo post migrauit. Funus autem maximo cum honorea suis paratum fuit Composuit autem cum in balneo esset sepulchri sui ut creditur epithaphium quod postea in marmore incisum fuit. Cura labor: meritum: sumpti pro munere honores. Ite alias post hac solicitate animas. Me procul a nobis deus euocat. illicet actis Rebus terrenis hospita terra uale. Corpus auara tamem solemnibus accipe saxis: Namq; animam cælo reddimus ossa tibi. De ætate uero Senecæ potest illud conīci eum ad centesimum quartūdecimum annum uel ultra potius peruenisse: q̄

citra stetisse: dicit. n. se potuisse uiuam uocē Ciceronis audiuisse: Verisimile Igitur eum fuisse tunc rationis & doctrinæ capacem. Nam cū ea tempora mecum computo: quæ a morte Ciceronis usq; ad mortē Senecæ fluxerunt: & illud notū omnibus mihi subito Ciceronem Marci Antonii iussu cæsum esse circa exordia principatus triū uirorum scilicet Octauiani: Antonii: & Lepidi. Illud constat Octauianū annos duodecim imperasse cū Antonio diuiso tamen imperio: Victo autē Antonio: solus tenuit monarchiā orbis ānos quadragintaquatuor uel circa. Tiberius uero successit Octauiano & regnauit is annos tris & uiginti. Huic successit illa īmanis fera. C. Caligula. Is imperauit annos tres: mēses decē & dies octo: post quem Claudius imperauit annos quatuor & decē. menses septē: dies octo & uiginti. Cui truculentissima bestia Nero successit adoptiuus Claudii filius qui orbē terrarum suo pressit imperio annos tris & decē: menses septem: dies nouem & uigīti. quæ tempora si cōserantur in unum: cōstituent annos centū quatuor & decem: dies tris. Mortuus autē Seneca anno undecimo imperii Neronis biennium anteq; Petrus & paulus martyrio coronarentur. Igitur a morte Ciceronis ad mortem Senecæ fluxerunt anni centum duodecim uel propro modū. Nunc reliquum est uidere qua ætate fuisset Seneca iuxta extrema Ciceronis tempora: Nam cū scribat se idoneū iam fuisse ad audiendum Ciceronis eloquentiam: non alienū est arbitrari eum fuisse annorum duodecim, quia re constet necesse est Senecā annos centum quatuor & uiginti supergressum esse. Non ergo mentiens sum si ad centesimum & quartūdecimum annū dixi Senecam ætate processisse. Postremo sunt qui asserant Senecam moralē auctorem fuisse tragœdiarū. Fracīscus Petrarcha in quadā epistola opus fuisse huius Senecæ aperte cōfirmat. Bocatius uero negat: cui uir disertissimus Collucius assentitur hoc opus ascribens patri Senecæ: de qua quidē re non nostrum est iudicium ferre: qd' adhuc sub iudice lis. sed utcūq; sese res habeat: non tamen quod institutum aggrediamur.

Finis.

LVCII ANNEI SENECAE CORDVBENSIS LIBER DE MORIBVS: IN QUO NOTABILITER ET ELEGANTER VITAE MORES ENARRAT.

Mne peccatum actio est. Actio autem omnis uoluntaria est: tam honesta q̄ turpis: ergo uoluntarium est omne peccatum. Tolle excusationem: nemo peccat inuitus. Educatio & disciplina mores faciunt: & id unusquisq; sapit qd' didicit. Itaq; bona consuetudo excutere debet quod mala instruxit. Nihil interest quo animo facias quod fecisse uitiosum est: quia facta cemuntur: animus uero non uidetur. Nulla autē laus est: nō facere quod facere nō possis. Quid homini est inimicissimum homo. Libenter feras quod necesse est. Dolor patientia uincitur. Expecta quod nunq̄ pœniteas: nunq̄ multis placeas: sed qualibus studeas. In hoc tantū incumbe: ut libentius audias q̄ loquaris. Multos uita differentes mors iuncta præuenit. Itaq; oēs dies uelut ultimus intueantur. Tristitiam si potes non admiseris: si minus non ostenderis. Amicos secreto admone: palam autem lauda. Verba rebus non personis extimanda sunt. Oratorem te puta: si tibi ante omnes quod oportet persuaseris: ut licentiosa mancipia animi. Coerce linguam, uentrem: & libidinem. Quod tacitum esse uelis nemini dixeris: si tibi non imperasti quomodo ab alio silentium speras? Ridiculum est aliquem odio nocenti innocentiam perdere. Monstro similis est: auaritia senilis. Quid enim stultius est quod dici solet: q̄ uia deficiēte uiaticum quærere uel augere? Omnes infantes terra nudos excipit. Non pudeat te fortius nasci q̄ uiuere. Quid dulcius q̄ habere amicum cum quo audeas ut tecum omnia loqui? Magnarum uirium est negligere lædentem. Quid interest quod non habeas? nōdum es fœlix si te turba non deriserit. Si uis beatus esse: cogita hoc primum contendere noli. Priusq̄ promittas deliberes: & cum promiseris facias. Id agas ne quis meritō te oderit: & si nullos inimicos tibi facies iniuria multos facit. Solitudinem quærat qui uult cuq; innocentibus uiuere. Optimus ergo animus: & pulcherrimus cultor dei est. Abstinebis ab alieno matrimonio. præstabis parentibus pietatem: cognatis indulgentiā omnibus æquitatē. Deuitabis crudelitatē & ministrā crudelitatis iram. Nō aliter uiuas in solitudine: aliter in foro. nihil petas qd' negaturus fuisti: nihil negabis quod petiturus fuisti. Pacem cū hominibus habebis: cū uitiis bellū. Hoc habet omnis affectus: ut in id quod ipse insanit: in id putet etiā cæteros furere. Maximū in eo uitiū est: qui non melioribus uult placere: sed pluribus. Vis omnibus cē notus: prius effice ut neminem noueris. Bonū est non laudari: & esse laudabilē. Stultum est timere qd' uitare nō poteris. Male obtuentur de te homines: sed mali. Malis displicere est laudari. Male de te loquūtur homines: bene autē loqui nesciunt. non qd' mereatis: sed quod solent ipsi homines: de te mala loquunt. Molestus est: sed nō quod mentiuntur. Si autē immerito innocentiæ meæ nūc maxime gaudeo. Apparet. n. illos uera obiecturos si possent. non es in patria tua. Patria tua est ubicunq; bene es. Illud enim per qd' bene est nō est in loco: sed i homine. nihil magnū nisi magno animo despicias. Quæ sunt maximæ diuitiæ? nō desiderare diuitias. Quis plurimū habet? is qui minimū cupit. Quid est dare beneficium? deū imitari. Honestius est cū iudicaueris amare: q̄ cū amaueris iudicare. Dissentio ab alio iniuriatis te autē reconciliatio. Succure paupertati amicorū: immo occurre. Amicos secūdæ res parant

adulesæ certissime probãt.Peiora sunt tecta odia q̃ aperta.itaq; te minus loquax inimicus offendit q̃ tacitus.Mira ratio est quæ nõ nult prædicari quod gaudet intelligi.Agnosci amat qui quod agit ostendit.Elemosyna nõ tam accipientibus q̃ dantibus prodest.Et spes premii solatium sit laboris. Quæ est maxima egestas? auaritia.Pecuniæ imperare oportet nõ seruire.Nullum cõscium peccatorum tuorũ magis timueris q̃ temetipsum.Aliũ potes effugere:te autem nunq̃.Quis est pauper? qui sibi uidetur.Quia multis timetur multos timet.Infœlicitatem erige:submite fœlicitatẽ:infœlicis innocentiam.Nequitia ipsa sui pœna est.Mala cõscientia sæpe tuta est secura nũq̃.Libidinis initia continebit qui ex ipsa cogitabit.Beneficii accepti nunq̃ oportet obliuisci:dati protinus.Inhonesta uictoria est suos uincere.Satis est pœnarum potuisse puniri.Inimicitias tarde suscipe:amicitias exerce moderate.Vanitates similiter depone.Imago animi sermo est.Qualis uir talis oratio.Magna res est uocis & silentii tempora notum.Qui æquo animo malis immiscetur malus est.Neminem laudaueris.neminẽ cito accusaueris:semper puta te cũ his testimoniũ dicere.Vitiũ est omnia credere:uitium nihil credere.Vtendũ est diuitiis:nõ abutendũ.Nullũ putaueris locum sine teste:excusationem quærere uitiũ:sed omnia relinque ad dominũ.Fortior est qui cupiditatẽ uincit:q̃ qui hostem subiicit.Est difficillimum seipsum uincere.Inique irascitur qui suis irascitur.Amare sic incipe tanq̃ nõ liceat desinere.Magnarũ rerũ etiam si successus non fuerit:honestus est ipse conatus. Nobilitas animi est generositas sensus.Nobilitas corporis generosis animus.Honestior est qui senectutem ad ociũ q̃ in ocium:& tunc incipiat laborare.Turpe spectaculũ præbet animus æger.Nũ q̃ sit tristis facies tibi incõmodo alterius.Homo sum:quomodo deuitabo sæculariũ rerũ inuidiã? Si fœlicitatem iactaueris multis dines eris.Quomodo optime potentiam tuebor? Impotentia occasionis locum tenet innocentiæ proximum.Vbi cõfessio ibi remissio.Iræ seueritas in ultio est.Boni iudicis est dispensare nõ tantum quod damnandũ sit:sed quia proximus iustitiæ modus seueritas.Quietissimam uitã agerent homines in terris si hæc duo uerba a natura omniũ rerum tollerẽt: meum & tuum.Qui paupertatem timet timendus est.Vires tuas amici magis sentiant beneficia q̃ iniurias.Pecunia nõ satiat auaritiam:sed irritat.ideo semper indiges.Pecunia si tibi est:cui uis usura morbi:mihi crede:nõ potes dines esse & fœlix.Auribus frequentius q̃ lingua utere.Quicquid dicturus es anteq̃ aliis dicito tibi.Nihil interest inter iratũ & insanũ:nisi unus dies:alter semper irascitur: alter semp insanit.Facillime bonis fueris:si ea uitaueris quæ uictu paraueris:Cum alienos timueris teipsum uetere.nam sæpe sine aliis esse potes:sine te nunq̃.Si bene te instruxeris:pudeat deteriora facere.Quid persuaseris erit dierum.quod cogitaueris erit in occasione.Alteri semper ignoscito:tibiipsi nunq̃.Tantum ad uirtutẽ adiicies:quantum ex uoluptate abstraxeris.Stultum est somno delectari:& quasi mortem moliri:cum somnus assidua sit mortis imitatio.Bonis nocet qui malis parcit.Multi cum aliis maledicitur sibiipsis seruitia faciunt.Nihil turpius q̃ quì obiicit alteri quod sibi obiicien'dum.Velicentiosa mancipia animi imperio redige linguam:libidinem:uentrem: cupiditatemq; comprime.si non potes:paululum remitte.Sæpe ea quæ sanari ratione non poterant:sanata sunt tempore.Qui propter pecuniæ amorem & libidinũ morti:ostendit se nũq̃ sui causa uixisse. Turpia nẽ dixeris paulatim enim pudor pet uerba discutitur.Sic habita:ut potius laudetur dominus q̃ domus.Consuetudinaria res est innocentia.nõ damnatio sed causa hominẽ turpẽ facit:merito pœna damnata est:damnatio imerito est damnari.Si aliquid cogitaueris:cito apparebit conuentibus.Videri uis ab omnibus:nunq̃ bonæ honestatis simulatio.Quod de alienis tractas:ex tuis iudices.Multi sunt obligandi:pauci offendendi.nam memoria beneficiorum facilis est.Iniuriarũ obiurgationi semper aliquid blande admisce.facilius enim penetrant uerba quæ molli uadunt uia q̃ aspera.Nemo enim se mutat:qui mutari se desperat.Quo cum scribens aliquid dicturus es:scito morum tuorum te hominibus chirographum dare.Qui in seruos irascitur & crudelis est:satis ostẽdit potestatem aduersus alienos sibi defuisse.Qui nescit tacere:nescit & loqui.Facilius est pauperi contemptum effugere q̃ diuiti inuidiam.Bonus fruitur bona conscientia.Malis hominibus tutissimum est effugere.nulla pusilla domus quæ multos amicos capit.Scire uti paupertate maxima fœlicitas.Acuit intentio:nimium frangit animum remissio.Nunq̃ scelus scelere uincendum est.Bonus uir est qui eo perduxit affectu animum:ut non tantum peccare non uelit:sed etiam non possit. Regnantibus peius multo periculum q̃ his qui iudicantur.hi enim singulos timent:illi uniuersos. Nunquid fortis fortem se gloriabitur:quem corporis ægritudo efficit infirmum? Nunquid dines in operibus suis gloriebatur:cuius fur uel tyrãnus abrupit? Nunquit nobilitas gloriabitur effecta: nõnunq̃ indignus & miserabilibus seruiens? Diabolus aliquando se gloriabatur intersectorez tuæ misericordiæ:nunc intergemiscit socios tuæ beatitudinis.Fugienda sunt omnibus modis & abscindenda igni ac ferro:totoq; artificio separãda:languor a corpore:imperitia ab animo:luxuria a mẽte:a ciuitate seditio:a domo discordia:a cunctis rebus intemperantia.Dixit quidam amicorum omnia esse communia:& amicum seipsum esse alterum.Duorum temporum maxime habendam curam:& eorum quæ acturi sumus:& eorum quæ gessimus.Post deum ueritatem colendam.quæ sola homines diis proximos facit.

Lucii Annei Senecæ de moribus libelli finis.

LVCII ANNEI SENECAE DE FORMVLA HONESTAE VITAE: VEL DE QUATVOR VIRTVTIBVS CARDINALIBVS.

Quatuor uirtutum species multorũ sapiẽtum sententiis diffinitæ sunt:quibus animus humanus componi ad honestatẽ uitæ possit.Harũ prima est Prudentia.Secunda Magnanimitas.Tertia Cõtinentia.Quarta Iustitia.Singulæ tibi his officiis quæ subsunt annexa sunt:ac bene moratum uirum efficiunt.

De prudentia.

q Visquis ergo prudentiã sequi desiderat:tunc per rationẽ recte uiuet.& si omnia prius existimet & perpenset:& dignitatẽ rebus non ex opinione multorũ:sed ex earũ natura constituat.Nã scire debes quia sunt quæ uideãtur esse bona:& nõ sunt.& sunt q̃ uideãtur nõ bona esse:& sunt.Quæcunq; ex rebus transitoriis possides nõ mireris:nec magnũ existimes qđ caducũ est:nec apud te q̃ habes tanq̃ aliena seruabis:sed pro te tanq̃ tua dispenses & utaris.Si prudentiã amplecteris ubiq; idem eris:& prout rerũ ac temporum uarietas exigit:ea accõmodes ipse:nec te in aliquibus mutes:sed potius aptes.sicut manus quæ eadẽ est cũ in palmã extenditur:& cũ in pugnũ astringitur.Prudentis proprium est examinare consilia:& nõ cito facili credulitate ad falsa prolabi. De dubiis nõ diffinias:sed suspensam tene sententiã.Nihil in expertũ affirmes:quia nõ omne uerũ simile statim uerũ est:sicut & sæpius qđ primũ incredibile uidet:nõ cõtinuo falsum é.Crebro siqdẽ faciẽ mẽdatii ueritas retinet.Crebro mendatiũ specie ueritatis obcludit.Nã sicut aliqu do tristem fronte amicus & blãdã adulator ostẽdit.sic uerisimilitudine coloratã ueritas.& ut fallat uel surripiat coloratã.Si prudẽ esse cupis:in futura,pspectũ itẽde:& q̃ possunt cõtingere aio tuo ꝓponere.Nihil tibi subitũ sit:sed totũ ante conspicies.Nam q prudens est nõ dicit:nõ putaui qdẽ hoc fieri.qa non dubitat:sed spectat nec suspicatur:sed cauet.Cuiuscũq; facti causam require:cũ initia inueneris:exitus cogitabis.Scito te in quibusdã debere perseuerare:quia cœpisti.quædã uero nec incipere i quibus perseuerare sit noxium.Prudens fallere nõ uult.falli nõ põt.Homi est uiri etiam in morte neminem fallere.Opiniones tuæ iudicia sint Cogitationes uagas & uelut somno similes non recipies: quibus si animus tuus oblectauerit:cum omnia dispoueris tristis remanebis,sed cogitatio tua stabilis & certa sit:siue deliberet:siue quæret:cõtemplet nõ recedat a uero.Sermo quoq; tuus nõ sit inanis:sed aut ut suadeat:aut moneat:aut cõsoletur:aut præcipiat.Lauda parce.uitupa parcius. Nã similiter reprehensibilis est nimia laudatio:ut imoderata uituperatio,illa siquidẽ adulationem:ista malignitate suspecta est Testimoniũ ueritatis:non amicitiæ reddes.Cũ cõsideratione promittas plenius q̃ promiseris præsta.Si prudens est animus tuus:tribus temporibus dispensetur.Præsentia ordina:futura prouide:præterita recordare.Nam qui nil de præterito cogitat:perdet uitã:qui nil de futuro præmeditatur:in omnia incautus incidit.Proponas in animo tuo futura mala & bona:ut illa sustinere possis:& ista moderare.Non semper in actu sis:sed interdũ animo tuo requiẽ dato & requies ipsa plena sit sapientiæ studiis & cogitationibus bonis.Nã prudens nũq̃ ocio marcet Habet autẽ aliquando remissum animũ nunq̃ solutũ.accelerat tarda:perplexa expedit:dura mollit:exeq̃t ardua.Scit enim quid qua uia aggredi debeat.& cito singula & distincte cuncta uidet.Consiliũ peritorum:ex apertis obscura extimat:ex paruulis magna:ex proximis remota:ex partibus tota.Non te moueat dicentis auctoritas:nec quis:sed quid dicat intendito.Nec q̃ multis:sed quibusuibet placeas cogita:Id quære quod inuenire possis.Id dise quod potes scire.Id opta quod optari cora bonis potest.Nec altiori te rei imponas:in quã tibi stanti tremendũ:ascendenti cadendum sit.Cõsilia tibi salutifera aduoca.Cum tibi alludit uitæ prosperitas:tunc te uelut in lubrico retinebis ac sistes: nec tibi dabis impetus liberos:sed circunspicies quo eundũ sit:uel quousq;.

De magnanimitate.

Magnanimitas uero quæ & fortitudo dicitur:si insit animo tuo cum magna fiducia uiues liber:intrepidus:alacer.Magni animi hominis bonum est non uacillare:constare sibi:& finẽ uitæ intrepidus expectare.Nil aliud magnum in rebus humanis:unisi animus magna despiciens.Si magnanimus fueris:nunq̃ iudicabis tibi cõtumeliam fieri.de inimico dices:nõ nocuit mihi:sed animũ nocendi habuit.& cum illum in potestate tua uideris:uindictam putabis uindicare potuisse.Scito enim honestum & magnum genus uindictæ esse ignoscere.Neminem susurro appetas:neminem odias.palam aggredere nõ geres conflictum nisi indixeris.nam fraudes & dolos imbecillum decet habere.Eris magnanimis si pericula nec appetas ut temerarius:nec formides ut timidus.nam nil timidũ facit animũ nisi reprehensibilis uitæ conscientia.Mensura ergo magnanimitatis est:nec timidũ esse hominem:nec audacem.

De continentia.

Ontinentiã uero si diligis:circũcide superflua:& in animũ desideria tua cõstringe.Cõsidera tecũ quãtũ natura poscat:& nõ quãtũ cupiditas expetat.Si cõtinens fueris:eo usq; pueneris:ut teipso cõtẽtus sis.Nã q sibiipsi satis é:cũ diuitiis natus est.Impone cõcupiscẽtiæ tuæ renũ & modũ:q̃ occulta uoluptate animũ trahunt relice.Ede citra crudelitatẽ,bibe citra ebrietatẽ.

Obserua ne in cõuiuio aut in qualibet uitæ cõmunitate quos nõ imitaberis damnare uidearis:nec præsentibus delitiis inhærebis:nec desiderabis absentes. Victus tibi ex re facili sit:nec ad uoluptatẽ sed ad cibũ accedes. Palatum tuũ fames excitet:nõ sapores. Desideria tua paruo redime:quia hoc tãtum curare debes ut desinant. Te q; quasi ad exemplar compositus diuinũ a corpore ad spiritũ quãtum potes te festina reducere. Si cõtinentiæ studes:habita nõ amœne:sed salubriter nec dominum esse uelis notum a domo:sed domũ a domino. Non tibi ascribas quod non eris:nec quod es:nec maius q̃ es uideri uelis. Hoc maius obserua:ne paupertas tibi munda sit:nec parsimonia sordida: nec simplicitas neglecta:nec leuitas languida. etsi tibi res exiguæ sunt:nõ tamen sint angustæ. Nec tua desleas:nec aliena mireris. Si continentiã diligis:turpia fugito anteq̃ accidant. nec quẽq̃ alium uereberis plus q̃ te. Omnia tolerabilia præter turpitudinem crede. A uerbis quoq; turpibus abstine to:quia eorũ licentia imprudentiam nutrit. Sermones utiles magis q̃ facetos & amabiles ama:rectos potius q̃ obsecundantes. Miscebis interdum seriis iocos:sed temperatos & sine detrimento dignitatis ac uerecundiæ. Nam reprehensibilis risus est si modicus:si pueriliter effusus:si muliebriter factus. O dibilem quoq; hominem facit risus:aut superbus:aut clarus:aut malignus & furtiuus: aut alienis malis euocatus. Si ergo ipsos iocos exigis:hoc quoq; cum dignitate sapientiæ gere:ut te nec grauent tanq̃ asperũ:nec cõtemnant tanq̃ uilem Nõ erit tibi scurrilitas:sed grata urbanitas. Sales tui sint sine dente. ioci sine uilitate. risus sine cachinno. uox sine clamore incessu sine tumultu. quies tibi nõ desidia erit. & cũ ab aliis luditur:tu sancti aliquid honestiq; tractaueris. Si cõtinens es adulationes euita. sitq; tibi tam triste laudari a turpibus:q̃ si laudaris obturpia. Lætior esto quotiens displices malis:& malorũ de te æstimationes malas uerã laudationem tui scribe. Difficilimũ cõtinentiæ opus est assentationes adulationẽ repellere quarũ sermones animũ uoluptate resoluũt. Nullius per assentationem amicitiam mereaberis:nec ad tuam promerendam per hanc aditum pandas. Non eris audax nec arrogans:submittes te:non proicies grauitate seruata. Admoneberis libẽter:& reprehenderis patienter. Si merito obiurgabit aliquis:scito quia profuit. Si immerito:scito quia prodesse uoluit. Non acerba sed blanda timebis uerba. Esto uitiorum fugax ipse:aliorum neq; curiosus scrutator:neq; acerbus reprehensor:sed sine reprobatione correptor:ita ut admonitionẽ; hilaritate præuenias. & errori facile ueniam dato:nec extollas quẽq̃ neq; delicias. Dicentium esto tacitus auditor:promptus receptor. Requirenti facile respondes:cõtemnenti facile crede:ne iurgia dissertationis defendas. Si cõtinens es:animi tui motus corporisq; obserua:ne indecori sint. Nec illos ideo contemnas quia latent:nam nil differt:si nemo uideat:cum tuipse illos uideas. Mobilis esto:non leuis constans non pertinax. alicuius nec scientiam habere te:nec ignotum sit:nec molestum. Omnes tibi pares facies. Inferiores superbiendo non cõtemnas. Superiores recte uiuendo ne teneas. In reddenda officio sitate:neq; negligens neq; exactor appareas:Cunctis esto benignus:nemini blandus:paucis familiaris:omnibus æquus. Seuerior esto in iudicio q̃ in sermone:uita q̃ uultu:cultor clementiæ:detestator sæuitiæ:bonæ famæ neq; tuæ seminator:neq; alienæ inuidus. Rumoribus:criminibus:Suspitionibus minime credulus uel malignus:sed potius qui per speciẽ simplicitatis ad nocendum aliquibus sirripuerit optatissimus:ad iram tardus:ad misericordiam pronus:in aduersis firmus:in prosperis cautus & humilis:occultator uirtutum sicut alii uitiorum. Vanæ gloriæ contemptor:& bonorũ quibus præditus es non acerbus exactor. Nullius imprudentiã despicias. Rari sermonis ipsæ:sed loquentiũ patiens Seuerus non sæuus:sed hilarem nõ aspernas. Sapientiæ cupidus & docilis homines cũ docent discunt. quæ nosti sine arrogantia postulanti impartiẽs:quæ nescis sine occultatione ignorantiæ tibi postula impartiri. Non conturbabit sapiens mores publicos:nec populũ in se uitæ nouitate conuertet, Iustitiæ post hæc uirtus est,

De iustitia.

q Vid est iustitia:nisi naturæ tacita cõuentio in adiutorium multorum inuenta. Et quid est iustitia:nisi nostri animi constitutio. Sed est diuina lex:& uinculum societatis humanæ. In hac non est q̃ æstimemus quid expediat:expedit tibi quicquid illa dictauerit. Quisquis ergo hanc sectari desideras. Deum time prius & ama:& amaberis a deo. Amabis enim deũ si in hoc illum imitaberis:ut uelis omnibus prodesse & nulli nocere:& tunc te iustum uiri appellabunt:oẽs sequentur:uenerabuntur:& diligent. Iustus enim ut sis non solũ nõ nocebis:sed etiam nocẽtes prohibebis:nam nil nocere nõ est iustitia:sed abstinentia alieni est. Ab his ergo incipe ut nõ auferas:ut ad maiora proueharis:& aliis ablata restituas. Raptores quoq; ipsos ne aliis timendi sint castiga & cohibe. Ex nulla uocis ambiguitate cõtrouersiam nectes:sed animi qualitatem speculare:nihil tibi interfit an firmes:an uites. De fide & religione scias agi ubicũq; de ueritate tractatur. nam si iureiurando deus inuocetur:& nõ inuocanti testis est:tamẽ non transies ueritatẽ:ne iustitiæ transeat legẽ qđ si aliquando coerceris uti mendacio:utere nõ ad falsi:sed ad ueri custodiã. & si cõtigerit fidelitatem mendacio redimi:nõ mentieris:sed potius excusaberis:quia ubi honesta causa est:iustus secreta nõ prodit:tacenda enim tacet:loquenda loquitur:atq; illi apertа & secura tranquillitas. ut dũ alii uincant a malis:uincantur ab illo malo. Hæc ergo si studere curaueris:lætus & intrepidus tui finẽ expectes. prospiciens hæc tristitia hilaris:& tumultuosa:quietus:strenuus ac securus permanebis.

De mensura & moderatione prudentiæ.

h Is ergo institutionibus obseruatis quatuor uirtutum species perfectũ te facient uirũ:si mẽsuram rectitudinis earũ æquo uiuendi fine seruaueris. Nam si prudentia terminos suos excedat:callida & pauida cõmiseris:inuestigator latentium & scrutator qualiũcuq; noxarum ostenderis:notaberis timidus:speciosus:attentus:Semper aliquid quærens:semper aliquid timens semper aliquid dubitans:& subtilissimas suspitiones suas ad animi tui apprehẽsionem impinguas monstraberis digito astutia plenus:uersipellis & simplicitatis inimicus:cõtemplatorq; culparum & postremo uno nomine uocaberis a cunctis:malus homo. In has ergo maculas prudentia immẽsurata perducet:quicunq; in illa mediocri lance psistit:nec obtusum in se aliqd habeat:nec uersutũ.

De moderanda fortitudine.

m Agnanimitas autem si se extra modũ suum extollat:faciet uirum minacẽ:inflatum:turbidum:inquietum:& in quascunq; excellentias dictorum actorum neglecta honestate festinum:qui momentis omnibus superciliis surrigens ut bestia. nam quieta excitat:alium serit:alium fugat. Sed q̃is audax sit impugnator tamẽ multa extra se ualentia ferre non potent. Sed aut miserum appetit finem:aut erumpnosam sui memoriã derelinquit. Mensura ergo magnanimitatis est:nec timidũ esse hominem:nec audacem.

De modo temperantiæ.

c Ontinentia deinde his terminis te astringat:cauæ ne parcus sis:ne suspitiose & timide manum cõtra has. Ne in minimis quoq; speculum ponas. Nã talis & tam circuncisa uilis putabitur integritas. Hac ergo mediocritatis linea cõtinentiam obseruabis:ut nec uoluptati deditus prodigus & luxuriosus appareas. Nec auara tenacitate sordidus:aut obscurus existas.

Qualiter sit moderanda iustitia.

i Vstitia postremo eo mediocritatis tibi itinere regenda est:ut nec ductu iugiter leui immoram semper animi tationem negligentia subsequatur. Corrigendi curam geras:sed neq; licentiam peccandi:aut alludentibus proterue permittas. neq; missum nimia rigiditate:& asperitate:nil ueniæ aut benignitati reseruans. Humanæ societati durus appareas. Ita ergo iustitiæ regula tenenda est:ut reuerentia disciplinæ eius:neq; nimia negligentiæ cõmunitate despecta uilescat:neq; seueriori atrocitate durata gratiam humanæ amabilitatis amittat.

Conclusio præmissorum.

s I quis ergo uitam suam ad utilitatẽ non tantum pariat:sed multorum inculpabiliter componere desiderat. Hanc prædictarũ uirtutum formulã pro qualitatibus temporum:locorũ: personarũ atq; causarum sequatur eo mediocritatis insistens quo per abrupta altrinsecus præcipitia:aut ruentẽ corpori sui deuitet insaniam:aut efficientem pulsat ignauiam. Deo gratias.

Explicit tractatus Senecæ de quatuor uirtutibus & de formula honestæ uitæ.

SENECA AD GALIONEM DE REMEDIIS FORTVITORVM. Est oratio per dialogum sensus & rationis.

I Icet cunctorum poetarum carmina gremiũ tuum semper illustrent:aliquando deliberans hoc tibi opusculum pro accidentibus casibus dirigere curaui. Quod nõ præcedentes:sed posteri narrabunt. Vnde ergo primum incipimus:si tibi uidetur a morte. Ab ultimo inquis? Immo a maximo. Ad hoc præcipue genus humana contremit. Ne immerito sibi uidetur hoc facere. Cæteri timores habent aliquem post se locũ:mors omnia abscidit. Alia nos torquent:mors omnia deuorat. Omniũq; horremus ad hanc exitus expectat aliorũq; per circuitũ. Etiã qui aliqui se timere iudicant hoc timent. Quicquid aliud extimescimus:habet remedium aut solatium. Si ergo te fortuna:aut aliquis tibi palã mortem minetur:omnes terriculas eius deludas.

O rieris:Ista hominis natura est & non pœna. Morieris. Hac conditione intraui ut exirem.

m Morieris:Gentiũ lex est quod acceperis reddire. Morieris:Peregrinatio est uita. Mu a cũ deambulaueris:deinde redeundũ est. Morieris:Putabam te aliquid noui dicere. Ad hoc ueni:hæc ago:huc me singuli dies adducunt. Nascenti mihi natura protinus hunc posuit terminum. Quid habeo quo indigneri:hæc uerba iuraui. Morieris. Solutum est timere quod uitare nõ possis. Istud nõ fugitur etsi differatur. Morieris:Nec primus nec ultimus:Omnes me antecesserunt:omnesq; sequentur. Morieris:Hic est humani officii finis. Quis senex exactorem molestе tulit? Quo transit orbis:ego transibo. Quid ergo? nescio me esse animal rationale & mortale. Morieris:Nihil graue est quod semel est. Alienum nihil noui equidẽ. Cum eo creditore cõtraxi:cui detorqueri nõ possum. Morieris:Dii melius. Nemo hac re melius mortalibus minari potest.

s Ed decollaberis. Quid interest utrum cæsim moriar:an punctim? Sed sæpe ferieris:& multi in te gladii concurrent. Quid refert an multa sint uulnera? Non potest amplius q̃ unum esse mortiferum.

P Eregre morieris:Vndecunq; ad inferos una uia est. Peregre morieris Ego quod debeo: soluere paratus sum. Videat fenerator ubi me appellat. Peregre morieris:Nulla terra est

aliena mortuo. Peregte morieris: nō est grauior foris q̄ domi somnus. Peregte morieris: Hoc est in patriam sine uiatico peruenire.

Ed iuuenis morieris. Optimū est anteq̄ optes mori. Iuuenis morieris: Hoc unum est quod
s æque tam ad iuuenē q̄ ad senē ptinet. Nō citamur excessu: nec exigitur numerus annorū.
Et adolescētes & impuberes eadē faci necessitas ducit: Optimū est mori: cū iuuat uiuere. Iuuenis morieris: Quicunq; ad extremū fati sui uenit senex moritur. Nō enim refert q̄ sit hois ætas: ſ q̄ sit meta. Iuuēis morieris: Fortasse alicui malo subducit me fortūa uel nulli alii certe: uel senectuti.

Nsepultus eris. Quid aliud respondeā q̄ id Maronis: Facilis iactura sepulchri. Si nihil sen-
i tio: nō pertinet ad me iactura corporis insepulti. Si sentio: omnis sepultura tormentum est.
Insepultus iacebis. Quid interest ingnis me an fera comedat: an tempus omniū sepultura. Istud nō sentienti supuacuū est: sentiēti onus. Insepultus iacebis: At tu cōbustus: at tu obrutus: at tu inclusus: at tu putridus: at tui euiscerat⁹ & cōstrict⁹: at tradit⁹ lapidi: qui te paulatim edet & exsiccet. Nulla est sepultura: nō sepeliemur: sed proiiciemur. Nō sepelieris: Quid inter tutissima trepidas? Vltra pœnæ oium terminū iste locus est. Vitæ multa debemus: morti nihil. Nō defunctorē causa: sed uiuorū inuenta est sepultura: ut corpora & uisu & odore fœda amouerentur. Alios terra obruit. Alios flāma cōsumpsit. Alios lapis reddituras inclusit. Sed nostris oculis parcimus:

a Egroto: Venit tps quo expimētū mei caperē. Nō i mari tantū aut in plio uirtus appet. Exhibetur etiā in lectulo uirtus. Aegroto: Nō potest istud toto sæculo fieri. Aut ego febrē relinquam: aut ipsa me. Semper una esse non possumus. Cum morbo mihi res est: aut uincetur aut uincet.

Ale de te opinantur homines: sed mali. Mouerer si de me Marius: si Cato: si Lelius sapiens
m si alter Cato: si duo Scipiones ista loquerentur. Nunc malis displicere laudari est. Non pōt ullam auctoritatē habere sententiam: ubi qui damnandus est male de te loquitur. Male de te loquuntur: Mouerer si iudicio hoc facerent: nunc morbo faciunt. Nō de me loquūtur: sed de se. Male de te loquuntur. Bene nesciunt loqui. faciunt nō q̄d mereor: sed q̄d solēt. Quibusdā enim canibus sic innatū est: ut nō pro ueritate: sed pro cōsuetudine latrent.

Xulabis: Erras cū omnia fecerim patriā meam transire non possum. Omniū una est. Extra
e hanc nemo proficisci potest. Exulabis: Nō patria mihi interdicitur: sed locus. Inquācunq; terrā uenio: meam inuenio. Nulla terra exilium est: sed altera patria est. Non eris in patria. Patria est ubicunq; bene est. Illud autē per quod bene est: in homine nō in loco est. In illius potestate est quid sit illa fortuna. Si enim sapiens est: peregrinabitur. Si stultus: exulat.

Olor iminet. Si exiguus est feramus. Leuis enim est patientia. Si grauis est feramus. Non
d leuis est gloria. Dolor clamorē exprimit: sed secreta nō expiat. Nō potest homo par dolori esse: nec rationi dolor. Dura res est dolor: imo tu mollis. Pauci dolorē ferre potuerunt. Simus ex paucis. imbecilles natura sumus. Naturā infamare nolite. illa nos fortes genuit. Fugiamus dolorem. Quid q̄d ille sequitur fugientes.

Aupertas mihi grauis est: imo tu grauior paupertati. Non in paupertate uitiū est: sed ī pau
p pere. illa expedita est: hilaris: tuta. Nescis te opinione nō te laborare. Pauper es quia uideris. Pauper sum. Nihil deest auibus. Pecora in diem uiuunt: feris ad alimēta solicitudo sua sufficit. Accepit ille grandē pecuniā: absq; dubio superbiam accepit.

On sum poteris. Gaude: quia impotens non eris. iniuriam accipere potero. Gaude: quia fa
n cere nō poteris. Magnā pecuniam habet. Hominē illum iudicas arca est. Quis ærario: quis plenis loculis inuidet? Et ista quēadmodū pecuniæ æstimas: pecuniæ loculus est. Multum habet: utrū auarus: aut prodigus est. Si auarus non habet. Si prodigus: non habebit. iste quē beatū credis: sæpe dolet: sæpe suspirat. Multi illū comitantur. Mel muscæ sequuntur. Cadauera lupi. Frumenta formicæ. Prædam sequitur ista turba: non hominem.

Ecuniā perdidi: fortasse te illa perdidisset. Pecuniā perdidi: Habebis unum periculum mi-
p nus. Pecuniam perdidi: O te fœlicem: si cum illa auaritiam pdidisti. Sed si manet illa apud te: es tamen utcūq; fœlicior: quoniam tanto malo materia subducta est. Perdidisti pecuniā Et illa quidem q̄ multos. Eris nunc in uia expeditior. Domi tutior. nō habebis sed non timebis hæredem. Exonerauit te fortuna si intelligis: & turiore loco posuit. Dānū putas: & remedium est. Desiens genus: miserum te clamas q̄d opibus excussus es. Tuo uitio ista iactura tam tristis est. nō tam moleste feres: si tanq̄ pditurus habuisses. Perdidisti pecuniā: nēpe quā ut tu haberes: alius pderat. Culos perdidisti: habet & nox suas uoluptates. Oculos perdidisti. Quam multis cupiditati-
o bus uia incisa est. Quā multis hominibus carebo: quos ne uiderem eruendi erant. nō intelligas partem innocentiæ esse cæcitatem. Oculi adulterium monstrant & mala omnia. Certe irritamenta sunt uitiorū: ducesq; scelerum.

Misisti liberos. Stult⁹ es si desleas mortē mortaliū. Quid istud aut nouū: aut miⁿ ē? Quā ra-
a ra ē sine isto casu domus. Quid si fœlicē uoces arborē: a q̄ stante cadunt ipsa poma? Et hic turus fruct⁹ est. Ducunt ex plæbeia domo funera: ducunt & ex regia. Nō est idē ordo fati: qui

& ætatis. Nō quo quisq; uenit emittit. Quid inde est quo indigneris? Quid cōtra expectationē tuā euenit? Periere perituri. Sed ego illos superstites optabā. Verū hocnemo tibi promiserat. Perierūt liberi mei: Habebant illi cuius essent magis q̄ tui: apud te præcario morabantur. Educādos tibi fortuna mandauit. Recepit illos: non abstulit.

u Aufragiū pertuli. Cogita q; nō perdideris: sed euaseris. Nudus exii. Existi cum perire potuisti una cum omnibus.

N latrones incidi. Alius in accusatores. Alius in fures. Alius in fraudatores. plena est insidiis
i uia. Noli cōqueri q; incideris: ueⁿ gaude q; euaseris. Inimicos graues habeo. Quomō aduersus. feras muniméta cōquires: quomodo aduersus serpentes: sic aduersus inimicos auxilia circunspice. Quibus illos aut arceas: aut cōpescas: aut quod optimū est placeas. Inimicos habeo. Illud est peius: q̄d amicos nō habeas.

Micū pdidi. Iam cū te habuisse certū est. Aliū quære. Et tibi eū quæras ubi inuenire possis.
a Quære inter liberales artes: honesta & recta officia. Quære in laboribus. Ad mēsam ista res nō quæritur. Quare aliquē frugi. Perdidi amicū. Fortē animū habe si unū. Erubesce si unicū. Quid tu in tanta tempestate ad unam ancoram stabas?

Xorē bonā amisi. Vtrū inueneras bonā an feceras? Si inueneras: habere te posse ex hoc in-
u telligas licet habuisti: Si feceras bene spera. Res periit: saluus est artifex. Amisi uxorē bonā. Quid in illa probas? Pudicitiā. Quā multæ diu custodiā pdidere. Decus. Quā multæ inter pbatas matronalis ordinis esse cœperūt postea inter exēpla naturæ. Delectabat te fides ejus. Quā multas ex optimis cōiugibus pessimas uidemus: ex diligentissimis solutissimas. Omniū imperitorum animus quidē maxime in lubrica muliere. Si bonā uxorē habuisti: non potes permansuram affirmare in illo ppsito. Nihil tam mobile q̄ fœminarū uoluntas. Nihil tam uagū. Nouimus ueterū matrimoniorū repudia. Et fœdiores diuortio: male coherentiū rixas. Quā multæ quos in adolescentia amauerūt in cōmuni reliquere senectute: quotiens anile diuortiū risimus q̄ multarū amor odio notiore mutatus est. Sed hæc & fuit bona & fuisset: Mors effecit: ut affirmare sine periculo possis. Bonā uxorē amisi: Inuenies si nihil quæris nisi bonā. Dūmodo ne imagines: proauos q; respexeris. Nec patrimoniū cui iam ipsa nobilitas cessit. Ista diu cū forma repugnabūt. Facilius reges aium nulla uanitate tumentē. Non multū abest a cōtemptu uiri: quæ se nimis cōspicit. Ducibet e institutam nec maternis inquinatā uitiis. Non cui minus sit in dote q̄ in uestē. Amisi uxorē bonā. Multos tibi numerare possum: quibus bonā uxorem lugentibus successit melior.

Ors exiliū: luctus dolor: nō sunt supplicia: sed tributa uiuēdi. Neminē illæsum fata trans-
m mittunt. Fœlix est: nō qui aliis uidetur. sed qui sibi. Videas autē q̄ domi sit ista fœlicitas rara. Vicina est miseriæ: habet enim aliquid trahitq; ex ea.

Explicit tractatus Senecæ ad Galionē de remediis fortuitorum.

INCIPIT LIBER PRIMVS DECLAMATIONVM SENECAE:

Xigitis rem magis iucundā mihi q̄ facilē. Iubetis enim iudicare quid de his declamationibus sentiā quæ in ætatē meā inciderunt: & si qua memoriæ meæ nondū elapsa
e sunt: ab illis dicta colligere. Vt q̄is notitiæ uestræ subducti sint: tamē nō credatis tātū de illis: sed etiā iudicetis. Est fator iucundū mihi redire in antiq̄ studia: melioriscq; annos respicere & uobis quærētibus q̄d tantæ opinionis uiros audire nō potueritis detrahere iniuriā temporū. Sed cū multa iam mihi ex me desiderandi senectus fecerit: oculos; aciē retuderit: auriū sensum hebetauerit: neruorū firmitatē fatigauerit inter ea quæ retulit. Memoria est res ex omnibus partibus animi. maxime delicata & fragilis: in quā primum senectus incurrit hanc aliquando in me floruisse: ut & nō tantū ad usum sufficeret sed in miraculū usq; pcederet. Nā duo milia nominū recitata quo ordine erant dicta referebā & ab his qui ad audiendū pceptorē nostrū cōuenerāt: singulos uersus ad singulos datos cū plures q̄ ducenti efficerentur: ab ultimo incipiens usq; ad primū recitabā. Nec ad complectendū tantū quæ uellem uelox erat mihi memoria: sed etiā ad cōtinenda quæ acceperat. Nunc autē & ætate qualsata: & longa desidia: quæ iuuenilē quoq; animum dissoluit: eo pducta est: ut etiā si possit aliqd pstare: tamē pmittere nō possit: & diu ab illa nō repetiui. Solebat bonæ fidei esse. Nunc quia iuberis qd possit experiari: & illā cū cura scrutabor. De parte. n. spero bene. Nā quæ apud illā: aut puer: aut iuuenis deposui: quasi recentia aut modo audita sine cunctatione profert. At siqua illi inter pximos annos cōmisi: sic perdidit & amisit: ut etiam si sæpius ingerantur: totiens tanq̄ noua audiā. Itaq; ex memoria quod uobis satis sit supest. Neq; enim me de his interrogatis quæ ipsi audistis sed de hic quæ ad uos usq; nō peruenerunt. Fiat q̄d uultis mittatur senex in scolas. Illud necesse est in patrē ne me ueletis: q̄ certū aliquē ordinem sequi in cōtrahendis quæ mihi occurrerent: Necesse est enim per oia studia mea errē: & passim qcqd obuenerit cōtrouersiarū apprehēdā. Sniam forte ponā pluribus locis in una declamatione dictas. Nō n. dū q̄ro aliqd inuenio: sed sæpe: q̄d q̄renti nō cōparuit: aliud agenti pstō est. Quæ uero q̄ obseruā tia mihi etiā si ex aliq̄ parte se sunt ostēdentia: nō postum occupare eadē securo & reposito animo subito emergūt. Aliquādo etiā sentiā rem agenti & occupato sententia ciu frustra q̄sita: intē pestiua

h ira multa fecit:ad q̄ iuitus oculos retorquebat. Cōparare nemo māsuetudini tuæ audebit.

Diuū Augustū etiā si in certamē iuuenilū armoꝝ deduxerit:& senectutē plusq̄ in naturā fuerit moderatus & clemens. Nēpe post mare acciacū romano cruore infectū. Nempe post fractas i Sicilia classes:& suas:& alienas, Nempe post perusinas aras & ꝓscriptiones. Ego uero clementiā nō uoco lassam crudelitatē. Hæc est Cæsar clementia uera:q̄ tu ꝓstas:q̄ nō sæuitiæ pœnitentiā cœpit. Nullā habere maculā. Nunq̄ ciuilē sanguinē fudisse:hæc est in maxima potestate:uerissima animi temperantia:& humani generis cōprehensibilis amor:nō cupiditate aliqua:nō temeritate inēdi:nō prioꝝ principū exemplis corruptis q̄tū in ciues suos liceat experiendo tantare:sed hebetare aciē imperi sui. Præstitisti Cæsar ciuitatē incruentā:& hoc quod magno animo gloriatus es:nullam te toto orbe stillā cruoris humani misisse:quo maius est mirabiliusq; ꝓ nulli unq̄ citius gladius commissus est. Clementia ergo nō tantū honestiores:sed tutiores ꝓstat. Ornamētumq; imperioꝝ est si simul:& certissima lux. Quid enim est cū reges cōsenuerint. liberisq; ac nepotib' tradiderūt regna. Tyrānoꝝ execrabilis:ac breuis potestas est. Quid interest inter tyrānū & regē. Spēs.n. ipsa fortunæ ac licentia par est. nisi qd' tyrāni in uoluptate seuiunt. Reges enim ex cā ac necessitatē.

Vid ergo? nō reges quoq; occidere solent:sed quotiens id fieri publica utilitas psuadet:ty-

q rānis sæuitia cordi ē. Tyrānus aūt a rege distat factis nō nomine. Nā & Dionysius maior iure meritoq; preferri multis regibus pōt. Et. L. Syllā appellari tyrānū quid ꝓhibet? cui occidēdi sinē fecit inopia hostium:descenderit licet edictatura sua:& se togæ reddiderit. Quis tamē unq̄ tyrānus tam auide humanū sanguinē bibit:q̄ ille qui septē milia ciuiū romanoꝝ cōtrucidari iussit:& cū in uicino ad ædē Bellonæ sedens exaudisset exclamationē. tot miliū sub gladio gemētium:exterrito senatu. Hoc agamus inquit. P. C. Seditiosi pauculi meo iussu occidūtur. Hic non est mentitus. Pauci Syllæ uidebātur. Sed mox de Sylla consequeremur quomodo hostibus iraſcendū sit. Vtiq; si in hostile nomē ciues:& ex eodē corpore abrupti transierint. Interim hoc qd' dicebā de clementia efficit:ut magnū inter regē tyrānūq; discrimē sit. Vterq; licet nō minus armis ualletur: sed alter arma habet:quibus in munimentū pacis utitur. Alter ut magno timore:magna odia compescat. Nec illas ipsas manus quibus se cōmisit:securus aspicit:Cōtrariis in cōtraria agitur. Nam ut inuisus sit quia timetur. Timeri uult quia inuisus est. Et illo execrabili uersu qui multos dedit precipites utitur. Oderint dum metuant: Deinde ergo æquos q̄ta rabies oriatur ubi supra modum odia creuerunt. Temperatus enim timor cohibet animos:assiduus uero & acer & extrema admouens:i audaciā iacentes excitat:& oīa experiri suadet:Sic feras lineas & pinna cōclusas cōtineas telis incessit tentabunt fugā:per ipsa quæ fugerant;pculcabūtq; formidinē. Acerrima uirtus ē:quā ultima necessitas extundit relinquat oporter securi aliquid mœtus:multoq; plus spei q̄ periculorū ostentet. Alioquin ubi quiescenti pana metiuntur:incurrere pericula iuuat:& aliena aia abuti. Placido tranquilloq; regi fida sunt auxilia sua:qbus ad cōmunē salutē utatur. Gloriosusq; miles publicæ enim securitati dare operam uidetur:omnē laborem libens patitur:ut parentis custos. At illo acerbo & sanguinario necesse est grauentur stiptatores.

On potest babere quisq̄ fidæ ac bonæ uoluntatis ministros quibus in tormentis & eculeo

n & ferramentis ad mortē paratis utitur:quibus non aliter q̄ bestiis homines obiectat omnibus rebus noxior ac solicitior:ut qui homines deosq; testes ac uindices facinorum timeat: eo perductus ut non liceat illi mutare mores. Hoc.n. inter cætera pessimum habet crudelitas. Perseuerandū est:nec ad meliora patet regressus. Scelera.n. sceleribus tuenda sunt. Quid autē eo infœlicius:cui iam esse malū necesse est? O miserabilē illū sibi certe:nā cæteris misereri eius nefas sit. Sicq̄ cædibus ac rapinis potentiā exercuit:qui suspecta sibi cuncta reddidit:tā externa q̄ domestica:Cū arma metuet:ad arma cōfugiens:non amicoꝝ fidei credens:nō liberoꝝ pictati. Quibus ubi circun

spexit quę fecit:quæq; factur est. & conscientiā suam plenā sceleribus ac tormentis adapuit:sæpe morte timet:sæpius optat:infelicior sibi q̄ seruientibus. Ecōtratio is cui curæ sunt immensa q alia magis alia minus tuetur:nullā reipublicæ partem tāq̄ sui nutrit inclinatos ad mitiora etiam si ex usu est animaduertere:ostendens q̄ inuitus aspero remedio manus admoueat:in cuius animo nihil ostile:nihil efferum est. Qui potentiam suam placide ac salubriter exercet:approbare imperia sua ciuibus cupiens. Fœlix aburn sibi uisus si fortunā suam publicauerit:fermone affabilis accessuq; facilis:uultu qui maxime populos demeretur amabilis æquis desideriis propensus:& iniquis acerbus. Qui tota ciuitate amatur defenditur:colitur. Tandē de illo homines secreto loquuntur:q̄ palam colere filios cupiunt. Et publicis malis sterilitas indicta recluditur:Bene se meriturū de liberis suis non dubitat:quibus tale sæculum ostenderit. Hinc princeps hic suo beneficio tutus:nihil p̄sidiis eget:arma ornamenti causa habet.

Vod ergo officiū eius est? quo bonorū parentum:qui obiurgare liberos nonnūq̄ blande:

q nōnunq̄ minaciter solent? Aliquando admonere etiā uerberibus. Nunqd aliquis sanus filium pro prima offensa exhæredat nisi magnæ & multæ iniuriæ patientiam euicerint:nisi plus est quod timet:q̄ qd' damnat. Non accedat ad decretoriū stilum. Multa ante tentat:quibus dubiam idolē & peiore loco positā reuocet. Postq̄ omnia simul deplorata sunt:ultima experiſ. Nemo etiam ad supplicia exigenda peruenit:nisi qui remedia cōsumpsit. Hoc quidē parenti etiā principi faciendū est:quē appellauimus patrē patriæ non adulatione uana adducti. Cætera enim cognomina honori data sunt. Magnos & fœlices Augustos dixim⁹:& ambitiosæ maiestati qcquid potuimus titulorum congessimus:illis hoc tribuentes. Patrē quidem patriæ appellamus:ut sciret datam sibi potestatē patriæ quæ est temperatissima:liberis cōsulens suaq; post illos reponēs tradi sibi. Pater membra sua abscindat:& iam cū abscideri reponere cupiat:& in abscindendo gemat:cūctatus multū diuq̄. Prope est enim ut libenter damnet:qui cito:Prope est ut inique puniat:qui nimis:Erixonē equitē romanū memoria nostra:quia filiū suum flagellis ceciderat:populus in foro graphiis confodit. Vix illū Augusti Cæsaris auctoritas infestis tā patrū q̄ filioꝝ manibus eripuit.

Ariū qui filiū deprehensum in paricidio exilio damnauit:causa cognita:Nemo nō suspe-

m xit q̄ cōtentus exilio & exilio delegato Massiliæ paricidā cōtinuit:& annua illi pstitit:quā ta præstare integro solebat:Hæc liberalitas efficit:ut in qua ciuitate nunq̄ deest patronus peioribus nemo dubitaret quin reus merito dānatus esset:quē ipse ter dānare potuisset:qui odisse nō poterat. Hocipso exemplo dabo quē cōpares bono patri bonū principem. Cogniturus de filio Darius aduocauit in consiliū Cæsarem Augustū. Venit in priuatos penates:assedit:pars alieni cōsilii fuit. Nō dixit immo in meā domū ueniat. Quod si factū esset Cæsaris fortuna erat cognitio:nō patris. audita causa excussisq; omnibus:& his quæ adolescens pro se dixerat:& his quibus arguebatur petit ut sententiā suam quisq; scriberet:ne ea omniū fieret:quæ Cæsaris fuisset. Deinde priusq̄ aperirentur codicilli:iurauit se dare hominis locupletis hæreditatē non adituꝝ. Dicet aliquis pusillo animo timuit ne uideretur locū spei suæ aperire uelle in filii damnationē. Ego cōtra sentio. Qui libet uestrum debuisset aduersus opiniones malignas satis fiduciæ habere in bona conscientia. Principes multa debent etiā famæ. Dare iurauit se nō adituꝝ hereditatē. Darius quidē eodē die & altē rum hæredē perdidit. Sed Cæsar libertatē sententiæ suæ redemit:& postq̄ approbauit gratuitā esse seueritatē suā:quod principi semper curandū est:dixit relegandū quo patri uideretur. Non culeū: nō serpentes nō carcerē decreuit:memor nō de quo censeret:sed cui cōsilio esset. Mollissimo genere pœnæ cōtentus esse debere patrē dixit in filio adolescentulo impulso in id scelus:in quo se quod proximū erat ab innocentia timide gessisset:debere illū ab urbe & parietis oculis submoueri.

Dignū quē in consilium patres aduocarent. O dignū quem cohæredē innocentibus libe

o ris scriberent. Hæc clementia principē decet:ut quocūq; uenerit māsuetiora omnia faciat.

Nemo regi tam uilis sit:ut illum perire nō sentiant:qualiscunq; pars imperii est. In magna imperia ex minoribus petamus exemplū. Non est unum iperandi genus. Imperat princeps ciuibus suis. Pater liberis. Præceptor discentibus. Tribunus uel centurio militibus. Nōne pessimus pater uidebitur:qui assiduis plagis liberos etiam ex leuissimis causis compesceret? Vtrū autem preceptor liberalibus studiis dignior qui exarnificat discipulos:si memoria illis non cōstiterit:aut si parū agilis in legendo oculus hæserit? An qui monitionibus & uerecundia emendare ac docere malit? Tribunum centurionēq; da sæuū:desertores facit qbus tantū ignoscitur. Nunqd nam æquum est:grauius homini & durius imperari:q̄ imperatur animalibus brutis & mutis? At qui equū non crebris uerberibus exterret:domandi peritus magister. Fiet enim formidolosus & cōtumax:nisi eum tactu blandiente permulseris. Idem facit uenator qui instituit catulos uestigia sequi:quiq; iā exercitatis utitur ad excitandas uel persequendas feras:nec crebro illis minatur:Contundet enim amicos:& quicqd est indolis cōminetur trepidatione degeneri. Nec licentiam uagandi errandiq; passim concedit. Adiicias his licet tardiora agentes iumēta quæ cū ad cōtumelias:& miserias nata sint:nimia sæuitia cogantur iugum detractare.

n Vllum animal morsus est:nullū maiore arte tractandū q̄ homo. Nulli magis parcendum.

Quid enim stultius q̄ in iumentis quidē & canibus erubescere.ira exercere? pessimam autem cō
ditionem sub homine esse. Morbis medemur nec irascimur: At & hic morbus est animi: mol
lem medicinā desiderat ipsum medentē minime infestū ægro. Mali medici est desperare nec cu
ret. Idem in his quorū animus affectus est facere debebit: cui tradi salus omnium est. Nō cito spē
pronūcere: nec mortifera signa pronunciare. Luctetur cū uitiis ne uincat. Aliis morbū suum exprobret
Quoslibet morbi curatio decipiat. citius melius q̄ sanaturus remedia fallentibus. Agat princeps curā
non tantū salutis sed etiā honestæ cicatricis. Nulli regi gloria est ex sæua aiaduersione. Quis. n. du
bitat posse? At cōtra maxima: si uim suā cōtinet: si multos iræ alienæ eripuit: neminē suæ impēdit.

f Eruus imperare moderate laus est. & in mancipio cogitare est: nō quantū illud impune
pati possit: sed q̄tū tibi permittat æqui bonique natura quæ parcere etiā captiuis: & pcio para
tis iubet. Quāto iustius his iubet: tāto iustius hominibus liberis: ingenuis honestis: non ut
mancipiis abuti: sed his quos gradu antecedas: quorūq; tibi non tardita seruitus sit sed tutela seruis
ad statuā liceat cōfugere: cui inseruū omnia liceant. Est aliquid q̄d in homine licere cōmune ius ani
mantiū uetet. Quis nō uecliuū pollionē peius oderat: q̄ serui sui: q̄d murenas sanguine humano sa
ginabat: & eos qui se aliqd offenderant iniuriaq; : quid aliud q̄ serpentibus obiici iubeat. O hoiem
mille mortibus dignū: siue deuorandos seruos obiiciebat murenis: quas esurus erat: siue in hoc tā
tum illas alebat: ut hic aleret. Quemadmodū domini crudeles tota ciuitate cōmostrantur: inuisiq;
& detestabiles sunt. Ita Regum & iniuria latius patet & infamia: atq; odiū sæculis traditur. Quanto
autē non nasci melius fuit: q̄ numerare inter publica mala natos.

Xcogitare nemo quicq̄ poterit: q̄d magis deceat regenti sit: q̄ clementia quocūq; modo is
c & quocunq; iure præpositus cæteris erit. Eo. s. formosius id esse: magnificentiusq; fatebi
mur quo in maiori præstabit potestate: quā non oportet noxiā esse si ad naturæ legē com
ponitur. Natura enim cōmenta est Regē: q̄d ab aliis animalibus licet cognoscere: & ex capibus qua
rum Regi amplissimū cubile est medioq; ac tutissimo loco. Præterea onere uacat exactor alienorū
operū: & amisso Rege totū dilabitur examē: Nec unq̄ plus unū patiuntur: meliorēq; pugna q̄runt.
Præterea insignis Regi forma ē dissimiliq; cæteris: tū magnitudine: tū nitore. Hoc tamē maxime
distinguitur iracundissimæ ac pro corporis captu pugnatissimæ sunt apes: & aculeos in uulnere re
linquunt. Rex ipse sine aculeo est. Noluit illū natura: nec esuum esse. nec ultionē magno constaturā
petere: telūq; detraxit: & irā eius inermē reliquit Exēplar hoc magis Regibus ingens est. Est enim
illi mos exercere sein paruis & ingentiū rerū documenta minima agere. Pudeat ab exiguis anima
libus nō trahere mores cū tāto hominū moderatior esse animus debeat quāto uehemētius nocet.
Vtinā quidē eadē homini lex esset. & ira cū telo suo frangeretur: nec sæpius liceret nocere q̄ semel:
nec alienis uiribus exerceret odia. Facile. n. laxaretur furor si p se sibi satisfaceret: & si mortis pericu
lo uim suā effunderet. Sed ne nunc quidē illi cursus tutus est. Tantū enim necesse est timeat quātū
timeri uoluit: & manus omniū obseruet: & eo quoq; tempore quo nō captatur: peti se iudicet. Nul
lumq; momentū immune amet. Habeat hanc aliquis ægrā; uitā sustinet cū liceat inoxiū. Aliis ob hoc
secuꝝ salutare potentiā eius lætis omnibus tractare. Errat enim siquis æstimat tutū esse ibi regem:
ubi nihil a Rege tutū est. Sed securitas securitate mutua paciscēda est: Nō opus est instruere in altū
æditas arces: nec in accensum arduos colles emunire: nec latera montiū abscindere: multiplicibus
se muris turribusq; sepire. Saluū regē in aperto clemētia pstabit. Vnū est inexpugnabile munimētū
amor ciuiū. Quid pulchrius est: q̄ uiuere optantibus cunctis: & uotaimō sub custode nūcupātibus: si
paulū ualitudo titubauit? Nō spē hominū excitari: sed mœtū. Nihil esse cuiq̄ tā pciosum: q̄d non
pro salute pfidis sui cōmutatū uelit. Omne illo cui contingit: sibi quoq; uiuere debeat: In hoc assi
duis bonitatis argumētis pbauit: non rēpu. suā esse: sed se reipublicæ. Quis huic Regi audeat strue
re aliqd periculū? Quis ob hoc nō si possit fortunāq; auertere uelit? sub quo iustitia: pax: pudicitia:
securitas: dignitas florent: sub quo opulenta ciuitas: copia bonorū omniū abundat. Nec alio aio re
storem suū intuentur: q̄ si dii immortales potestatē uisendi sui faciāt. Intueamur uenerātes colētesq;.
Quid autē nō pessimū illis locū tenet: is qui se ex deoꝝ natura gerit beneficus: ac largus in melius
potens. Hoc affectare: hoc imitari decet. Maximū ita haberi: ut optimus simul habeatur.

d Vabus causis punire princeps solet: si aut se uindicat: aut aliū. Prius de ipsa parte dixeram q̄
ipsum cōtingit. Difficilius est enim moderari ubi dolori debetur ultio: q̄ ubi exemplo. Su
peruacuū est hoc loco admonere: ne facile credat: ut uerū excutiat: ut innocentiæ faueat: ut
appareat: ut nō minorē magis rem periclitantis: q̄ iudicis sciat. Hoc autē ad iustitiā: non ad clemen
tiam pertinet. Nunc illū hortamur: ut manifeste læsus: animū in potestate habeat: & pœnam si tuto
potuit donec sui minus tēperet. Longeq; sit in suis: q̄ in alienis exorabilior iniuriis. Nā quēadmo
dum nō est magni animi: qui de alieno liberalis est: sed ille q qd' alteri donat: sibi detrahit. Ita clemē
tem uocabo: nō in alieno dolore facilē: sed eū qui cū suis stimulis exagitetur: nō pcilit. Qui itelligit
magni ai esse iniurias in summa potētia pati: nec qcqd esse gloriosius principe ipune læso.

u Ltio duas res pstare solet: aut solatiū afferet ei qui accipit iniuriā: aut in reliquum securita
rem. Principis maior est fortuna: q̄ ut tali solatio egeat: manifestiorq; uis: q̄ ut alieno malo

opinionē. Qui uiriū quærat. Ho lico cū ab inferioribus petitus uiolatusq; est. Nā si quos pares ali
quando habuit: infra se uidet: sa iudicatus est. Regem & seruus occidit: & serpens & sagitta. Ser
uauit quidē nemo nisi maior eo quē seruauit. Vti itaq; animo se debet tanto munere deorum dādi
auferendiq; uitā potens in his p sertim quas sit aliquādo sibi fastidio obtinuisse. Hoc arbitriū ade
ptus ultionē impleuit: profecitq; quantū ueræ pœnæ satis erat. Perdidit enim uitā qui debet. Et qs
quis ex alto ad inimici pedes adi tus: alienā de capite suo regiāq; sententiā expectauit: in seruato
ris sui gloriā uiuet plusq; nomin ius cōferet incolumis: q̄ si ex oculis ablatus esset. Assiduū enim
spectaculū alienæ uirtutis est: in triumphū cito transisse. Si uero regnum quoq; suum. tuto relinqui
apud. eū potuit: reponiq; eo u recideret: ingenti incremento surgit laus eius: qui cōtentus fuit:
ex rege uicto nihil præter gloriā sumere. Hoc est etiā ex uictoria sua triumphare: testariq; nihil se qd
dignum esset uictoriæ apud uictos inuenisse. Cū ciuibus & ignotis atq; humilibus eo moderatius
agendū est: quo minoris est afflixisse eos quibuslibet libenter parcas: quibuslibet te uindicare fastidias
Et nō aliter q̄ animalibus paruis & obterentes inquinantibus: reducenda manus est. At in his q mo
re ciuitatis seruati punitiq; erunt occasione notæ clementiæ utendum est.

Ranseamus ad alienas iniurias: in qbus uindicandis hæc tria lex secuta ē: q̄ princeps quoq;
t sequi debet. Aut ut eū quem punit emendet: aut ut pœna eius cæteros meliores reddat: aut
sublatis malis: securiores cæteri uiuant ipsos facilius emendabis minore pœna. Diligētius
enim uiuit: cui aliqd integri supereſt. Nemo dignitati perditæ parcit. Impunitatis genus est: iam nō
habere pœnæ locū. Ciuitatis autē mores: magis corripit parcitas animaduersionū. Facit. n. cōsuetu
dinem peccandi multitudo peccantiū. Et minus grauis nota est: quam cū turba damnationū leuat:
& seueritas quod maximū remediū habet assiduitate amittit auctoritatē. Cōstituit bonos mores ci
uitati princeps: & uitia eius compescit: si patiens eorū est. Non tanē pbet: sed tanē iuitus cū magno
tormento ad castigandū ueniat. Verecundiā peccandi facit ipsa clementia regentis. Grauior mul
to pœna uidetur: q̄ a miti uiro cōstituitur: & præterea uidebis ea sæpe cōmitti: q̄ sæpe uindicantur.

p Ater tuus plures intra quinquēniū culeo insuit: q̄ omnibus sæculis insutos accepimus. Mul
to minus audiebant liberi nefas in ultimū admittere: q̄diu sine lege crimē fuit. Summa. n.
prudentia altissimi uiri: & rerū naturæ peritissimi maluerunt: uelut incredibile scelus: & ul
tra audaciā positum præterire quā dum uindicando ostendere posse fieri. Itaq; parricidæ cum lege
cœperunt: & illis facinus pœna monstrauit. Pessimo uero loco pietas fuit. Postq̄ sæpius culeos uidi
mus: q̄ cruces in qua ciuitate raro homines puniuntur: in ea cōsensus sit innocentiæ: & indulgetur
uelut publico bono: putet se innocentē esse: ciuitas erit. Magis irascetur a cōmuni fragilitate desci
scētibus: si paucos eos esse uiderit. Periculosum ē mihi crede: ostēdere ciuitati: q̄to plures mali sint.

Ndicta est aliq̄do a senatu sentētia: ut seruos a liberis cultus distingueret. Deinde apparuit
i q̄tū periculum immineret: si serui nostri munerare nos cœpisset. Idē scito metuendū esse:
si nulli ignoscitur Cito apparebit pars ciuitatis deterior: quanto pgrauet. Non minus prin
cipi turpia sunt multa supplicia: q̄ medico multa funera. Remissus imperanti: melius paretur. Natu
ra contumax est humanus animus: & incontrarium atq; arduum nitens: sequitur q; facilius q̄ duca
tur. Et ut generosi atq; nobiles equi: melius facili freno regūntur: ita clementiam uoluntaria inno
centia impetu suo sequitur: & dignā putat ciuitas quā seruet sibi. Plus itaq; hac uia pficiscitur. Cru
delitas minime humanū malū est: indignūq; tā miti animo. Ferina ista rabies est: sanguine gaude
re ac uulneribus: & abiecto homine in siluestre animal transire.

Vid enim interest oro te Alexander: Leonis Lysimachum obiicias: an ipse laceres dentibus
q tuis? tuum os est. tua illa feritas. O q̄ cuperes tibi potius ungues esse: ubi rictū illū edendo
rum hominū capacē. Nō exigimus a te ut manus ista: exitū familiariū: certissima ulli saluta
ris sit. Vt iste animus ferox insatiabile gentiū malū citra sanguinē cædēq; satietur. Clementia inuo
catus ad occidendū amicū: carnifex inter homine eligitur. Hoc est quare uel maxima abominanda
sit sæuitia: q̄ excedit fines primū solitos deinde humanos. Noua supplicia cōquirit: ingeniū aduo
cat: instrumenta excogitat: per quæ uarietur atq; extēdatur dolor: & delectetur malis hominū. Tūc
ille diri animi morbus ad insaniam peruenit ultimā: cū crudelitas uersa est in uoluptatē: & iā occi
dere hominē iuuat. Nā talem uirū a tergo sequitur euersio. Odiosus ueneno: gladiis: tā multis peri
culis petitur: q̄ multoꝝ periculum est: priuatisq; nōnunq̄ consiliis. Alias uero cōsternatione publi
ca circunuenitur. Leuis enim & priuata pernities non totas urbes mouet. Quod late furere cœpit &
omnes appetit: undiq; cōfugitur. Serpentes paruulæ fallunt: nec publicæ cōsequuntur: ubi aliquam
solitā mensurā transit: & in monstrū excreuit. Vbi fontes potu infecit: & si afflauit deurit: obtentq;
quacūq; incessit balistis petitur. Possunt uerba dare: & euadere pusilla mala. Ingentibus obuiā itur.
Sic unus æger: nec domū quidē perturbat. At ubi crebris mortibus pestilentia esse appellauerit: &
apparuit cōclamatio ciuitatis ac fuga est: & diis ipsis manus intēdūtur. Sub uno aliquo tecto flāma
apparuit: familia uiciniq; aquā igerūt. At icēdiū uastū & multas iā domos depastū pte urbis obruit.

Rudelitatē priuatorū quoq; seruiles manus sub certo scrucis periculo ultæ sunt. Tyrānoꝝ
e gentes populiq; & quorum erat malū. & hi quibus imminebat excidere aggressi sunt. Ali-

quando sua præsidia in ipsos cõsurrexerunt. Perfidiãq; & impietatem:& feritatem:& q̃ siccad ab ullis didicerant in ipsos exercuerunt. Quid enim potest ab eo q̃q̃ discitare:quẽ malũ esse docuit? Non diu apparet nequitia:nec q̃tumlibet uidetur peccat:sed puta tantã esse crudelitatem. Quare eius regnũ est:nõ aliud q̃ captarũ urbiũ forma:& terribilis facies publici mali:omnia mœsta:trepida & confusa. Voluptates ipse timentur. Non cõuiuia secura ineunt:in quibus lingua solicite etiã ebrius custodienda est. Non spectacula,ex quibus materia criminis ac periculi quæritur apparenter. Licet inquit magna impensa:& regiis opibus:& artificiũ exquisitis nominibus:quẽ tamẽ ludere in carcerẽ iubent. Quod istud dii boni malũ est occidere:sæuire delectari sono cathenarum:& ciuiũ capita decidere:quocunq; uentum est:multũ sanguinem fundere,aspectu suo terrere ac fugare: Quæ alia uita esset si leones urbiq; regnarent? Si serpentibus in nos:ac noxiosissimo cuiq; animali daretur potestas? Illa rationis inexpertа:& a nobis immanitatis crimẽ:damnata abstinent suis:& tuta est iter feras similitudo morum: Apud homines tamẽ nec a necessariis quidem rabies tẽperat sibi:sed externa suaq; in æquo habet:quo possunt exercitatoria singulos:deinde cædibus in exitia gentiũ serpere & inicere tectis ignem:a patrũ uestris urbibus inducere. Potentiã putat & unũ occidi iubet aut alterum parũ imperatoriũ credit nisi eodẽ tempore grex miserorum subiectus stetit:crudelitatẽ suam in ordine coactam putet,Fœlicitas illa multis salutem dare & ad uitam ab ipsa morte reuocare & mereri clementiã ciuicã non potest. Nullum ornamentũ principis fastigio dignus pulchriusq; est:q̃ illa corona ciues seruatos. Non hostilia arma detracta uictis:non currere barbarorum sanguine cruenti.non parta bello spolia. Hæc diuina potẽtia est gregatim ac publicæ seruare:multos autẽ occidere:& indiscretos:incendii ac ruinæ potentia est.

.L. Annei Senecæ de Clemẽtia ad Neronẽ.Liber Secũdus.

T quia clementia scribere Nero Cæsar:una me uox tua maxime cõpulit:q̃ ego nõ sine admiratione:& cũ discereturaudisse memini & deinde aliis narrasse. Vocẽ generosam magni animi:magnæ lenitatis quæ non composita nec alienis auribus subito data crepuit:& bonitatẽ tuam cũ fortuna tua litigantem:in mediũ adduxit animaduersurus in latrone tuos. Burus præfectus tuus uir egregius:& tibi principi notus;exigebat a te scriberes in quos:& ex qua causa animaduerti uelles. Hoc sæpe dilatum:at aliquãdo fieret:instabat. Inuitus inuito cum chartã protulisset:traderetq;:exclamasti:uellẽ nescirem litteras. O dignã uocẽ quã audirent oẽs gentes:quæ romanũ imperiũ colunt:quæq; iuxta iacent dubiæ libertatis:quæq; contra uiribus aut animis attollunt. O uocẽ in concionẽ omnium mortalium mittendam in cuius uerba principes regesq; iuramentũ faciant. O uocẽ publicã generis humani innocentia dignã:cui redderetur antiquũ illud sæculũ. Nunc,pfecto cõsentire decebat:ad æquũ bonũq; expulsa alieni cupiditate:ex qua omne animi malũ oritur:pietatẽ:integritatẽ cũ fide ac modestia surgere:& uitia diuturna abusa regno:tandẽ fœlici ac puro sæculo dare locũ futurum. Hoc Cæsar ex magna parte sperare & confiteri libet. Tradetur ista animi tui mãsuetudo:diffundeturq; paulatim per omne imperii corpus & cuncta in similitudinẽ sui formabuntur. A capite bona ualitudo ea trãsibit in omnes. Vegetata sunt atq; erecta:aut languore demissa prout animus eorũ iuuit:aut marcescit: Et erunt ciues:erunt socii digni hac bonitate:& in totũ orbẽ recti mores recitentur. Parcetur ubiq; manibus tuis. Diutius me morari hic patere:nõ ut blandũ auribus tuis.nec enim mihi hic mos est. Maluerim hic ueris offendere:q̃ placare adulando. Quid ergo est præter id quod beneficiis dictisq; tuis:q̃ familiarissimũ esse te cupio:ut quod nunc natura & impetus est:fiat iudiciũ. Illud mecũ considero multas uoces magnas:sed detestabiles in uitã humanã peruenisse.celebresq; uulgo fieri:ut illam oderint:dum metuant. Cui græcus uersus similis est qui se mortuo terrã misceri ignibus iubet. Et alia huius notæ: At nescio quomodo ingenia & inuisa materia secundiori expressерunt sensus uehementes & cõcitatos. Nullam adhuc uocẽ audiui ex bono leniq; animo sam. Quid ergo est ut raro inuitus:& cũ magna cũctatione:cũ multis dilationibus ne forte decipiat nos speciosum clementiæ nomẽ aliq̃do:& in cõtrariũ aliquando adducat. Videamus quid sit Clementia:qualisq; sit: & quos fines habeat. Clementia est temperantia animi in potestate ulciscẽdi:uel lenitas superioris aduersus inferiorẽ in cõstituendis pœnis. Plura ponere ẽ tutius:ne una diffinitio parẽ rem comprehendat:& ut ita dicã:formula excedat. Itaq; dici potest & inclinatio animi ad lenitatem i pœna exigenda:illa finitio cõtradictionis inuenietur:q̃us ad uerũ ducat. Si dixerimus clementiã esse moderationẽ aliquid ex materia ac debita pœna remittentẽ reclamabitur:nullã uirtutẽ cuiq; minus debito facere. Atqui hoc oẽs intelligunt clementiã esse quæ se flectit citra id qd̃ merito cõstitui potest. Huic contrariã impiti putãt seueritatẽ. Sed nulla uirtus uirtuti contraria est. Quid ergo opponitur clemẽtiæ? crudelitas:q̃ nihil aliud ẽ:q̃ atrocitas animi in exigendis pœnis. Sed qdã nõ exigunt pœnas:crudeles tamẽ sunt:tanq̃ qui ignotos homines & obuios nõ in cõpendiũ:sed occidendi causa occidunt. Nec interficere cõtenti sæuiunt:ut Busiris ille & Proclus & pratæ:qui captos uerberant: & in ignẽ uiuos imponunt. Hæc crudelitas quidẽ:sed quia nec ultionem sequitur,non enim læsa est. Nec peccatori alicui irascitur. Nullũ quidem antecessit crimẽ:extra diffinitionẽ nostrã cadit:q̃ si nitio ne cõtinebat in exigẽdis pœnis. Intẽperantiã aũt possum dicere:nõ esse hãc crudelitatẽ:sed se

uitate cui similis lupti sæuitia est. possumus insaniã uocare. Nam uaria sunt genera eius:& nullũ certius q̃ qd̃ in cædes hominũ & laniatus omnes peruenit. Illos ergo crudeles uocabo:qui puniẽdi causam habent modũ non habent. Sicut in Phalari:quem aiunt nõ quidẽ in homines innocentes:sed sup humanũ ac probabilẽ modum sæuisse. Possumus effugere cauillationem:& ita finire:ut sit crudelitas inclinatio animi ad asperiora. Hic clementia repellit longius stare a se. Nã sæueritatẽ illi cõuenire ad esse certũ est. Pertinet quæri hoc loco quid sit misericordia. Plæriq; enim ut uirtutẽ eã laudant & bonũ hominẽ uocant misericordẽ. Hæc autem uitiũ animi est. Vtraq; circa seueritatẽ circaq; clementiã posita sunt:quæ uitare debemus.ne per speciẽ clementiæ in misericordiã incidamus. In hoc leuiore periculo errat:sed par error est a uero recedentiũ. Ergo quẽadmodũ religio deos colit:superstitio uiolat. Ita clementia mansuetudinẽq; oẽs boni præstabunt:misericordiã autem uitabunt. Est enim uitiũ pusilli animi ad speciẽ alienorũ succedentis. Itaq; pessimo cuiq; familiarissima est anus. Et sunt mulierculæ quæ lachrymis nocentissimorũ mouentur.quæ si liceret carcerẽ effringerẽt. Misericordia nõ causam:sed fortunã spectat.clemẽtia rationi accedit. Scio malæ audiri apud imperitos sectã stoicorũ tanq̃ nimis durã & minime principibus regibusq; bonũ daturam consiliũ. Obiicitur.n.illi qd̃ sapientẽ negat misereri:negat ignoscere. Hæc si per se ponantur inuisa sunt. Videtur.n.nullã spem relinquere humanis erroribus:sed oia delicta ad mortẽ deducere uel ad pœnã. Quod si est:quid in hoc scientie quæ discere humanitatẽ iubet:portumq; aduersus fortunã certissimum mutuo auxilio cludit. Sed nulla secta bennior leniorq; est:nulla amantior hominũ:& cõmunibus bonis acceptior. Vt,ppositũ sit usui esse:aut auxilio:nec sibi tantũ:sed uniuersis singulisq; cõsulere. Misericordia est ægritudo animi ob alienorũ malorũ speciẽ aut tristitia ex alienis malis:cõtra quæq; accidere immerẽtibus credet. Aegritudo autẽ hic in sapientẽ uirũ nõ cadet. Serena enim eius mẽs est:nec quicq̃ incidere põt quod illã obducat. Nihilq; æque hoiem:q̃ magnus animus decet. Nõ potest autem magnus esse idẽ.si mœstus & mœror cõtundit:si mentẽ obducit:& contrahit. Hoc sapienti ne in suis quidẽ accidet calamitatibus sed oẽm fortunæ iram reuerberabit:& ante se franget. Eandẽ semper faciẽ seruabit placidam:& incõcussam:qd̃ facere nõ posset:si tristitiã reciperet. Adhice qd̃ sapiẽs,puidus est:& in expedito cõsiliũ habet. Nunq̃ aũt liquidũ syncerumq; ex turbido uenit. Tristitia.n,inhabilis est ad despiciendas res utilia excogitãda periculosa uitanda æque æstimanda. Ergo non miseretur:quia & sine miseria animi non fiet:Cætera omnia quæq; misererentur uolo facere libens:& alius animo faciet. Succurret alienis lachrymis nõ accedet. dabit manum naufrago exuli hospitiũ egenti stipẽ. Non hanc cõtumeliosam:q̃ pars maior horũ:qui se misericordes uideri uoluerũt:abiecit & fastidit:quos adiuuat. Contigitq; ut ab his timet:si ut homo homini ex cõmuni dabit:dabit & donabit lachrymis maternis filium:& cathenas solui iubebit:& ludo eximet: & cadauer etiã noxium sepeliet. Et faciet ista tranquilla mente:nullo suo. Ergo non miserebitur sapiens:sed succurret:sed proderit:in cõmune auxiliũ natus:ac publicũ bonũ. Ex quo dabit cuiq; partem:etiã ad calamitosos pro portione improbandos & emendandos:bonitatẽ suã permittet. Afflictis uero & fortius laborantibus multo libentius subueniet. Quotiens poterit fortunæ intercidet. Vbi enim potius utetur:an uiribus:qui ad restituenda quæ casus impulit uultũ quidem non deiicit nec animum. Cæterum omnibus dignis proderit:& deorũ more calamitosos propitius respiciet. Misericordia uicina est miseriæ:habet etiam aliquid:trahitq; ex ea. Imbecilles oculos esse scias:qui ad alienã lippitudinẽ & ipsi suffunduntur. Tam mehercule morbũ esse:nõ hilaritatẽ semper arridere ridentibus & ad omnium æstimationẽ ipsum quoq; os deducere. Ita ira uitiũ est animorũ:uirtus miseria parentum:quã siquis a sapiente exigit:prope est:ut lamentationẽ exigat:& alienis funeribus gemitus. At quare non ignoscet uacuã. Cõstituamus nunc quoq; quid sit uenia:ut sciamus dari illam a sapiente non debere. Venia est pœnæ meritæ remissio. Hanc sapiens quare non debeat dare reddat rationẽ:cui hoc diutius dare propositũ est. Ego ut breuiter tanq̃ in alieno iudicio dicã & ignoscitur qui puniri debuit. Sapiens autẽ nihil facit qd̃ non debet:nihil prætermittit quod debet. Itaq; pœnã quã exigere debet nõ donat:sed illud quod ex uenia consequi iustũ est:& tibi uitã tribuit. Parcit.n.sapiẽs. Cõsulit & corrigit. Itẽ facit. Quid si ignoscere? nec ignoscet quoniã q ignoscit:fatetur aliquid se qd̃ fieri debuit obmisisse. Aliquẽ uerbis tantũ admouebit pœna:non afficiet ætatẽ eius emendabilẽ intuens, Aliquẽ inuidiæ crimine laborantẽ:iubebit incolumẽ esse:qa deceptus est:quia per uinũ lapsus. Hostes dimittet saluos aliquãdo:etiã laudatos si honestis causis:pro fide:pro fœdere:pro libertate in bellum accincti sumus. Hæc omnia non ueniæ:sed clementiæ opera sunt. Clementia libeq; arbitriũ habet:non sub formula:sed sub æquo & bono iudicat. Et absoluere illi licet. Et quãti uult æstimare litẽ. Nihil ex his facit tanq̃ iusto minus fecerit:sed tanq̃ id qd̃ cõstituit iustissimũ sit. Ignoscere autẽ est quæ uides puniẽda nõ punire. Venia debitæ pœnæ remissio est. Clemẽtia hoc primũ præstat:ut quos dimittit nihil aliud illos pati debuisse pronũciat. Plenior. est ergo q̃ uenia & honestior:de uerbo:ut mea fert opinio:cõtroversia est:de re quidem conuenit: Sapiẽs multa remittet. Multos parũ sani sed sanabilis ingenii seruabit. Agricolas bonos imitabit:q̃ nõ tantũ rectas,pceraſq; arbores colunt:sed illis quoq;,quos aliqua deprauabit causa:adminicula quibus regant applicãt. Alias circũcidũt ne,pceritatẽ rami p̃mat. Quibusdã,infirmas uitio loci nutriũt.

Quibusdam aliena umbra laborantibus:cælum aperiunt. Secun[illegible] hæc uidebit perfe[illegible]us sapiens. q̄ ingenium:qua ratione tractandum sit:donec in rectum praua [illegible]ctantur. FINIS.

LVCII ANNEI SENECAE AD EBRVTIVM LIBER AL[illegible]M DE BENEFICIIS LIBER.I.

Nter multos ac uarios errores:temere uiuentium:[illegible]onsulteq3:nihil propemodū uir optime liberalis dixerim:q̄ beneficia nec dare scien[illegible]s:nec accipere. Sequitur enim ut
i male collocata male debeantur:de quibus non red[illegible]itis:sero querimur. Ista enim peri erunt cū darentur. Nec mirū est inter plurima maxim[illegible]q̄ uitia:nullum esse frequētius q̄ ingrati animi. Id euenire ex pluribus causis uideo. Prima illa est:q̄ nō eligimus dignos quibus tribuamus:sed nomina facturi:diligenter patrimoniū & uasa debitoris requirimus. Semina in solū affectū & sterile non spargamus. Beneficia sine ullo delectu magis proiicimus q̄ damus. Nec facile dixerim utrū turpius sit inficiari an repetere beneficium. Id enim genus huius crediti est:ex quo tantum recipiendū sit:quantū ultro defertur:de quo quærere uero fœdissimum ob hoc ipsum:quia non opus est ad liberandum fidem facultatibus:sed animo. Reddit enim beneficium qui libenter debet. Sed cū sit in multis crimē:qui nec cōfessione quidem grati sunt:in nobis quoq̄ est. Multos enim experimur ingratos:plures facimus:quia aliquādo graues exprobratores exactoresq̄ sumus:aliquando leues:& quos paulopost muneris sui pœniteat. Aliquādo queruli:& minima momenta calumniantes:ita gratiā corrumpimus omnē:non tantum postq̄ dedimus beneficia:sed dum frontē obducit:uultū auertit:occupationes simulauit longis sermonibus:& de industria nō inuenientibus exitum:occasionē petendi abstulit:& uarias artibus properātes necessitates eduxit? In angustis uero cōprehensus:aut distulit:aut timide negauit:aut promisit:sed difficulter:sed subductis superciliis:sed malignis:& uix exeuntibus uerbis. Nemo autē libenter debet reddere:quod nō accepit:sed expressit. Gratus aduersus eum quisq̄ esse potest:qui beneficiū aut superbe iniecit:aut iratus impegit:aut fatigatus ut molestia careret dedit. Errat siquis sperat respōsurum sibi quem dilatione laxauit:expectatione torsit. Eodē animo beneficiū debetur:quo datur:& ideo non est negligenter dandū. Sibi enim quisq̄ debet:quod a nesciente accepit: Nec tarde quidē:quia cū omni officio magna æstimatur dantis uoluntas. Qui tarde fecit:diu noluit. Vtiq̄ nō cōtumelio se. Nā cū ita natura compertū est:ut altius iniuriæ:q̄ merita descendant:& illa cito defluant. Has tenax memoria custodiat. Quid expectat qui offendit:dum obligat? Satis aduersus illū gratus est si quis beneficio eius ignoscit. Non autē quod tardiores nos faciat ad bene merendū turba ingratorum. Nam primū ut dixi:nos illa merita augemus. deinde nec deos quidē immortales ab hac tam effusa necessitate:sacrilegii negligentesq̄ eorū deterrent. Vtuntur natura sua:& ipsos munerū suorum malos interpretes iuuant. Hos sequamur duces:quantū humana imbecillitas patitur. Demus beneficia. Non ueneremur. Dignus est decipi:qui de recipiendo cogitauit cū daret. Et liberi & cōiuges sæpe fefellerunt:tamē & educamus & ducimus. Adeoq̄ aduersus experimenta pertinacies sumus:ut bella uicti:& naufragi maria repetamus. Quanto magis permanere in dandis beneficiis decet:quæ siquis non dat:quia nō recipit:dedit:ut reciperet:bonamq̄ ingratorum facit causam:quibus turpe est non reddere. Quāmulti indigni luce sunt:& tamen eis dies oritur. Quāmulti q̄ nati sunt queruntur:tamē natura sobolem nouam gignit ipsosq̄ qui non fuisse mallent esse patitur. Hoc & magni animi & boni proprium est:nō fructum beneficio⁊ sequi:sed ipsa:& post malos quoq̄ bonum querere. Quid magnifici erat multis prodesse si nemo deceperit. Nunc enim uirtus dare beneficia non utiq̄ redditura:quorum a uiro egregio statim fructus perceptus est. Adeo quidem ista res fugare nos:& pigriores ad rem pulcherrimā facere nō debet. Vt si spes mihi præcidatur gratū hominem reperiendi:malis non recipere beneficia q̄ non dare. Quia qui non dat:uitium ingrati antecedit. Dicam quod sentio. Qui beneficium non reddit:magis peccat q̄ qui non dat citius.

De beneficiis exhibendis omnibus.

Eneficia in uulgus cum largiri instituēris:remunerationē muneris nō expectant. Perdēda
b sunt multa:ut semel ponas bene. quasi dicat:non est curandum si multa perdantur dūmodo aliquid bene detur muneri. In priore uersu utrumq̄ reprehendas. Nam nec in uulgus effundenda sunt. Et nullius rei beneficiorum minime honesta largitio est:quibus si detraxeris iudicium desinunt esse beneficia in aliud quodlibet incident nomen:sequens sensus mirificus est:quia uno bene posito beneficio. multorum amissorum dāna solatur. Vide oro te:an ne hic ut uerius sit:& magnitudini bene facientis aptius:ut illum hortemur ad danda etiam si nullum bene posituros est. Illud enim falsum est:perdenda sunt multa. Nullum perit:quia qui perdit computauerat. Beneficiorum simplex ratio est:tantum errogatur si redder aliquid:lucrum est si non reddet:damnum non est. Ego illud dedi ut darem. Nemo beneficia in chalendario scribit. Nec auarus exactor ad horam & diem creditorem appellat: Nunquā illa uir bonus cogitat:nisi admonitus a reden te. Alioquin in formam credendi transit. Turpis ueneratio est beneficium expensum ferre. Qualiscunque priorum euentus est: perseuera in alios conferre. Melius apud ingratos iace-

bunt:q[illegible]aut pudor:aut occasi[illegible]aut timidatio aliquando q̄ sic finiamus:ne in nostro sæculo re. Opus tuum perage:& partes [illegible]mi uiri exequere. Alium re[illegible]s querimur:hoc posteri nostri querē alium præceptis salutaribus adiu[illegible]s. [illegible]s humanas:& in omne nefas labi.

Eneficia etiā feræ sentiu[illegible] Nec ullum tam immansuetum tam mota:ut fluctus quos æstus ac.
b in amore sui uertat. Leo[illegible]pora a magistris impune tracta Nūc in adulteria magis q̄ i alia in seruile officiū demere[illegible]t cibus adeo etiā quæ extra intestinor:& fœdissimum patrimonii sunt posita:assiduitas tantū m[illegible]ti pertinacis euincit. Ingratus est æ se ferens animi deformitas alterum nō erit:duorū oblitu[illegible]st. Tertium etiam in eorū quæ excis. Nūc in crudelitatē priua Is perdet beneficia qui cito se perdidisse credit. At qui instat & onerat pri sacrū prophanetur. Haro & in memoria pectore gratiā extundit. Non audebit aduersus multa o[illegible]expectant uno loca uisse uertit memoriā suam fugiens:sibi te uiderat. Beneficiis tuis illum cinge:q̄q̄ Cæterū idē semp prietas sit:dicet. Si prius quē ad rem nō pertinent:transilire mihi permiseris:& futuros esse. Erut gratiæ:& qualiter sorores sint in ipsis beneficiis:& quare manibus implexis:aia ingratus est:nisi q̄ uenes:& quare uirgines:soluta ac perlucida ueste. Alii quidem uideri uolunt doctu caue tāq̄ maficium. Alterā quæ accipiat. Tertiā quæ reddat. Alii tria beneficiorū genera pro iniuriæ summa: simul:& accipientiū reddentiumq̄. Solum utrumlibet ex istis iudicauerim. Quemadmodū aut scientia? Quid ille cōsertis manibus in se redeuntiū chorus? Ob hoc quia ordo beneficii manū transeuntis:nihilominus ad dantem reuertitur:& totius speciē perdit:si unq̄ interruptus est. Pulcherrimus si cohæserit:& uices seruat. Ideo est aliqua tamē maioris dignatio. Sicut promerentiū uultus hilares sunt:quales solent esse qui dant uel accipiunt beneficia. Iuuenes:quia nō debet beneficiorū memoria senescere. Virgines:quia incorrupta sunt:& syncera:& omnibus sancta. Iu qbus nihil esse alligati decet:nec ascripti. Solutis itaq̄ tunicis utuntur. Perlucidis autē:quia beneficia cōcipi uolūt. Sic aliquis usq̄ eo gratis emancipatus:ut hæc dicat necessaria. Nemo tamē erit:qui etiā illud ad rē iudicet pertinere. quæ nomina illis Hesiodus imposuerit. Agle maximā natu appellauerit. Mediam Euphrosynam. Tertiā Thaliam. Horū nominū interpretationē:& prout unicuiq̄ usum est cōuenire desiectit:& ad rationem aliquā conatur perducere. Cum Hesiodus puellis suis qd uoluit nomen imposuerat. Itaq̄ Hometus uni mutauit. Pasithoam appellauit:& i matrimoniū produxit:ut scias illas uestales non esse uirgines. Inueniam aliū poetā apud quē præcingātur:& spissis aut phissianis prodeant. Ergo & Mercurius uastat. Non quia beneficia ratio cōmendat uel oratio:sed quia pictori ita usum est. Chrysippus quoq̄ penes quem subtile illud acumē est:& in imam penetrans uerita rem qui rei agendæ causa loquitur:& uerbis non ultra q̄ ad intellectū satis est utitur. totū librū suū his ineptiis replet. ita ut de ratione de dandi accipiendi:reddēdiq̄ beneficii pauca admodū dicat. Nec his fabulas:sed hic fabulis inserit. Nā præter ista quæ hecaton transcribit:tres Chrysippus gratias ait Iouis & Eorinomes filias esse. Aetate autē minores q̄ horas:sed inclius culpa facie:& ideo Veneri datas comites. Matris quoq̄ nomē ad rem iudicat pertinere Eorinomē enim dicam:qa laste patentis matrimonii sit beneficia diuidere:tanq̄ matri post filias soleat nomē imponi aut poeta;uera nomina reddant. Quemadmodū nomē elatori memoriæ loco audacia est:& cuicunq̄ nomē non potest reddere imponitur sibi aliud loco nominis proprii. Ita poetæ nō putant ad rē pertinere:uerū dicere:sed aut necessitate coacti:aut decore corrupti:id quāq̄ uocari iubent:q̄ bene facit aduersum. Nec illis fraudi est:si aliquid incensum detulerunt: Proximus enim poeta suum illas ferre nomen iubet. Hoc ut scias ita esse. Ecce Thalia de qua cum maxime agitur:apud Hesiodum charis est:apud Homerum uero musa.

Ed ne faciā quod reprehendo. Omnia ista quæ ita extra rem sunt:ut nec circa rem quidem
s sint relinquā. Tu modo nos tuere. Siquis mihi obiecit q̄ Chrysippum in ordine coegerim magnū me hercule uirū:sed tamē græcū cuius acumē nimis tenue recōditur:& i se sæpe replicatur:etiam cū agere aliquid uidetur pungit:non perforat. Hoc uero quod acumē est:de beneficiis dicendū est:& ordinanda res:quæ maxime societatē humanam alligat. Danda lex uitæ:ne sub specie benignitatis inconsulta facilitas placeat. Nec liberalitatem quā nec decesse oportet:nec superfluere:hæc ipsa obseruatio restringat:dum cœperat. Docendi sunt libenter accipere:libenter dare: siue reddere:& magnum ipsis certamē proponere eos quibus obligati sunt re animoq̄:non tamē æque:sed uincere:Quia qui referre gratiam debet:nunq̄ cōsequitur:nisi præcessit. Hi docendi sunt mihil imputare:illi plus debere. Ad hæc honestissima cōtentio est:beneficiis beneficia uincendi. Sic nos adhortatur Chrysippus ut dicat uerendū esse:ne quia Charites Iouis filiæ sunt:Putemus certe parum in genere sacrilegium:si tam bellis puellis fiat iniuria. Tu me aliquid eorum doce per q̄ beneficientior:gratiorq̄ aduersus bene merentes fiam:per quæ obligantium:obligatorūq̄ animi certent. Vt qui præstiterit oblitiscantur. pertinaxq̄ sit memoria debentium. Istæ uero ineptiæ poetis relinquantur:quibus aures oblectare propositum est:& dulcem fabulam nectere. Atq̄ ingenia sana re:& propositum poetarū fidem in rebus humanis retinere:memoriā officiorū ingerere animis uolunt:serio loquantur:& magnis uiribus agant:nisi forte exiftimas leui ac fabuloso sermone:& agilibus argumentis prohiberi posse rem perniciosissimam beneficio⁊ nouas tabulas.

Quibusdam aliena umbra laborantibus ſcurrã:ita exponã neceſſ[illegible]ſt.Hoc primã nobis ſuadet ciuicen
q ingenium:qua ratione tractandum ſit ebeamus.Debere enim d[illegible]ſe alius pecuniã quam acepit,
[illegible]otiũ.Alius prouinciã.Iſta au[illegible] ſunt meritoq ſigna:nõ merita.

LVCII ANNEI SENECAE AD

Sed animo geritur. Multũ in[illegible]Eſt inter materiã beneficii:& be-
[illegible]:nec quicq eorũ quæ a proxi[illegible]s accipiuntur:beneficium eſt:ſed

NTer multos ac uariã autẽ id quod oculis incurrit:& quod traditur poſſideturq ſolum optime liberalis dicarũ atq preciosum eſt:paruipendunt.Hæc quæ tenemus quæ aſpici
i male collocata intra hæret:caduca ſunt.Auferre ea non uis:& fortuna:& iniuria põt.Bene erunt cũ darenper quod datũ eſt durat.Eſt enim rectũ datum qd irritũ nulla uis efficit. q ingrati animi hunc alius hoſtis accepit:& in carcerẽ condidit.Non beneficiũ:ſed uſum gnos quibus tribuamus:naufragio alicui raptos:uel ex incẽdio:liberos reddidi.Hos uel morbus Semina in ſolũ affectũ ꝺia eripuit.Manet etiam ſine illis qd in illos datum eſt.Omnia itaq quæ ſal mus.Nec facile dixerim:rupant:miniſteria ſunt:p quæ ſe uoluntas amica explicat.Hoc quoq in aliis diti eſt:ex quo tantum ſit ſpecies rei alicubi ipſa res.Impator aliquando torquibus murali & ciuica ocipſum:quia non p ſe corona preciosum.Quid prætexta.Quid faſces.Quid tribunal & currus.Ni hil horũ libenter dehonoris inſigne.Sic nõ eſt beneficium id quod ſub oculos uenit:ſed beneficii ueſtigium & ſtota.

VId eſt ergo beneficiũ:beniuola actio tribuens gaudiũ:capienſq tribuendo:in id qd facit:
q prona & ſponte ſua parata.Itaq non qd fiat:aut quod detur refert:ſed qua mente.Quia be neficium non in eo quod fit:aut datur conſiſtit:ſed in ipſo dantis:aut faciẽtis aĩo.Magnũ autem eſſe inter iſta diſcrimẽ:uel ex hoc intelligas licet:q beneficiũ utiq bonum eſt:Id autẽ qd fit aut datur.nec bonũ nec malũ eſt.Animus eſt qui parua extollit:ſordida illuſtrat:magna & in pcio habita dehoneſtat.Ipſa quæ appetuntur neutrã naturã habent:nec boni:nec mali.Id refert quo illa rector animus impellat a quo forma datur rebus.Non eſt ergo beneficiũ ipſum quod numeratur: aut traditur.Sicut nec in uictimis quidem:licet optima ſint:auroq pduant deorum:ſed pia ac recta uoluntas uenerantiũ.Itaq boni etiã ferre ac fictilia religioſi ſunt.Mali rurſus non effugiunt impie tatem q̃is aras ſanguine multo cruentauerint.

IN beneficia in rebus:non in ipſa benefaciendi uoluntate cõſtiſterent:eo maiora eſſent:quo
s maiora ſunt quæ accipimus.Id autẽ falſum eſt.Nonnũq magis enim nos obligat qui de dit patua magnificæ:qui regũ æquauit opes animo:qui exiguũ tribuit:ſed libenter:q pau pertatis ſuæ oblitus eſt.dum meã reſpicit:qui nõ uoluntatẽ tantũ iuuandi habuit.ſed cupiditatem qui accipere ſe putauit beneficiũ cum daret:qui dedit tanq recepturus:recepit tanq non dediſſet:q occaſionem qua prodeſſet:& occupauit & quæſiuit.Contra ingrata ſunt ut dixi:licet re ac ſpecie ut magna uideãtur:quæ danti aut extorquentur:aut excidunt.Multoq gratius uenit:quod facili q qd plena manu datur.Exiguum eſt quod in me cõtulit:ſed amplius non potuit.At hic quod dedit ma gnum eſt:ſed dubitauit:ſed diſtulit:ſed cum daret gemuit:ſed ſuperbe dedit:ſed cũ tulit ei cui præ ſtabat:non uoluit:ambitioni dedit:non mihi.

OCrati cũ multa multi pro ſuis quiſq facultatibus offerrẽt.Aeſchines pauper auditor.Ni-
s hil inquit dignũ te:quod dare tibi poſſum inuenio & hoc uno modo pauperẽ me eſſe ſen tio.Itaq dono tibi quod unũ habeo meipſum.Hoc munus rogo qualecũq eſt boni conſu las.Cogiteſq alios cũ multum tibi darent:plus ſibi reliquiſſe.Cui Socrates.Quid ni tu inquit mi hi magnũ munus dederis:niſi forte paruo te æſtimas.Habebo itaq curæ:ut ne te meliorẽ tibi red dam quã accepi.Vicit Aeſchines hoc munere Alcibiadis parem diuitiis animum & omnium iuue num opulentorum munificentiam.

IDes quomodo aĩus inueniat liberalitatis materiã etiã inter anguſtias paupertatis:uidetur
u mihi dixiſſe.Nihil ægiſti fortuna qm me pauperẽ eẽ uoluiſti.Expediã nihilominus dignũ huic uiro munus:& qa de tuo nõ poſſum de meo dabo.Neq eſt qd æſtimes illũ uilẽ ſibi fuiſſe:q preciũ ſe ſui fecit.Ingenioſus adoleſcens inuenit quẽadmodũ Socratẽ ſibi daret.Nõ quan ta quæq ſint:ſed a quali dentur,pſpicis:dũ callidus non difficilẽ addiũ pbuit:i modica cupiẽtibus ſpeſq improbus nihil ſe adiuncturus uerbis fouet.At eius peior eſt opinio qui lingua aſper:uultu grauis cũ inuidia fortunã ſuã explicauit,Colunt enim deteſtanturq fœlicẽ:& ſi potuerint:eadẽ fa cturi odere facientẽ.Cõiugibus alienis ne clã:ſed aperte quidẽ iudibrio habitis ſuas aliis pmiſcere. Ruſticus inhumanus ac maliuolus:& inter matronas abominandæ cõditionis eſt,Siquis coniugẽ ſuã in ſella,pſtrare uetuit:& uulgo admiſſis inſpecto tibi uehi undiq pſpicuã.Siquis anulã ſe amica fecit inſignẽ:nec alienæ uxori annulũ pſtat.Hunc matronæ humilẽ:& ſordidæ libidinis:& ancilla riolum uocant:indecentiſſimũ ſponſalioꝝ genus eſt adulteriũ:& in cõſenſu uidui cælibatus: Ne mo uxorẽ duxit:niſi qui abduxit iam raptã.Agros ſpargere:auaritiã recolligere certant.Nihil pẽſi habere:paupertatẽ alienã cõtemnere:ſuamq timere.Vllũ aliud uereri malũ:parcere iniuriis pturba re imbecilliores ui ac mœtu præmere.Nam,puincias ſpoliari:& nũmatiũ ttibunal:audita utrinq li citatione alteri addici:non mirũ:q quæ emeris uendere:gentiũ ius eſt.

Ed [illegible]igius nos impetus e[illegible]ebit prouocare materia.Itaq ſic ſiniamus:ne in noſtro ſæculo
s culpa luoſiſtat.Hoc maior[illegible] noſtri queſti:ſunt:hoc nos querimur:hoc poſteri noſtri querẽ tur:euerſos eſſe mores:regn[illegible]re nequitiam:in deterius res humanas:& in omne nefas labi. Aut iſta ſtant loco eodem:ſtabunt[illegible] paululũ duntaxat:ultra aut erit mota:aut fluctus quos æſtus ac cedens longius extulit:recedens im[illegible]ore littorum ueſtigio tenuit.Nũc in adulteria magis q i alia peccabitur:abrumpetq frenos pudi[illegible]tia.Nunc cõiuiorum uigebit furor:& fœdiſſimum patrimo niorum exitium culina.Nunc cultu[illegible] corpoꝝ nimius & formæ cura præ ſe ferens animi deformita tem.Nunc in petulantiam & audaci[illegible]m erumpit:male diſpenſata libertas.Nũc in crudelitatẽ priua tam ac publicã ibitur::bellorũq ciuilium inſaniam:qua omne ſanctum:ac ſacrũ prophanetur.Ha bebitur aliquando ebrietati honor & plurimũ meri cœpiſſe uirtus erit.Non expectant uno loca ui tia:ſed mobilia & inter ſe diſſentientia tumultuantur.pellunt inuicem:fugãturq Cæterũ idẽ ſemp de nobis pronunciare debebimus:malos eſſe nos:malos fuiſſe inuitus adiiciã:& futuros eſſe.Erũt homicidæ:tyranni:fures:adulteri:raptores:ſacrilegi:proditores.Infra iſta omnia ingratus eſt:niſi q omnia iſta ab ingrato animo ſunt:ſine quo uix ullum magnũ facinus accreuit.Hoc tu caue tãq ma ximum crimẽ:ut admittas.Ignoſce tanq leuiſſimo:ſi admiſſum eſt.Hæc eſt enim iniuriæ ſumma: Beneficium perdidiſti.Saluum eſt enim tibi ex illo:quod eſt optimũ dediſti.Quemadmodũ autẽ curandum:ut in eos potiſſimum beneficia cõferamus qui grate reſponſuri erunt.Ita quædã etiam ſi de illis ſperabitur,facienus tribuemuſq:non ſolum ſi iudicabimus ingratos fore:ſed ſi ſciemus fuiſſe:tanq ſi filios alicui reſtituere potero:magno piculo liberatos ſine ullo modo non dubitabo. Dignum etiam ſanguinis mei uerebor & in partem diſcriminis ueniam.Indignũ ſi eripere latroni bus potero,clamore lato:ſalutarem uocem homini non pigebit emittere.

Quæ beneficia danda ſint:& quẽadmodum.

EQuitur ut dicamus quæ beneficia danda ſint:& quemadmodũ.Primo demus neceſſaria.
s deinde utilia,deinde iucunda atq manſura.Incipiendum eſt autem a neceſſariis. Aliter,n. ad animũ peruenit:quod uitã cõtinet.Aliter quod exornat:aut inſtruit.Poteſt in eo aliquis faſtidioſus eſſe æſtimator:quo facile cariturus eſt:de quo dicere licet Recipere non deſidero:meo cõtentus ſum,interim non reddere tantũ libet quod acceperis:ſed abiicere.Ex his q neceſſaria ſunt quædã primum obtinent locũ:ſine quibus non poſſumus uiuere:quædã ſecundũ:ſine quibus non debemus quædã uero tertium:ſine quibus nolumus.Prima huius notæ ſunt:Hoſtiũ manibus eri pi:& tyrannicæ iræ:& proſcriptioni:& aliis periculis:quæ uaria & incerta humanã uitam obſident. Quicquid horũ deſcripſerimus:quo maius ac terribilius erit:hoc maiorem inibimus gratiã. Subit enim cogitatio quãtis ſint liberati malis:& lenocinium eſt muneris antecedens mœtus. Nec tamẽ ideo debemus tardius quẽq ſeruare:q poſſumus:ut muneri noſtro:timor imponat pondus. Proxi ma ab his ſunt ſine quibus poſſumus quidẽ uiuere:ſed ut mors potior ſit:tanq libertas & pudici tia:& mens bona.Poſt hæc habebimus cõiunctione:ac ſanguine:uſuq:& cõſuetudine longa:cara: ut liberos cõiuges:& penates:cæteraq quæ uſq eo animus ſibi applicuit:ut ab illis q ſi a uita diuelli grauius exiſtimet ſubſequuntur utilia:quoꝝ uaria & lata materia eſt.Hic erit pecunia nõ ſupfluens ſed ad ſanũ modũ habendi parata.Hic erit honor & proceſſus ad aluora tendentiũ. Nec enim uti lius quicq eſt ſibi:utilem fieri.Iam cætera ex abundanti ueniunt delicatos factura.In his ſequemur ut opportunitate grata ſint:ut nõ uulgaria quæq aut pauci habuerint:aut pauci intra hãc ætatẽ ha bent:aut hoc modo quæ etiam ſi natura preciosa nõ ſunt tempore aut loco fiant. Videamus quod ablatũ maxime uoluptati futurum ſit:quod frequenter occurſurum habenti:ut totiens nobiſcũ ſit ipſe habent quotiens cum illo ſit.Vtiq cauebimus:ne munera ſuperuacua mittamus ut fœminæ: aut ſeni arma uenatoria:aut ruſtico libros:aut ſtudiis ac litteris dedito ræna.Atq ex cõtrario circũ ſpiciem:ne dũ grata mittere uolumus:ſuũ cuiq morbũ exprobratura mittamus:ſicut ebrioſo uina:& ualitudinario medicamẽta.Maledictũ.n.incipit eẽ nõ munus:i quo uitiũ accipiẽtis agnoſcit.
s Iarbitriũ dandi penes nõ præcipue mãſura q̃remus:aut q minime mortale munus ſit.Pau ci enim ſunt tã grati:ut qd acceperint etiã ſi nõ uident:cogitẽt.Ingratis quoq memoria eſt ipſo munere incurrit.Vbi ante oculos eſt:& obliuiſci ſui nõ ſinit:ſed auctorẽ ſuũ ingerit:& iculcat. Eo qdẽ magis duraturą quæramus:quia nunq admouere debemus.Ipſa res euaneſcentẽ memoriã excitat.Libentius donabo argentũ factũ q ſignatũ.Libentius ſtatuas:q ueſtẽ:& qd uſus breuis de derat:apud paucos poſt remanet gratia.Plures ſunt apud quos nõ diutius in animo ſunt donata:q in uſu.Ergo ſi fieri põt:cõſumi munus meũ uolo.Extet:hæreat amico meo:& uiuat.Nemo tã ſtultus eſt ut monendus ſit:ne cui gladiatores aut iã uenationẽ iã munere edito mittat:& ueſtimẽta æſti ua bruma:hyberna ſolſtitio.Sic i beneficio ſenſus cõmunis:tempus locũ obſeruet:pſonas:qa mo mentis qdã grata & ingrata ſunt.Quanto acceptius eſt ſi id damus qd qs nõ habet:q cuius copia abundat.Quod diu quit nõ inuenit:q qd ubiq uiſurus eſt.Munera nõ tã pciosa:q rara:& exquiſita ſint.Quæ etiã apud diuitẽ ſui locũ faciãt:ſicut gregalia quoq poma:etiã poſt paucos dies itura in faſtidium delectant:ſi pro uenere maturus.Illa quoq non erunt ſine honore:quæ aut nemo illis aliis dedit:aut nos nulli alii.

Lexandro macedone.cū uictor orientis animos supra humanū tolleret.Cōstabat per legatos gratulati iūt:& ciuitate illum sua donauerunt. Cū nisisset Alexander hoc ofticii genus:Vnus ex legatis:Nulli inquit ciuitatem unq̄ dedimus alii q̄ tibi & Herculi.Libens accepit delatū honorē:& legatos inuitatione:aliaq; humanitate prosecutus cogitauit:nō qui sibi ciuitatem darent:sed cui dedissent.Et homo gloriæ deditus:cui ne natura nec modū nouerat:Herculis liberiq; uestigia sequens;ac ne ibi quidem resistens:ubi illa defecerant.ad socrū honoris sui respector a dantibus tanq̄ cælū qd' mente uanissima cōplecteb tur teneret:quia Herculi æquabatur. Quid enim ibi simile habebat uesanus adolescēs cui pro uenia te erat fœlix temeritas? Hercules nihil sibi uicit,orbē terrarū transiuit:nō cōcupiscendo:sed uincendo. Quid uinceret maior hostis bonor iudex:terrarū maris q̄ peccator? At hic a puerilia latro:gentiumq; uastor:tam hostiū pernicies:q̄ amicorū:qui summū bonū duceret terrori esset cunctis mortalibus oblitus non ferocissima tantū:sed ignauissima quoq; animalia timeri:ob uitiis malum.

a D propositū nunc reuertamur.Beneficiū quod quibuslibet datur:nulli gratū est.Nemo se stabulari:aut cauponis hospitem iudicat:nec cōuiuam dantis epulum. Vbi dici pōt:Quid enim in me cōtulit? Nempe hoc quod in illum:& uix bene notū sibi:& in illum etiā inimicum:ac turpissimū hominē.Nunquid enim me dignū iudicauit? Morbo suo morē gessit.Quid uoles gratū esse:raro effice. Quis patitur sibi imputari? Nemo hæc ita interpretetur:tanq̄ reducā liberalitatem:& frænis altioribus reprimā.illa enim in quantū libet exeat:sedeat:nō erret. Licet ita largiri:ut unusquisq; etiam si cū multis accepit:in populo se esse non putet.Nemo nō habeat aliquā familiarem notā:per quā speret se propius admissum. Dicat:accepi idem quod ille:sed ultro. Accepi quod ille:sed ego intra breue tempus:cū ille diu metuisset.Sunt qui idem habeant:sed nō eisdē uerbis datū:non eadē:non eadē cōmunitate tribuentis.Ille accepit cū rogasset.Ego cum rogarem.Ille accepit:sed facile redditurus:sed cuius senectus & liberor orbitas magna promittebat. Mihi plus dedit:quis idem dederit: quia sine spe recipiendi dedit.Quemadmodū meretrix:ita inter multos se diuidet. Vt nemo nō aliquod signū familiaris animi ferat.Ita qui beneficia sua amabilia uult eē: excogitat quomodo multi obligentur & tamē singuli habent aliquod quo se cæteris pferāt. Ego uero beneficiis nō obiiciam moras:quæ quo plura maioraq; fuerint:plus afferent laudis. Adsit tamen iudiciū.Neq; enim cordi esse cuiq̄ possunt forte:ac temere data.Quare siquis æstimat nos:cū ista percipimus:benignitatis fines introrsus referre:& illi minus lapsum limitē aperire:ne perperā monitiones nostras exaudiat.Quā enim uirtutē magis uenerāmur? Cui magis stimulos addimus: Quibus nō tam cōuenit hæc adhortatio? q̄ nobis societatem humani generis sanctientibus.

Vid ergo est? cum sit nulla honesta uis animi:etiā si a recta uoluntate incepit:nisi quā uirq tutum motus fecit. Veto liberalitatem tecū potiri. Tunc iuuat accepisse beneficiū & supinis quidē manibus:ubi illud ratio ad dignos perduxit:nō q̄ quilibet casus & consilii indigēs impetus differt:quod ostentare libet:& inscribere sibi.Beneficia tu uocas:quorū auctoritatē fateri pudet. At illa quāto gratiora sunt:quātoq; in parte teneriorem animi:nunq̄ exitura descēdūt:cum delectant cogitantem:magis a quo q̄ quid acceperis. Chrysippus pansenus solebat dicere quorundam se iudiciū malle:q̄ beneficiū:& quorundā beneficiū malle:q̄ iudiciū.& subiiciebat exēpla:Malo aiebat diui Augusti iudiciū.Malo Claudii beneficiū.Ego uero nullius puto expetendū esse beneficium:cuius uile iudiciū est. Quid ergo? Non erat accipiēdū a Claudio quod dabatur? erat. Sed sicut a fortuna quam scires statim malā fieri. Quid ergo? ista inter se mixta diuidimus. Nō est beneficium cui deest pars optima:datum esse iudico. Alioquin pecunia ingens sine ratione:nec recta uoluntate donata:non magis beneficiū est q̄ thesaurus.Multa sunt autē q̄ oportet accipe:nec debere.

Explicit liber primus de beneficiis. Incipit Liber secūdus:Quēadmodū dādū sit beneficiū.

NSpiciamus Liberalis uiroꝝ optime:id quod ex priore parte adhuc supereſt:quēadmodū dandū sit beneficium cuius rei expeditissimā uideor monstraturus uiam:si sic

i denius quomodo uellemus accipere. Ante omnia libenter cito sine ulla dubitatiōe. Ingratū est būficiū qd' diu inter manus dantis hæsit:quod quis ægre dimittere uisus est:& sic dare tanq̄ supra raperetur.Etiā siquid more interuenit:euitemus omnimodo ne dubitasse uideamur.Proximus est autē neganti qui dubitauit:nullamq; iniet gratiā.Nam cū in beneficio iucundissima sit tribuentis uoluntas:qui nolente se tribuisse ipsa cunctatione testatus est:nō dedit:sed aduersus ducentē male retinuit.Multi autē sunt quos liberales facit fortis infirmitas.Gratissima sunt beneficia:parata:facilia:occurrentia:ubi nulla mora fuit:nisi in accipientis uerecundia.Optimū est antecedere desiderium cuiusq;:proximū sequi illud:mejus occupare anteq̄ rogemur:quia cū homini probo ad rogandū os concurrat:& suffundatur rubor.Qui hoc tormentū remiserit:multiplicat munus suum.Nō tulit gratis:qui cū rogasset accepit.Quoniā quidē ut maioribus nostris grauissimis uiris uisum est.Nulla res carius cōstat:q̄ quæ precibus empta est:uota homines parcius facerent:si palam facienda essent.Adeo etiā deos quibus honestissime supplicamus tacite in alium & intra nos precari.

m Olestum uerbū est onerosum & demisso uultu dicēdū rogo:huic faciēda est gratia amico:

& cuicunq; que amicū scis promendo facturus:properet:licet sero beneficiū dedit.Ideo diuinanda cuiusq; uoluntas:& cū intellecta est necessitate grauissima rogandi:liberanda est.Illud beneficiū iucundū uicturūq; in animo scias quod obuiā uenit.Si non cōtingit præuenire plura rogantis uerba intercidamus ne rogati uideamur:sed certiores facti statim promittamus:facturosq; nos etiā anteq̄ interpellaremur:ipsa festinatio approbemus.Quemadmodū in ægris opportunitas cibi salutaris est:& aqua tempestiue data refrigerii locū obtinuit.Ita q̄us leue & uulgare beneficiū sit:si præsto fuerit:si proximam quāq; horā non perdidit:multum sibi adiicit:gratiamq; preciosi:sed lenti & diu cogitati munetis uincit.Qui reluctare fecit:non est dubium quin libenter faciat. Itaq; lætus facit & induit sibi animum sui uultum.

Ngentia quorūdā beneficia:silentium:aut loquendi tarditas imitata grauitatem & tristiciā

i corrumpit:cū promitterent uultu negantium.Quanto melius adiicere bona uerba rebus bonis:& prædicatione humana benignaq; cōmendareq; præstes,Vt ille se castiget q̄ tardior in rogando fuit:adiicias licet familiarē quærelam,Irascor tibi q̄ cum aliquid desideraſſes:nō olim scire me uoluisti:q̄ tam diligenter rogasti:q̄ quēq̄ adhibuisti.Ego uero gratulor mihi:q̄ experiri animum nostrū libuit:postea quicqd desiderabis tuo iure exiges.Semel rusticitati tuæ ignoscit. Sic efficies ut animū tuū pluris extimet q̄ illud quicqd est ad quod petendū uenerat.Tunc est summa uirtus tribuentis:tunc benignitas ubi ille qui discessit:dicet sibi magnū hodie lucrum feci. Malo q̄ illum talem inueni:q̄ si multiplicatum hoc ad me de quo loquebar alia uia peruenisset. Huic enim animo nunq̄ parem referam gratiam:

Tpleriq; sunt qui beneficia asperitate uerboꝝ:& supercilio modum adducunt eo sermone

e usi:ea superbia:ut impetrasse pœniteat. Aliæ deinde post rem promissam sequūtur moræ.

Nihil autem est acerbius q̄ ubi quoq; quod impetrasti rogandū est.Representanda sunt beneficia:quæ a quibusdā accipere difficilius est:q̄ impetrare.Hic rogandus est ut admoneat:ille ut cōsumet.Sic unū munus per multorū teritur manus:ex quo gratiæ minimū apud promittentē remaneant.Quia auctori detrahit quisquis post illum rogandus est.Hæc itaq; curæ habebis:si grate exti mati quæ præstabis uoles:ut beneficia tua illibata & integra ad eos quibus promissa sunt pueniant. sine ulla:quod aiunt.deductione.Nemo illa intercipiat:nemo detineat:nemo in eo quod daturus est:gratiam suam facere potest:ut non tuam minuat.

Ihil æque amarū q̄ diu pendere. Aequiore quidam animo ferunt præcidi spem suam:q̄ tra

n hi.plærisq; autem hoc uitiū est:ambitione praua differendi promissa ne minor sit rogātiū turba.Quales regiæ potentiæ ministri sunt:quos delectat potentiæ suæ longū spectaculum minusq; se iudicant posse nisi diu multūq; singulis quid possint ostendāt.Nihil confestim:nihil semel faciunt.Iniuriæ illorum præcipites,Lenta beneficia sunt.Quare uerissimum extima quod ille comicus dixit.Quid tu non intelligis:tātum te gratiæ demeræ:q̄tum more adiicis.Inde illæ uoces quas ingenuus dolor exprimit.Fac cito si quid facis.Et nihil est tanti malo mihi iam neges ubi in tedium adductus animus incipit beneficiū odisse:dum expectat:potest ob id gratus esse. Quēadmodum acerbissima crudelitas est quæ trahit pœnā:& misericordiæ genus est cito occidere:qa tormētum ultimū finē sui,secum affert.quod antecedit tempus maxima uenturi supplicii pars est. Ita minor est muneris gratia:quo munus diu pependit.Est enim bonaꝝ rerum solicita expectatio. Et cum plurima beneficia remedium alicuius rei afferant:qui aut diutius torqueri patitur quē protinus pōt liberare:aut gaudere beneficio suo:tardius manus affert.Omnis benignitas properat:& proprium est libenter facientis:cito facere,Qui tarde dedit:& diem extrahens,pfuit:nō ex animo fecit.Ita duas res maximas perdidit:& tempus:& augmentū amicæ uoluntatis.Tarde uelle nolentis est.

N omni negocio liberalis non minima portio est quomodo quisq; aut dicat aut fiat:mul

i tum celeritas fecit:multū abstulit mora:sicut in telis eandē ferri uis est.Sed in infinitum interest utrum excusso lacerto torqueantur:an remissa manu effluant.Gladius idem & stringit & transforat.Quam presso articulo uenerit refert.Idē est quod datur:sed interest quomodo def. Quā dulce:q̄ precioſum est si gratias sibi agi nō est passus q̄ dedit:si dedisse dū dat oblitus ē.nā corripere eū cui maxime aliqd præstes:demētia est & inserere contumeliā meritis.Itaq; nō sunt exasperanda beneficia:nec qcq̄ illis triste miscēdū.Etiā si qd erit de quo uelis admonere:aliud tps eligito.

Abius uerucosus beneficiū ab homine duro:aspere datū:panē lapidosum uocabat:quē esu

f rienti accipere necessarium sit esse acerbum.Tiberius Cæsar rogatus a nepote.M.ællio ꝓtorio ut æri alieno succurreret:ædere illum sibi nomina creditorum iussit,Hoc non est donare:sed creditores conuocare:cū ædita essent scripsit nepoti iussisse se pecuniam solui.Adiecta contumeliosa admonitione effecit:ut nepos nec æs alienum haberet:nec beneficiū.Liberauit illum a creditoribus.Sibi non obligauit.Aliquid liberius secutus est:puto noluit plures esse:qui idem rogaturi concurrerent.Ita fortasse efficax ratio fuerit:ad hominem improbas cupiditates:pudore reprimēdas.Beneficium uero danti:tota alia sequenda est uia.

o Mni genere quod des:quo sit acceptius adornandū est.Hoc uero non est beneficium dare: reprehendere est:ut in transitu de hac quoq; parte dicā quid sentiam:ne principi quidē satis

decorum est donare ignominiæ causa:tamen inquietudinem effugere Tiberius Cæsar quidē modo putabat:potuit effugere.Nam aliquod postea qui idem rogarent inuēti sunt:quos omnes iussit reddere in senatu:æris alieni causas:& ita illis certas summas dedit.Nō est illud liberalitas:censura est.Auxilium est principale tributum. Beneficium nō est:cuius sine rubore meminisse nō possum. Ad iudicem missus sum:ut impetrarem:causam dixi.

p Ræcipiunt itaq; omnes auctores sapientiæ quædam beneficia palam danda:quædam secreto.palam quæ quod sequitur gloriosum est.Vt militaria dona:& honores:& quicqd aliud noticia pulchrius fit.Rursus quæ non producunt:nec honestiorem faciunt:sed succurrunt infirmitati:ægestati:ignominiæ:tacitæ danda sunt.Vt nota sint illis quibus prosunt. Interdum & ipse qui iuuatur fallendus est:ut habeat:nec a quo acceperit sciat.

a Rcesilaus:ut aiunt:amico pauperi:& paupertatē suam dissimulāti:ægro autem:& nec hoc quidem cōfitenti deesse sibi in sumptum ad necessarios usus:cum clam succurendum iudicasset:puluerino eius ignoranti sacculum subiecit.ut homo inutiliter uerecūdus:quod si deliberabat in ueritate potius q̄ acciperet.Quid ergo ille nesciet:a quo acceperit?primū nesciat:si hoc ipsum beneficii pars est,Deinde multa alia faciam:multa tribuā:per quæ intelligat & illius auctorē. Deniq; ille nesciet accepisse se:ego sciam me dedisse.Parum est iquis:parū si fœnerare cogitas. Sed si dare quo genere accipienti maxime profuturū etit dabis:cōtentus eris te teste. Alioquin non benefacere delectat sed uideri benefecisse,Volo inquis sciat.Debitorē quæris.Volo utiq; sciat,Quid si illi utilius est nescire si honestius:si gratius:non in aliam partē abibis.Volo ut sciat. Ita tu hominē non seruabis in tenebris,Non ergo quotiens patitur res:percipiendum gaudiū ex accipientis uolūtate.Sin adiuuari illū:& oportet:& pudet si quod præstamus offendit:nisi absconditur beneficium in acta non mitto.Quid ni ego illi sum iudicaturus me dedisse:cum inter prima præcepta:maxime necessaria sit?ne unq̄ exprobem:immo ne admoneā quidem.Hæc enim beneficii inter duos lex ē. Alter statim obliuisci debet dati:alter accepti nunq̄.Lacerat animum & præmit frequens meritorū commemoratio.

l Icet exclamare q̄ ille triumuirali proscriptione seruatus a quodā Cæsaris amico exclamauit: cū superbiam eius ferre nō posset.Redde me Cæsari. Quousq; dicens. Ego te seruaui:ego te eripui morti.Istud si meo arbitrio memini uita est:si tuo mors est,Nihil tibi debet si me seruaiti: ut haberes quem ostenderes:quousq; me circunducis:quousq; obliuisci fortunæ meæ non sinis.Semel in triumpho ductus essem.Non est dicendum quid tribuerimus.Qui admonet repetit.Non est instandū non est memoria reuocandum:nisi ut aliud dando prioris admoneas.Ne aliis quidē narrare debemus.Qui dedit beneficiū taceat:narret qui accepit.Dicetur enim q̄ illi ubiq; iactanti beneficium suū.Non negabis inquit te recepisse:& cū respondisset quādo.Sæpe quidē inquit:& multis locis:ideſt quotiens & ubicunq; narrasti.Quid opus est eloqui?quid alienū occupare officiū?Est q̄ istud facere honestius possit:quo narrante:& hoc laudabiliter quod ipse non narras.Ingratū me iudicas:si istud me tacente nemo sciturus est.Quod adeo non est comitēdū:ut etiā siquis corā nobis narrabit respondendū sit:dignissimus quidem ille est maioribus beneficiis:sed & ego magna uelle me scio omnia illi præstare:q̄ adhuc præstitisse.Et hæcipsa non uniuersaliter:nec ea figura qua quidam reiiciunt:quæ magna ad se nolunt trahere:deinde adiicienda omnis humanitas:perdet agricola quod spargit:si labores suos destituet in semine.Multa cura sata producunt ad sagetē. Nihil i fructum peruenit:quod non a primo usq; ad extremū æqualis cultura prosequitur. Eadē beneficiorū est conditio.Nūquid ulla maiora possunt esse q̄ quæ in liberos patres conferūt?Nec tamē tuta sunt si infantia deserantur:nisi longa pietas munus suum nutriat.Eadē cæterorū beneficiorum conditio est:nisi illa adiaueris perdes.Parum est dedisse:fouenda sunt.si gratos uis habere quos obligas:nō tantum des oportet beneficia:sed ut ames.Præcipue ut dixi pareamus auribus.Admonitio tedium facit:exprobatio odium.Nihil æque in beneficio uitandum est q̄ superbia. Quid opus arrogantia uultus?quid tumore uerborū?Ipsa res te extollit.Detrahenda est inanis iactatio.Res loquentur nobis tacentibus.Non tantum ingratū:sed iniustum est beneficiū superbe datum.

c Aesar dedit uitam Pompeio poeno.Si dat qui non aufert:deinde absoluto & agēti gratias: porrexit ad osculandum sinistrum pedem:qui excusant eum:& negant id insolentiæ causa factum:aiunt soccului auratum:immo aureum margaritis distinctum ostendere eum uoluisse.Ita prorsus:quid hic contumelioſum est?si uir consularis aurum:& margaritas osculatus est: Et alioquin nullam partem corporis eius electurus q̄ purius oscularetur homo natus in hoc ut mores liberæ ciuitatis persica seruitute mutaret.Parum iudicauit si senator senex submissis honoribus in conspectu principum supplex sibi:eo moræ subiacuisset:quo uicti hostes uictoribus iacuere.Inuenit aliquid infra genua quo libertatem detruderet.Non hoc est rempublicam calcare. Equidem dicit eliquis.Non potest ad rem pertinere sinistro pede parum enim fœde:furioseq; insolens fuerat: q̄ de capite cōsularis uiri secatus audiebat:nisi i os senatoris ingessisset ipator pigros suos.

o Superbia magnæ fortunæ.O stultissimum malū:ut a te nihil accipere iuuat:& omne beneficium in iniuriam cōuertis:ut te omnia nimia delectant:ut te omnia dedecent:quoq; altius

te subleuantis:hoc depressior es. Ostendisq; tibi non agnoscere ista bona quibus tantum insolaris. Quicquid das corrumpis.Libet itaq; interrogare quid tantopere resuscitet.Quid uultum habitūq; oris peruertat:ut malit habere pessimam q̄ faciem.Iucunda sunt quæ humana fronte:& celera:placida q̄ tribuuntur:quæ cum daret maior superiorq; non exultauit supra me:sed q̄ potuit benignissimus fuit:descendit q; in equum:& detraxit muneri suo pompam:si obseruauit idoneū tēpus:ut in occasione potius q̄ in necessitate succurreret.Vno modo persuadebimus ne beneficia insolentia perdāt si ostenderimus nō ideo uideri maiora quæ tumultuosius data sūt:ne ipsos quidē obid cuiq; posse maiores uideri.Vanam esse superbiæ magnitudinē:& quæ in odiū etiam amanda perducat.

s Vnt quædā nocitura impetrantibus:quæ non dare:sed negare beneficium est. Aestimabimus itaq; ualitatem potius q̄ uoluntatē petentiū.Sæpe enim noxia concupiscimus:nec despicere q̄ perniciosa sunt licet:quia iudicium interpellat affectus.Sed cum subsedit cupiditas:animi impetus fragrantis cum qui consilia fugat cecidit.detestamur perniciosos malorū munerum auctores:ut frigida ægris negamus:& lugentibus ac sibi iratis ferrū:aut amantibus quicqd cōtra se usuros ardor petit:sic omnia quæ natura sunt impense ac submisse:nōnunq̄ etiā miserabiliter rogantibus perseuerabimus non dare.Tum initia beneficiorum suorū spectare:tum etiā exitus decet:& ea dare quæ non tantū accipere:sed etiā accepisse delectet.Multi sunt qui dicant scio hoc illi non profuturū:sed quid faciā rogat:resistere precibus eius nō possum.Viderit:de se non de me queretur.Falsum est:imo de te:& merito:quod est cum ad mentē bonā redierit.Cum accēsio illa quæ animū inflāmabat:se remiserit.Quid ni eum oderit a quo in damnum ac periculum suum adiutus est?Exorari in perniciem rogantium:sæua bonitas est.Quemadmodum pulcherrimū opus est:etiā inuitos nolentesq; seruare.Ita rogantibus pestifera largiri:blandum & effabile odium ē. Beneficiū demus:quod usu magis ac magis placeat:quod nunq̄ in malū uertatur.Pecuniā non dabo:quā numeraturum adulteræ sciam:ne in societate turpis facti:aut consilii inueniar. Si potero reuocabo:si minus nō iuuabo scelus,siue illum ira quo nō debebat impellit:siue ambitionis calor abducit. A tutis nō a semetipso uires sibi iferri patiar,nec cōmittā ut possit quādoq; dicer:ille amādo me occidit.

s Aepe nihil interest inter amicorum munera:& hostium acta. Quicquid illi accidere optant in id horum intempestiua indulgentia impellit atq; instruit.Quid autem turpius:q̄ (qd euenit frequentissime)ut nihil interſit inter odium & beneficium?Nunq̄ in turpitudinem nostram reditura tribuamus.Cui summa amicitiæ sit:amicum sibi æquare.Vtriq; sibi consulendū est. Dabo egenti:sed ut ipse non egeā.Succurrā perituro:sed ut ipse non pereā nisi si futurus ero magni hominis:aut magnæ rei merces.Nullum beneficiū dabo:quod turpiter peterem. Nec exiguū dilatabo:nec magna pro paruis:accipi patiar.Nam ut qui quod dedit imputat:gratiam destruit:itaq; q̄ quantū odium ostendit:munus suum nō cōmendat:sed exprobat.Respiciendæ sunt cuiq; facultates suæ:uiresq;.Ne aut plus præstemus q̄ possumus:aut minus.Extimanda est eius persona:cui damus.Quædam enim minora sunt:q̄ ut exire a magnis uiris debeant.Quædā accipiente maiora sūt. Vtriusq; itaq; personam confert teipsum inter illas qd donabis examina:non quid aut danti graue sit aut paucum.Non quid rursus qui accepturus est:aut fastidiat:aut non capiat.

n Rbem cuidā Alexander donabat uesanus:& qui nihil animo nisi grande concepit. Dū ille cui donabatur seipsum mensus:tanti muneris inuidiam refugisset:dicens non cōuenire fortunæ suæ.Non quæro inquit quid te accipere deceat:sed quid me dare.Animosa uox uidetur:& cum regia sit:est stultissima.Nihil enim pro se quēq̄ decet.Refert quid:cui:quādo: quare:ubi: & cætera,sine quibus facti ratio non constabit.Tumidissimum animal si illum accipere hoc non decet:nec te dare.habetur personæ ac dignitatum proportio.Et cū sit ubiq; uirtutis modus æque peccat quod excedit:q̄ qd deficit.Liceat istud sane tibi:& te intantum fortuna sustulerit:ut cōiugia tua urbes sint:quas quanto maioris animi fuit non capare:qua spargere.Est tamen aliquis minor:q̄ in sinu eius condenda est ciuitas.

a B Antigono Cinicus petiit talētū.Respondit plus esse:q̄ quod Cinicus petere deberet.Repulsus:petit denarium.Respondit minus esse:q̄ quod regē deceret dare.Turpissima est eius modi cauillatio.Inuenit quomodo neutrū daret.In denario regem:in talento Cinicum respexit.Cum posset & denarium tanq̄ Cinico dare:& talentum tanq̄ rex.Vt sit aliquid maius q̄ quod Cinicus accipiat.Nihil tam exiguum est quod non honeste regis humanitas tribuat.Si me interrogas probo.Est enim intollerabilis res poscere nūmos:& contemnere.Indixisti pecuniæ odium:hoc professius es.Hanc personam induisti:agenda est.Iniquissimum est te pecuniam sub gloria egestatis acquirere.Aspicienda ergo nou minus sua cuiq; persona est:q̄ eius de quo iuuando qs cogitat. Volo Chrysippi nostri uti similitudine de pilæ lusu:quam cadere non est dubium:aut mittentis studio aut accipientis.Tunc cursum suum seruat:ubi inter manus utriusq; apte ab utroq; & iactata & excepta uertatur:Necesse est autem lusor bonus:aliter cum lusori longo:aliter breui mittat.Eadē beneficii ratio est:nisi utriq; personæ:dantis & accipientis aptatur.Nec ab hoc exibit:nec ad illum perueniet ut debet.Sicut exercitato & docto negocium est:Audacius pilam mittemus:utcūq; enim uenerit manus illam expedita & agilis repercutiet,Si cum tyrone & indocto non tam rigide:nec tam ex-

cusse:sed languidius & ipsam eius dirigentes manū:remisse occurrimus.Idem faciēdum est in beneficiis Quosdam doceamus:& satis iudicemus si conantur:si audent:si uolunt.Facimus autē plærunq; ingratos:& ut sicut fauemus tanq; ita demum magna sint beneficia nostra:si gratia illis referri non potuit:ut malignis cursoribus propositum est:cu lusore; raducere:cū damno scilicet ipsius lusus qui non potest nisi cū sentitur extendi.Multi sunt tam pr[illegible]uæ naturæ:ut malint perdere q̄ præstiterunt:q̄ uideri recepisse:superbi & imputatores.Quanto melius:quātoq; humanius id agere:ut illis quoq; partes suæ constent:& fauere ut gratia sibi referri,possit:benigne omnia interpretari gratias agentē:nec aliter q̄ si referat audire præbere se facilem.Ad hoc ut quem obligauit etiā exolui uelit.Male audire solet fœnerator si acerbe exigit:æque si in recipiēdo tardus ac difficilis moras quærit.Beneficium tam recipiendū est:q̄ nō exigendū.Optimus ille qui dedit facile:nūq̄ exiget, Reddi gaudet bona fide quid præstitisset oblitus:qui accipientis animo recipit.

Vidam nō tantū dant beneficium superbe:sed etiam accipiunt:quod nō est cōmittendum
q Iam enim transeamus ad aliā partē:tractaturi quomodo se gerere homines in accipiendis beneficiis debeant.Quodcūq; ex duobus cōstat officiū:tantūdem ab utroq; exigit.Qualis pater esse debeat cū insexeris scies non minus operis illic superesse:ut despicias qualem esse oportuerit filium.Sunt aliquæ partes mariti:sed non minores uxoris.Inuicem ista quantum exigūt præstant:& parem desiderant regulā:quæ ut ait Hecaton:difficilis est.Omne enim honestum in arduo est:etiā quod uitium honesto est.Non enim tantū fieri debet:sed ratione fieri.Hac duce per totā uiam eundum est.Minima maximaq;:ex huius consilio gerenda sunt:quomodo hæc suaserit dādū. Hæc autem hoc primū censebit:non ab omnibus accipiendū.A quibus ergo accipiemus?ut breuiter tibi respondeam:Ab his quidē quibus dedisse uideamur:Non etiā maiore dilectu quærendū est cui debeamus:q̄ cui præstemus,Nā ut non sequātur ulla incōmoda plerūq; subsequuntur etiā plurima.Graue tormentū est debere cui nolis.Cōtra iucundissimum est ab eo accepisse beneficium quē amare etiam post iniuriam possis:ubi amicitiam alicui iucundā eam fecit & iustā.Illud uero homini uerecundo & probo miserrimū est:si eum amare oportet quem non iuuat.Toticns admonēā necesse est non loqui me de sapientibus:quos quicquid oportet iuuat:qui animum in potestate habēt & legem sibi quam uolunt dicunt:& quod dixerunt seruant.Se de imperfectis hominibus honestā uitam sequi uolentibus:quorū affectus sæpe cōtumaciter parent.

Taq; eligendus est a quo beneficium accipiā.Et quidem diligentius quærendus beneficii:
i q̄ pecuniæ creditor.Huic enim reddendū est quantū accepi:& si reddidi solutus sum ac liber.At illi plus soluēdum est:& nihilominus etiā relata gratia cohæremus:debeo enim cū reddidi rursus incipere:manetq; amicitia nō recipere indignū.Sic ne in beneficiorū quidem fabricatissimum ius ex quo amicitia oritur.Nō semper inquit mihi licet dicere nolo.Aliquando beneficiū accipiendū est:& inuito.Dat tyrannus crudelis & iracundus:qui munus suum fastidire te:inuitarū iudicaturus est.Non accipiamur.Eodem loco latronem pone piratam:regem animū latronis accipiratæ habentē.Quid faciā?Parum dignus est cui debeā.Cum eligendus cui debeas:uim maiorē & mœtum excipio:quibus adhibitis electio perit:si liberū est tibi.Si arbitrii tui est utrum uelis,an nō id apud te ipse perpendes.Si necessitas tollit arbitrium scies temon accipere:sed parcere.Nemo id accipiendo obligat quod illi repudiare nō licuit.Si uis scire an uelim:efficе ut possim nolle. Vitā tamen tibi dedit.Nō refert quod si qd datur:nisi a uolente uolenti detur.Si seruasti me,nō ideo seruator es.Venenum aliquādo pro remedio fuit:nō ideo numeratur inter salubria. Quædam prosunt: nec obligant.

t Vber quidam tyrāni gladio diuisit:qui ad eum occidendum uenerat.Nō ideo illi tyrānus gratias ægit:q̄ rem quā medicorum manus reformidauerant:nocendo sanauit.Vides non omne magnū in ipsa re momentū.Quoniam nō uidetur dedisse beneficium:qui malo animo profuit.Casus enim non beneficiū est hominis iniuria.Leonem in amphitheatro spectauimus:qui unū a bestiariis agnitum:cū quidam eius fuisset magister protexit ab impetu bestiarū.Non ergo est beneficium ferre auxilium?Minime:quia nec uoluit facere:nec benefaciendi animo fecit. Quo loco ferā posui tyrannū pone.Et hic uitā dedit:& illa.Nec hic:nec illa beneficium.Quia nō est beneficiū accipere cogi.Nō est beneficiū debere cui nolis.Ante des oportet i arbitriū mei deinde beneficiū.

Iputari de Marco Bruto solet:an debuerit accipere a diuo Iulio uitam:cum occidendū eū
d iudicaret.Quam rationē in occidendo secutus sit alias tractabimus.Mihi enim cū uir magnus fuerit in aliis:in hac re uidetur uehementer errasse:nec ex institutione stoica se ægisse qui aut regis nomē extimuit:cum optimus ciuitatis status sub rege insto sit.Aut ibi sperauit libertatem futuram:ubi tam magnū præmium erat:& imperandi:& seruiendi.Aut extimauit ciuitatem in priorem formā posse reuocari amissis pristinis moribus:futuráq; ibi æqualitatem ciuilis iuris:& staturas suo loco leges:ubi uiderat tot milia hominū pugnantia:non iam seruirent seruituti. Quanta uero illū aut rerū naturæ:aut urbis suæ tenuit obliuio:qui uno interempto defuturū credidit alium quiidem uellet:cū Tarquinius esset inuentus post tot reges:ferro ac fulminibus occisos. Sed uitam accipere debuit:ob hoc tamen nō habere illum parentis loco:qui unius dandi beneficii iniuria ue-

nerat.Nam[illegible] enim seruauit is qui non interfecit:nec beneficium dedit:sed missionem.

Liud magis uenire in disputationē potest:aliquando quid faciendū sit captiuo:cui redem
i ptiōis preciū homo,pstitutus corporis & infamis repromittit.Patiar me ab impuro seruari.

Seruatus deniq; quā illi gratiā referat?Viuā non obscuro.Nō uiuam cum redēptore. Quid ergo placeat dicam?Etiā ab aliquo nulli accipiā pecuniā:quā pro capite depēdā.Accipiam autē tanq; creditū:non tanq; beneficiū.Soluam illi pecuniā:& si occasio fuerit seruandi:periclitantē seruabo. In amicitiam quæ similes iungit nō descendā.Nec seruatoris illum loco numerabo sed fœneratoris cōscientia reddendū quod accepi.Est aliquis dignus a quo beneficiū accipiam:sed tanti nocitурum est,ideo non accipiam.Quia ille paratus est mihi cum incōmodo:aut etiam periculo suo prodesse,defensurus est me reum.sed illo patrocinio regē sibi est facturus inimicum.Inimicus sic:cum ille pro me periclitari uelit.Ego quid facilius est non facio:ut sine illo pericliter.

Neptū & friuolū hoc Hecaton ponit exemplū Arcesilai:quē ait a filiofamiliæ ablatā pecu-
i niā nō accepisse:ne ille patrē sordidū offenderet,Quid fecit laude dignū:quod furtū non recepit?quod maluit non accipe:q̄ reddere?Quæ est enim alienā rem non accipe moderatior.Si exēplo magni animi opus est ut utamur.Grecini Iulii uiri egregii:quem Xerxes occidit ob hoc unū q̄ melior uir erat q̄ esse quenq̄ tyrāno expediret.Is cū ab amicis cōferentibus ad impēsam ludorū pecunias acciperet:magnā pecuniā a Fabio persico missam nō accepit.Et obiurgātibus his qui nō extimabāt mittentes:sed missa q̄ repudiasset.Ego inquit ab eo beneficium accipiam a quo propiciationē accepturus nō sum.Cūq; illi Rebilus cōsularis homo eiusdē insanīæ maiorē sūmā misisset:instaret ut accipi iuberet.Rogo inquit ignoscas:& a persico non accepi.

Trum hæc munera accipere est:an senatū legere?Cum accipiendum iudicauerimus hilares
u accipiamus profitētes gaudium:& id danti manifestum sit:ut fructum præsentem capiat.

Iusta enim causa læticiæ est:lætum amicum uidere.Iustior feciſse:q̄ grate ad nos peruenisse iudicemus effusis effectibus q̄ non ipso tamen audiente:sed ubiq; testemur.Qui grate beneficiū accipit:primam eius pensionem soluit.

Vnt quidā qui nolunt nisi secrete accipere:testē beneficii & cōscium uitant:quos scias licet
s male cogitare:quomodo danti intantū producēda noticia est muneris sui:inquantū dilatum est cui datur.Ita accipienti adhibenda concio est.Quod pudet debere:ne accepis.Quidam furtiue agunt gratias:& in angulo:& ad aurem.Non est ista uerecundia:sed inficiandi genus. Ingratus est qui remotis arbitris agit gratias.Quidā uolunt nomina secum fieri:nec interponi patrios:nec signatores aduocari:nec chirographum dare.Idem faciunt:qui dant operam:ut beneficiū in ipsos collatum:q̄ ignotissimū sit.Verentur palam forte ut sua potius uirtute:q̄ alieno adiutorio consecuti dicantur.rariores in eorum officiis sunt quibus iam aut dignitatem debent:& dum opinionem dicentium timent:grauiorem subeunt ingratorum.

Lii pessime loquūtur de optime meritis.Vtius est quosdā offendere:q̄ demeruisse.Argu-
a mentū est nihil debentiū:odio quærunt.Atq; nihil magis præstandū est:q̄ ut memoria nobis meritorū ægeat:quæ subinde reficienda est:quia nec referre potest gratam:nisi qui meminit.Nec delirare accipientiū est.nec submisse & humiliter.Nam qui negligēs est in accipiēdo:cū omne beneficiū recens pateat:quid faciet cū prima eius uoluptas restrinxit?Alius accepit fastidiose tanq̄ qui dicat:non quidem mihi opus est:sed quia tam ualde uis faciam tibi mei potestatem.Alius supine:ut dubium præstanti relinquat an senserit.Alius uix labra deduxit:& ingratior q̄ si tacuisset fuit.Loquendum pro magnitudine rei impensius:& illa adiicienda:pluris q̄ putas obligasti.Nemo enim gaudet beneficium suum latius patere.Nescis quid mihi præstiteris:sed scire te oportet:quāto plus sit q̄ extimas.Statim gratus est qui se onerat.Nunq̄ tibi gratiā referre potero.Illud certe nō desinam ubiq; confiteri:me referre non posse.

Vlus magis Cæsarē Augustū demeruit:& ad alia impetranda facilē sibi reddidit Furnius:
n q̄ q̄ cum Petri Antoninas partes secuto:ueniā impetrasset dixit.Hanc unam Cæsar habeo iniuriam tuam:effecisti ut uiuerem:& morerer ingratus.Quid est tam grati animi:q̄ nullo modo sibi satisfacere?nec ad spem quidē exequendi nunq̄ beneficii accedere.His atq; eiusmodi uocibus id agamus:ut uoluntas non lateat:sed aperiatur ut luceat.Verba cessent licet:si quēadmodū debemus affecti sumus cōscientia eminebit in uultu.Qui gratus futurus est:statim dum accepit de reddendo cogitet.Chrysippus quidem dicit illud:uelut incertamē cursus cōpositum:& carceribus inclusum:& operire debere suum tēpus:ad quod uelut dato signo prosiliat.Et quidē magna illi celeritate opus est:magna contentione:ut consequatur antecedentem.

Idendū est nunc quid maxime faciat ingratos:aut nimiū sui suspectū:& insitū mortalitati
u uitiū.Se suaq; mirandi:aut auditas:aut inuidia.Incipiamus a primo.Nemo non benignus est sui iudex.Inde est ut oia meruisse se extimet:& insolutum accipiat.nec satis pro suo præcio se extimatū putet:nec dicat.Hoc mihi dedit:sed q̄ sero:sed post quot labores.Quanto consequi plura potuissem:si illum aut illum:aut me colere maluissem.Non hoc speraueram.In turbam cōiectus sum:tam exiguo dignum me iudicauit:honestius præteriri fuit.

Explicit liber secundus de beneficiis.

Lucii Annei Senecæ liber tertius de beneficiis incipit.

On referre beneficiũ:nec beneficiis gratiã:& est turpe:& apud oẽs habeʒ Eburti Liberalis.Ideo de ĩgratis etiã ĩgrati q̃runt.Cũ interim hoc oĩbus hæret qd' oĩbus displicet: adeo q̃ in cõtrariũ itur:ut quosdã hẽamus infestissimos:nõ põt beneficia tantũ:sed ꝓpter beneficia.Hæc prauitate naturæ accidere qbusdã non negauerim pluribus:qa memoriã tẽpus iterpositũ subduxit.Nam quæ recẽtia apud illos uiguerũt:ea interiecto spatio obsolescunt,de quibus fuisse mihi tecũ disputationem scio.Cum tu illos nõ ingratos:sed oblitos.Tanq̃ ea res ingratũ excuset:quæ fecit.Aut quia hoc accidit alicui nõ sit ingratus:cũ hoc non accidat nisi ingrato.Multa sunt genera ingratorũ:ut furũ:homicidarũ:quorũ una culpa est:cæterũ in partibus uarietas magna.Ingratus qui beneficiũ accepisse se negat quod accepit.Ingratus est qui dissimulat.Ingratus qui nõ reddit.Ingratus oĩum qui oblitus est.Illi enim si non soluũt:tamen debent:& extat apud illos uestigiũ certe meritorũ:intra malam cõscientiam cõclusorum. Et aliquando ad referendam gratiam cõuerti ex aliqua causa possunt:si illos pudor admonuerit:si subita honestæ rei cupiditas:qualis solet ad tẽpus:etiã in malis pectoribus exurgere:si intuitauerit facilis occasio.Hic nũq̃ fieri gratus potest:cui totũ beneficiũ elapsum est.Et utrũ tu peiorẽ uocas:apud quẽ gratia beneficii intercidit:an apud quẽ etiã memoria? Vitiosi oculi sunt:qui lucẽ reformidant:cæci qui nõ uident. Et parentes suos nõ amare impietas est.Non agnoscere insania.Quis tam ingratus est:q̃ qui quod in prima parte animi positum esse debuit:& semper occurrere:ita se posuit & abiecit:ut in ignorantiam uerteretur? Apparet illum non sæpe de reddendo cogitasse:cui obtexit obliuio.

d Eniq; ad reddẽdã gratiã:& uirtute opus est:& tẽpore:& facultate:& aspirante fortuna.Qui memmit sine ipẽdio gratus est.Hoc quod nõ operã exigit:nõ opes:nõ fœlicitatẽ:qui non præstat:nullũ habet quo latiat patrociniũ.Nunq̃ enim uoluit gratus eẽ:qui beneficiũ tam longe proiecit:ut extra cõspectũ suũ poneret.Quẽadmodũ quæ in usu sunt:& manum quotidie tactumq; patiuntur:nunq̃ periculum situs adeũt.Illa quæ ad oculos nõ reuocantur:sed extra cõuersationem:ut superuacua iacuerunt:sordes ipsa colligunt uetustate.Ita qcqd frequens cogitatio exercet ac renouat:memoriæ nunq̃ subducitur:quæ nihil perdit:nisi ad quod sæpe non respexit.

p Ropter hanc causam aliæ quoq; sunt:quæ nobis merita nõnunq̃ maxime uelant.Prima ac oĩum potissima:q̃ nouis semp cupiditatibus occupati:nõ qd hẽamus:sed qd petamus inspicimus.nõ id qd' est:sed qd' appetitur intenti.Quicqd enim domi est:uile est.sequit autẽ ut ubi quod acceperis leue:nouorũ cupiditas facit. Auctor quoq; eorũ nõ sit in precio. Amauimus aliquẽ & suspeximus:& fundatũ ab illo statũ nostrũ professi sumus:quãdiu nobis placebãt:ea quæ cõsecuti sumus.Deinde irrũpit animũ aliorũ admiratio:& ad ea impetus factus est:uti mortalibus mos est ex magnis maiora cupiendi.protinus excidit:quicquid ante apud nos beneficiũ uocabaʒ. Nec ea intuemur:quæ nos aliis præposuere:sed ea sola quæ fortuna præcedentiũ ostentat.Non põt autẽ q̃sq̃ & inuidere & gratias agere.Quia inuidere quærentis & mæsti est.Gratias agere uero gaudentis.Deinde quia nemo nostrũ nouit:nisi id tẽpus quod eũ maxime transit.Ad præterita rari animum retorquent.Sic fit ut præceptores eorũq; beneficia intercidant:quia tota ꝑ puertiã relinquimus. Sic fit ut in adolescentiã nostrã collata pereant:quia ipsa nunq̃ retractantur.Nemo quod fuit tanq̃ in præterito:sed tanq̃ in perdito ponit.Ideoq; caduca memoria est futuro imminentium.

h Oc loco reddendũ est.Epicuro testimoniũ:qui assidue q̃ritur:q̃ aduersus præterita sumus ingrati:q̃ quæcũq; ꝓcepimus bona:nõ in memoriã reducamus:nec iter uoluptates numeremus.Cũ certior nulla sit uoluptas:q̃ quæ iã eripi nõ põt.Præsentia bona nõdũ tota insolido sunt.põt illa casus aliquis incidere.Futura pẽdẽt:& incerta sunt.Quod præterierit inter tuta se positũ est.Quõ gratus quisq̃ esse aduersus beneficia põt:qui omnẽ uitã suã transtulit? Præsentium uel intuitus ac præteritorũ memoria gratũ facit.Memoriæ minimũ tribuit:quisquis spei plurimũ.

q Vẽadmodũ mi liberalis quædã res semel ꝓceptæ hærẽt:quædã ut scias nõ est satis didicisse.Intercidit enim eorũ scientia nisi cõtineatur.Geometriã dico & sublimium cursum:& si qua alia,ꝑter subtilitatẽ lubrica sũt.Ita beneficia quædã magnituro nõ patiʒ excedere:quæ dã minora:sed numero plurima:& tẽporib' diuersa essuũt.Quia ut dixi nõ subinde illa tractamus: nec libẽter qd cuiq; debeamus cognoscimus.Audi uoces porẽtiũ.Nemo nõ uicturam semp in aĩo suo memoriã dixit.Nemo nõ debitũ se & deuotũ pfessus est,Et siquod aliud humilius uerbũ quo se oppignorarer inuenit.Post exiguũ tẽpus idẽ illi uerba priora quasi sordida:& parũ libera emitãt. peruenient deinde eo quo ut ego extimo:pessimus q̃qs:atq; ingratissimus puenit:ut obliuiscanʒ. Adeo tamen ingratus est qui oblitus est:ut gratus cui beneficium in mente uenit.

Questio:An ingrati sint puniendi.

h Oc tamẽ inuisum uitiũ:an impunitũ ẽẽ debeat:quæritur.Et an hæc lex quæ in scholis exercet:etiã in ciuitate ponenda sit? qua ingrati datur actio:quæ uidet æqua oĩbus.Quid ni? cũ urbes quoq; urbibus quæ præstitere exprobẽt:& maiores collata a posteris exigant. Nostri maiores maximi scilicet uiri ab hostibus tantũ expetierũt beneficia:magno aĩo dabãt:magno ꝑde

bant. Excepta macedonũ gente nõ est in ulla data:aduersus ingratũ actio.Magnũq; hoc argumentum dandũ nõ fuisse:qa aduersus maleficiũ omne cõsensimus:& homicidii,ueneficii:parricidii:uno latarũ regionũ:alicubi atq; alicubi diuersa pœna est:sed ubiq; aliqua.Hoc frequentissime crimẽ nusq̃ punitur. Vbiq; improbatur,Neq; absoluimus illud.Sed cũ difficilis esset incerte rei extimatio:tantum odio dãnauimus:& inter ea relinquimus quæ ad uindices deos admittimus.

Ationes autẽ multæ mihi occurrunt:propter quas crimen hoc in legẽ cadere non debeat.

r Primũ omniũ pars optima beneficii penit:si actio sicut certæ pecuniæ:aut ex cõducto:aut ex locato datur Hoc enim speciosissimũ est in illo quod dedimus uel perditum:quod totũ permisimus accipientiũ arbitrio.Si appello:si ad iudicẽ uoco:incipit nõ beneficiũ esse sed creditũ. Deinde cũ res honestissima sit referre gratiã:desinit esse honesta:si necessaria est.Non magis laudabit quisq̃ gratum hominẽ q̃ eum qui depositum reddit:aut quod debebat extra iudicem soluit.Ita duas res quibus in uita humana nihil pulchrius est corrũpimus:Gratum hominem:& beneficium. Quid enim aut in hoc magnificum est:si beneficium nõ dat:sed cõmodat:aut in illo qui reddit:nõ quia uult:sed quia necesse est.Non est gloriosa res gratũ esse:nisi tutũ est ingratũ fuisse.Adhuc nũc q̃ huic uni legi oĩa fora uix sufficient,Quis erit qui non agatʒ qs cum quo non agatur? Oes sua ex tollunt:omnes etiã minima quæ in alios cõtulere dilatant.Preterea quæcũq; in cognitione cadũt: cõprehendi possunt:& non dare infinitã licentiã iudici.Ideo melior uidetur cõditio causæ bonæ:si ad iudicẽ q̃ ad arbitrum mittitur.Quia illum formula includit:& certos quos non excedat terminos ponit.Huius libera:& nulla astricta uinculis religio:& detrahere aliq̃d potest:& adiicere:& sententiam suam non prout lex:ut iustitia suadet:sed prout humanitas:aut misericordia impulit regere.Ingrati actio non erat iudicẽ alligatura:sed regno libertimo positura.Quid sit enim beneficium non constat:deinde q̃tum sit refert q̃ benigne illud interpretetur iudex.Quid sit ingratus:nulla lex monstrat.Sæpe & qui reddidit quod accepit ingratus est:& qui non reddidit gratus. De qbus etiã imperitis iudex dimittere tabellam potest:ubi feciſſe:aut non feciſſe pronunciandum est:ubi prolatis cautionibus cõtrouersia tollitur:ubi inter disputantes ratio ius dicit.ubi uero animi coniectura capienda est.ubi id de quo sola sapientia decernit in cõtrouersiam induci non potest.Ad hæc siue iudex ex turba se lectorum quem census in album:& equestris hæreditas misit.

i Taq; nõ hæc parũ idonea res uisa est:quæ deduceretur ad iudicem:sed nec huic rei satis idoneus iudex inuentus est:quod nõ admiraberis si excusseris.Quid habiturus fuent difficultatis quisquis in eiusmodi rerum exisset.Donauit aliquis magnam pecuniam:sed diues:sed non sensurus impendiũ.Donauit alius:sed toto patrimonio cessurus.Sũma eadem est:beneficium idem non est.Etiam nunc adiice.Hic pecuniã pro addito dependet:sed cũ illam domo protulisset: ille dedit eandem sed mutuã sumpsit:aut rogauit:& se obligari ingenti merito passus est.Eodẽ existimas loco esse illum qui beneficiũ ex facili largitus est:& homo qui accepit ut daret.Tẽpore quædam magna fiunt:non summa.Beneficiũ est donata possessio:cujus fertilitas laxare posit annonã. Beneficiũ est unus in famẽ panis,Beneficium est donare regiones:per quas multa flumina & nauigabilia decurrant.Beneficiũ est arẽtibus sitim & uix spiritum per siccas fauces ducentibus mõstrare fontẽ. Quis inter se ista cõparabit? Quis expenderet? Difficilis est sententia:quæ nõ rẽ:sed uim requirit.Eadem licet sint aliter data:non idem pendent.Dedit mihi hic beneficiũ:sed non libenter. Idem dedisse se questus:est sed superbius me q̃ solebat aspexit:sed tamen tarde dedit:ut plus præstaturus fuerit:si cito negasset.Horum quomodo iudex inibit extimationem:cum sermo & dubitatio:& uultus meriti gratiam destruant.

q Vid q̃ quædã beneficia uocantur:quia nimis concupiscuntur:quædam nõ sunt ex hac uulgari nota:sed maiora etiam si minus apparent? Beneficium uocas dedisse potentis populi ciuitatem:in quatuordecim gradus deduxisse:& deuendisse capitis reum:quid utilia suasisse? quid retinuisse ne in scelus rueret? quid gladium excussisse morituro? quid efficacibus remediis resocillasse lugentem? & quod desiderabat uolentem sequi:& auide consilium reduxisse? quid assedisse ægro:& cum ualitudo eius ac salus momentis constaret:excepisse idonea ibi tẽpora:& cadentes uenas uno resecisse:& medicum adduxisse morienti? Hæc quis extimabit? quis dissimilibus beneficiis iubebit beneficia pẽsari? Donauit tibi domum:sed ego tuam supra te ruere prædixi.Dedit tibi patrimonium:sed ego naufrago tabulam.Pugnauit pro te & uulnera excepit.At ego uitam tibi silentio dedi.Cum aliter beneficium detur:aliter reddatur,paria facere difficile est.

d Ies præterea beneficio reddendo non dicitur:sicut pecuniæ creditæ.Itaq; potest qui nondũ reddidit:reddere.Dic enim:intra quod tempus deprehendatur ingratus.Maxima beneficia probationem non habent.Sæpe intra tacitam duorum conscientiam latent.An hoc inducimus:ut nunc demus beneficia sine teste? Quam deinde pænam ingratis constituamus:unam omnibus:cum disparia beneficia sint:æquales:& pro cuiusq; beneficio maiorem:aut minorem? Age intra pecuniam uersabitur taxatio.Quid qd' quædam beneficia uitæ sunt:& maiora uita? Hisq; pronunciabitur pœna minor beneficio.Iniqua est pœna & capitalis.Quid inhumanius q̃ cruentos esse beneficiorum exitus?

Vædā inquit priuilegia parētibus data sunt. Quomodo hoc extra ordinē hab. ratio est:
n Vnqnid dubium est: quoniam contraria sit beneficio iniuria: quomodo iniuriam facere pse uitanda ac fugienda res est: sic beneficium dare per se expetenda. illic turpitudo contra omnia præmia: in scelus hortantia ualet: ad hoc inuitat honesti per se efficax species. Non mentiar: si dixero neminem non amare beneficia sua: neminem non ita compositum animo: ut libentius cum uideat in quem multa concesſit: cui non causa sit iterum dandi beneficii semel dediſſe. Quod non accideret: nisi nos ipsa delectarent beneficia. Quam sepe dicentem audias. Non sustineo illum deserere cui dedi uitam: quem e periculo eripui. Rogat me ut causam suam cõtra homines gratiosos agam. Nolo: sed quid faciam? Iam illi semel iterumq; affui nõ uides ineſſe isti rei proximam quandam uim: quæ nos beneficia dare cogit? Primum quia oportet: deide quia nidebimus cui initio ratio non fuiſſet præstandi aliquid ei præstamus: ob hoc quia præstitimus: adeoq; nos ad beneficia impellit utilitas: & inutilia tueri ac perseuerare: perseueramus sola beneficii charitate. Cui etiam infœliciter dato indulgere: tam naturale q̃ liberis paruis.

i Duem isti gratiam referre ipsos fatentur: non quia honestum est: sed quia utile: quod non esse ita minorem opera probandum est. Quia quibus argumẽtis colligimus beneficiũ da re: per se rem expetendam esse: hisdem etiam hoc colligimus: Fixum est illud a quo in cæterationes nostræ exeunt. Honestum ob nullam aliam causam: q̃ quia honestũ sit, coli. Quis ergo contionem facere audebit? An gratum esse honestum sit? Quis non ingratum detestetur hominem: sibiipsi in[illegible]tur: cum ubi narratur de eo qui aduersus summa beneficia amici sui ingratus est? Quomodo id fecerit: utrum tanq̃ tunc turpem fecerit: an tanq̃ utilem rem sibi & profuturam cõmiserit? Puto neq̃ hoiem existimas cui pœna: non cui curatore opus sit? Quod nõ accideret. nisi gratum esset per se expetendum: honestumq; esset. Alia fortasse minus dignitatem suam præferunt: & an sint honesta interprete egent. Hoc expositum est pulchrius: q̃ ut splẽdor eius dubie ac parum luceat. Quid tam laudabile? Quid tam æqualiter in omnium animos receptum: q̃ referre bene meritis gratiam.

a Hoc dic mihi quæ causa nos perducit lucrũ: quod qui non contẽnit ingratus est? Ambitio. Et quæ iactio est soluisse quod debeas? Mœtus nullus ingrato: Huic enĩ uni rei nõ possumus legẽ tanq̃ satis natura cauisset. Quomodo nulla lex amare parẽtes: indulgere liberis iubet. Superuacuũ est inquit: in huius impelli. Quẽadmodum nemo in amore sui cohortandus est quẽadmodũ quod nascitur trahit: Ita ne ad hoc quidem ut honesta per se petat: placet suapte natura. A deoq; gratiosa uirtus est: ut insitum sit etiam malis probare meliora. Quis est qui non beneficiis uideri uelit? qui non inter sceleta & iniurias opinionem bonitatis effecte? qui non ipsis quæ i potentissime fecit: speciem aliquã induat recti? Velit quoq; his uideri beneficiũ dedisse quos læsit. Gratias itaq; agi sibi ab his quos affixere patiuntur: bonosq; se ac liberales singũt: quia spectare nõ possunt. Quod non facerent nisi illos honesti & per se expetẽdi amor cogeret moribus suis opinionem cõtrariam querere: & nequitiam abdere. Cuius fructus cõcupiscitur. ipso uero odio: pudoriq; est: Nec quisq̃ tantum a naturali lege desciuit: & hominem exuit ut animi causa malus sit. Dic ergo cuilibet ex istis qui rapto uiuiunt: an ad illa quæ latrocinis & furtis cõsequuntur: tualint ratione bona peruenire? Optabit ille cui grassari: & transeuntes persecutere questus est. potius illa inuenire q̃ reperere. Neminem reperies qui non nequitiæ præmiis sine nequitia frui malit. Maximũ hoc habemus naturæ meritum: q̃ uitus in omnium animos lumen suum permittit: ẽt qui nõ sequũtur illa uidẽt.

c Tscias per se expetendum esse grati animi affectionem: per se fugienda res est ingratũ eẽ. Quoniam nihil æque cõcordiam humani generis dissociat: ac distrahit: q̃ hoc uitiũ. Nam quo alio tuti sumus: q̃ q; mutuis iuuamur officiis. Hoc uno instructior uita. Contraq; iciſiones subitas: munitior est beneficiorum cõmentio. Fac nos singulos quid sumus præda animalium & uictimæ: ac belliſſimus & faciliſſimus sanguis. Quoniam cæteris animalibus in tutelam sui satis uirium est. Quæcumq; uaga nascebantur: & aptura uitam segregem armata sunt. Hominem ibecilla uis cingit: Non unguium: uis non dentium: terribilem cæteris fecit. Nudum & infirmũ societas munit. Duas res dedit: quæ illum obnoxio quolibet ualidiſſimum facerẽt: rationem: & societatem. Itaq; qui par esse nulli posset si seduceretur. Societas illi dominium omnium animalium dedit. Societas terras gentium in alienæ naturæ transmisit imperium: & dominari etiam in mari iussit. Hæc morborum impetus arguit: senectuti adminicula prospexit: solatia contra dolores dedit. Hæc fortes nos facit: q̃ licet contra fortunam aduocare. Hãc societatem tolle: & imitatem generis humani qa uita sustinere scides. Tollitur aũt si efficies: ut ingratus alius nõ p se nitãdus sed qa alĩ illi timẽdũ est. Quã multi sunt enĩ qbus ingratos esse tute licet. Deniq; ingratum uoco. qsqs mœtu gratus est. Eos nemo sanus timet. Furor est enim metuere salutaria. Nec quisq̃ amat quos timet. Tud deniq; Epicure deum inermem facis. Omnia illi tela: omnem detraxisti potẽtiam: & ne cui q̃ metuendus esset: proiecisti illum mœtum. Hunc igitur septum ingenti quidem & inexplicabili muro: diuisumq; a contractu & a conspectu mortalium. Non habes quare uerearis: nulli illi nec tribuendi: nec nocẽdi mã est. In medio iteruallo huius & alterius cæli desertus: sine aiali sine hoie: sine re: ruinas mundorum supra se circaq; se cadentium euitat: nõ exaudiens uota: nec nostri curiosus. At qui tunc uis uideri colere: non alteri q̃ pareintes: grato ut opinior animo: aut si nõ uideri gratus: quia nullum habes illius beneficium: sed a te atomi: & istæ micæ tuæ forte ac temere conglobauerunt: Cur colis? propter maiestatem inquis eius eximiam: singularẽq; naturam: ut concedam tibi. Nempe hoc facis nulla spe: nullo precio inductus: Est aliquid per se expetendum: cuius te ipsa dignitas ducit. ideſt bonum honestum. Quid est ergo honestius q̃ gratum esse? Huius uirtutis materia tam tale patet: q̃ uita.

s Fd ineſt inquit huic bono etiam utilitas aliqua: cui tantum uirtuti nõ ineſt: sed id propter se expeti dicitur q̃ quis habeat aliqua extra commoda: sepositis quoq; illis ac remotis placet prodeſt: gratum ero tantum gratus etiam si nocet: gratus est. Quid sequitur? ut hæc res illi alios amicos: alia beneficia conciliet: Quid ergo siquis sibi offensas concaturus est? si quis itelligit adeo per hoc se nihil consecuturum: ut multa etiam ex opposito acquisitoq; pendenda sint? nonliberis in detrimenta descendit Ingratus. est qui in referenda gratia secundum datum uidet: q

sperat cum reddit. Ingratum uoco qui ægro assidet: quia testamentum factus est: cui de hæreditate aut de legato uacat cogitare. Faciat licet omnia quæ facere bonus amicus & memor officii debet: si animo eius obuersatur spes: si lucri captator est: & hamum iacit: ut aues quæ laceratione corporum aluntur: lapsa morbo pecora: & casu quæ e proximo speculantur. Ita hic iminet morti cadauer uolat. Gratus animus ipsa uirtute pro posito sui capitur.

Is scire hoc ita esse: nec illum utilitate conciliari. Duo sunt genera ingratorum hominis. Dicitur gratus qui aliquid pro eo quod acceperat reddit. Hic fortasse ostentare se potest: habet quod iactet: quod proferat. Dicitur gratus qui bono animo accepit beneficium: bono dedit. Hic intra conscientiam obusus est: quæ illi contingere potest utilitas ex affectu latenti. Atq; hic etiam si ultra facere nil potest: gratus est. Amat: debet referre gratiam: cupit. Quicquid ultra desideras: nō ipsi deest. Artifex est etiam cui ad exercendam artē instrumenta non suppetunt. Nec minus canendi peritus: cuius uocem exaudiri fremitus obstrepentium nō sinit. Volo referre gratiam: post hæc aliqd super est: non ut gratus: sed ut solutus sim. Sæpe enim & qui gratiam rettulit ingratus est: & qui nō rettulit gratus. Nam ut omnium aliarum uirtutum: ita huius ad animum tota extimatio redit: Hic si in officio est quicquid defuit: fortuna petat. Quomodo est disertus etiam qui tacet? Fortis etiam qui compressis manibus: uel etiam alligatis? quemodo gubernator etiam qui in sicco est? quia cōsumatæ scientiæ nihil deest: etiam si quid obstat quominus se uertatur. Ita gratus est etiam qui uult tantum: nec habet huius uolūtatis suæ ullum alium: q̄ se testem. Immo amplius adiiciā. Est aliquando gratus etiam qui ingratus uidetur: quæ mala interpretis opinio in contrarium tradidit. Hic qd aliud sequitur q̄ ipsam conscientiam: quæ etiam obruta delecta: quæ concioni ac famæ reclamat: & in se omnia reponit: & cum ingentem ex altera parte turba contra sentientium aspexit nō numerat suffragia: sed una sententia uincit. Si uero bonam fidem perfidiæ suppliciis affici uidet: non descendit e fastigio: sed supra pœnam suam consistit.

h Vbeo inquit quod uolui: quod petii. Nō pœnitet nec pœnitebit: nec ulla iniquitate me eo fortuna perducet: ut hanc uocem audiam. Quid mihi uolui: quid mihi nunc prodest bona uoluntas? prodest & ieculeo: prodest & igne: Qui si singulis membris admoneatur: & paulatim uirū corpus circumeat: licet ipsum corpus plenum bona cōsciētia stillet: placebit illi ignis: per quem bona fides collucebit. Nunc quoq; argumentum q̄uis ductum iam reducatur. Quid est quare grati uelimus eē: cum morimur? quare singulorum perpendamus officia? quare id agamus in omnem uitam nostram memoria decernente? ne cuius officii uideamur obliti. Nihil iam super est quo spes porrigatur. in illo tamē cardine positi: adire rebus humanis q̄ gratissimi uolumus. Est uidelicet magis in ipso opere merces rei: & alliciendas mentes hominum ingens honesti potentia: cuius pulchritudo animos circunfundit: & delinitos admiratione lumnis ac fulgoris sui rapit: ac multa hinc cōmoda oriuntur: & tutior est uita melioribus amatq; & secundum bonorum iudiciū ætasq; securior: quam innocentia: quam grata mēs prosequitur. Fuisset enim iniquissima rerum natura: si hoc bonum miserum & anceps: & sterile fecisset. Sed illud ituere: an ad istam uirtutem quæ sæpe tuto ac facili datur: etiam per saxa: & rupes: & feris ac serpētibus obsessum iter: fueris iturus.

On ideo per se non est expetendum: cui aliquid extra quoq; emoluméti adhæret. Fere enim pulcherrima quæq; multis: & aduentitiis comitata sunt dotibus: sed illas: ipsa procedunt. n

Num dubium est: quin hoc humani generis domiciliū: circuitus solis ac lunæ uicibus suis temperet quin: alterius calore alantur corpora terræ relaxentur: immodici humores comprimantur: alligatis omnia hyemis tristitia frangatur. alterius tempore efficaci & penetrabili rogatur maturitas frugum? Quin ad huius cursum fœcunditas humana respondeat: quin ille animum obseruabilem fecerit circūactu suo. Hæc mensem minoribus speræ spatiis flectens. Vt tamen detrahas ista: non errat ipse sol idoneum oculis spectaculum: dignusq; adorari si tātum præteriret. Non errat digna suspecta luna: etiam si ociosum sydus trauscurreret. Ipse muudus quotiens per noctem ignes suos fudit: & tantum stellarum innumerabilium refulsit: quem non intētu ipse tenet. Quis sibi illa tunc committatur prodesse cogitat? Aspice ista tanto superne cœtu labentia: quemadmodum uelocitatem suam sub specie stantis: atq; īmoti operis abscondant. Quantum iste nocte: quantum in numerum ac discrimen demum obseruas. Igitur quanta rerum turba sub hoc sileutio euoluitur: quanta fatorum seriem certus limes adducet. Ista quæ tu non aliter q̄ in decore sparsa consideras: singula in opere sūt. Nec enim est q̄ æstimes septem sola discurrere: cætera hærere: paucorum motus comprehendimus. Innumerabiles uero longiusq; a conspectu nostro seducti diieunt: redeunq;. Et ex his qui oculos nostros patiuntur: plæriq; obscuro gradu pergunt: & per occultū aguntur. Quid ergo non caperis tantæ molis aspectu? etiam si te non regat: non custodiat: non foueat: generetq; ac spiritu suo riget.

q Vemadmodum hæc cum primum usum habeāt: & necessaria uitaliaq; sint maiestas tamē eorum totam mentem occupat: Ita omnis illa uirtus: & in primis grati animi: multum quidem præstat: sed non uult ob hoc diligi: amplius quidem in se habet: nec satis ab eo intelligitur: a quo inter utilia numeratur. Gratus est quia expedit: ergo & quantum expedit. Non recipit sordidū

uirtus amatorem. Soluto: ad illam sinu ueniendum est. Ingratus hic cogitat. Volebam gratiam referre: sed timeo impensas: timeo periculū uereor offensam: Faciam potius quod expedit. Non pōt eadem ratio: & gratum facere & ingratum. Vt diuersa horū opera: ita inter diuersa proposita sunt. Ingratus est q̄uis non oportet: quia expedit. Hic gratus est q̄uis non expediat: quia oportet.

[illegible] est nobis secundum rerum naturā uiuere: & deorum exemplum sequi. Dii aūt p quodcunq; faciunt: in eo nihil præter ipsam faciendi rationem sequuntur: nisi forte æstimas fructum operum [illegible] holocaustorum & thuris odore percipere. Vide quā ta quottidie moliantur: quanta distribuant: q̄uis terras fructibus impleant: quam oportunis & omnes oras ferentibus uentis: maria permoueant: quātis imbribus repente deiectis: solum molliant: ue nasq; fontium arentes reintegrent: & infuso per occulta nutrimento remouēt. omuia ista sine mercede: sine ullo ad ipsos perueniente commodo faciunt. hæc quoq; nostra ratio: si ab exemplari suo non abberrat: seruet ne ad res honestas conducta ueniat. Pudeat ullum uenale esse beneficium. Gratuitos habemus deos. Si deos quidem imitaris: da & īgratis beneficia. Nā & sceleritatis soloritur: & piratis patent maria.

Oc loco interrogant: an uir bonus daturus sit beneficium ingrato: sciens ingratum esse? h permitte mihi aliquid interloqui: ne interrogatione insidiosa capiamur. Duos ex constitutione stoica accipe ingratos. Alter est ingratus: quia stultus etiam malus est: qui malus est: nullo: uitio caret. Ergo & ingratus est. Sic omnes malos itemperantes dicimus auaros: luxiriosos malignos. Non quia ista omnia singulis magna & nota uitia sint: sed qa esse possunt: & sunt ēt si latent. Alter est ingratus qui a uulgo dicitur in hoc uitium natura: pronus & propensus. illi ingrato q si hac culpa non caret: quomodo nulla caret? dabit beneficium uir bonus nulli enim dare poterit: si tales homines submouerit. Huic ingrato qui beneficiorum defraudator est: & in hanc partem procubuit animo: non magis dabit beneficium: q̄ captatori: quis pecuniam credit. aut depositum committet ei qui iam pluribus abnegauit. Timidus dicitur aliquis: quia stultus est: & hoc qui malos sequitur: quos indiscreta & uniuersa uitia circūstant. Dicitur timidus proprie natura: etiam ad inanes sonos pauidus. Stultus omnia uitia habet: sed nō in omnia natura pronus est. Alius in auaritiā: alius in luxuriam: alius in petulantiam inclinatur.

Taq; errant illi qui interrogant stoicos: Quid ergo Achilles timidus est? Quid ergo Aristi- i des cui iusticia nomen dedit: iniustus est? Quid ergo & Fabius: qui cūctando restituit rem: temeratius ē? Quid ergo Decius mortem timet? Mutius proditor est. Camillus desertor. Nō hoc dicimus: quia sic omnia uitia esset in omnibus. quomodo in quibusdam singula eminēt? Sed malum ac stultum nullo uitio uacare: nec audacem quidem timoris absoluimus: nec prodigum quidem auaritia liberamus. quomodo homo omnes sensus habet? Nec ideo tamen oēs hois aciē habent lynceo similem. Sic qui stultus est: tamen acria: & concitata habet omnia: q̄ quidam quædam. Omnia in omnibus uitia sunt: sed non omnia in singulis extant. Hunc natura ad auaritiam impellit. Hic libidini: hic uino deditus est aut si nondum deditus: ita formatus: ut in hoc illum mores sui ferant. Itaq; ut ad propositum reuertar. Nemo non sine ingratitudine: ideſt ingratus est: qui malus est. Habet enim omnia nequitiæ semina. Tamen proprie ingratus appellatur qui ad hoc uitium uergit. Huic ergo beneficium non dabo. Quomodo malæ filiæ suæ consulit: qui illam contumelioso & sæpe repudiato collocauit. Quumodo malus paterfamiliæ habebitur: qui negociorū gestorum damnato patrimonii suam curam mandauerit? Quomodo clementissime testabitur: qui tutorem filio reliquerit: pupillorum spoliatorem? Sic pessime beneficia dare dicetur quicunq; ingratos eligit: in quos peritura conferat.

Ii quoq; inquit multa ingratis tribuunt: sed illa bonis parauerunt. Contingūt autem malis: d quia separari nō possunt. Sactius ē autem prodesse etiam malis propter bonos: q̄ bonis deesse propter malos. Itaq; refers diem: solem: hyemis æstatisq; cursus: & mediam ueris: auctūnicq; tempora: imbres: & fontium haustus: uentorum flantes flatus pro uniuersis inuenerunt excerpere singulos non potuerunt. Rex honores dignis dat Donatio Imperatoris est: congiarium & indignis. Frumentum publicum tam. fur q̄ periurus & adulter accipiunt: & sine delectu morum quisquis ciuis est. quicquid aliquid est quod tanq̄ ciui: non tanq̄ bono datur: ex quo boni ac mali fecerunt. Deus quoq; quædam in uniuerso humano generi dedit: a quibus excluditur nemo. Nec enim poterat fieri: ut uentus bonis uitis secundus esset: contratius malis. Commune autem bono erat patere cōmertium matis: & regnum humani generis relaxari. Hec poterat lex casuris imbribus dicine in malorum improborumq; rura deſluerent. Quædam in medio ponuntur: tam bonis q̄ malis cunduntur: urbes. Monumenta ingenuorum: & ad indignos peruentura publicauit edictio. Medicina enim sceleratis opem ministrat. Compositiones remediorum salutatium nemo suppressit: ne sanarentur indigni. In his exige censuram: & personarum æstimationem: quæ separatim tāq̄ digno dantur: non his quæ promiscue tubam admittūt. Multum enim refert utrum aliquē nō excludas aut eligas. Ius & fori omnibus dicitur. Pace etiam homicidiæ fruuntur. sua repetunt etiam qui aliena rapuerunt. persecutores & domi ferrum exercentes: murus ab hoste defendit. Legum præsi-

dio qui plurimum in illas peccauerunt proteguntur. Quædam non poteram cæteris contingere: nisi uniuersis darentur. Non est itaq; q de istis disputes: ad quæ publicæ inuitati sumus: Illud qd iudicio meo ad aliquem peruenire debebit: ei quem ingratum sciam non dabo.

Rgo inquit nec consilium deliberanti dabis ingrato. nec quam haurire permittes uiam erranti monstrabis ingrato. An hæc quidem facies: sed nihil donabis ingrato. quam istud certe: & tentabo distinguere: Beneficium est opera utilis: sed non omnis opera utilis beneficium est. Quædam enim exigua sunt: ut beneficii nomen non occupent. Duæ res coire debent: quæ beneficium efficiant. Primum rei magnitudo. Quædam enī sunt in huius nominis mensura. Quis beneficium dixit: quadram panis: aut stipem æris abiecti: aut ignis accēdendi factam potestatem. Interdum ista plus prosunt q̄ maxima: Sed tamē utilitas sua: illis etiam ubi temporis necessitate facta sunt necessaria detrahit precium. Deinde quod potentissimum est oportet accedat: ut eius causa faciam ad quem uolebam peruenire beneficium: dignumq; eum iudicem: & libens id tribuam: percipiensq; ex munere meo gaudium. Quorum nihil est in istis de quibus loquebamur. Non enim tanq̄ dignis illa tribuimus. sed negligenter tanq̄ parua: & non homini damus: sed humanitati.

Liquando daturum me etiam indignis quædam non negauerim: in honorem aliorum: sicut in petendis honoribus quosdam turpissimos utilitas: alios nobilitas industriis prætulit. Sed nobis non sine ratione. Sacra est magnatum uirtutum memoria: & etiam plures bonos iuuat: si gratia bonorum non cum ipsis cadat. Ciceronem filium quæ res consulem fecit: nisi pater. Citinam nuper quæ res ad consulatum recepit ex hostium castris? quæ sextum. Pompeium: aliosq; pompeios: nisi unius uiri magnitudo: tanta quidem ut satis alte omnes suos etiā ruina eius attolleret. Quid nuper Fabium persicum: cuius osculum etiam impediret uiri nota boni: facerdotē non in uno colligio fecit: nisi uerecosi: & allobrogici: & ille trecenti qui hostium incursioni pro repu. unam domum obiecerant: Hæc debemus uirtutibus: ut non præsentes solum illas: sed etiam ablata e conspectu colamus. Quomodo illi idem egerunt ut non in unam ætatem prodessent: sed beneficia sua etiam post ipsas relinquerent. Ita & nos nō una ætate grati sumus. Hic magnos uiros genuit. Dignus est beneficiis: qualiscunq; est dignos dedit. Hic egregiis maioribus ortus est: qualiscunq; est sub umbra suorum lateat: Vt loca sordida repercussu solis illustrantur. Ita merces meiorum suorum luce resplendeat.

Xcusare hoc loco mi liberalis deos uolo. Interdum enim solemus dicere quid tibi uoluit prouidentia, quæ Archidemo regno inposuit. Illi putas hoc datum patri eius datum est: & fratri. Quare Cæsarem orbi terrarum præfecit hominem humani sanguinis auidissimū: quē non aliter fluere in conspectu suo iubebat: q̄ si ore excepturus eēt. Quid ergo tu illi hoc datum æstimas: patri eius germanico dant auo: prouoq; & ante alios aliis non minus claris uiris etiam si priuato pareq; aliis uitam exegerunt. Quid tu cum Matercum Scaurum heros faceres? ignorabas ancillarum suarum menstruum ore illum hiante expectare. Nunquid enim ipse dissimulabat? Nunquid purus uideri uolebat? Referam dictum eius tibi in se quo circūferri memini & ipso præsente laudari: Polioni annio iacēti: obscœno uerbo usus dixerat: se facturum id quod pati malebat: & cum Polionis actiorem uidisset frontē: quicquid inquit mali dixit mihi & capiti meo. Hoc dictū suum, ipse narrabat: hominem tam palam obscœnum: ad fasces: & ad tribunal admisi? Nēpe dum uētorem illum Scaurum senatus principem cogitasset: indigne sert soborem eius tacere.

Eos uerisimile est. ut alios indulgentius tractant propter parentes suos q̄. Alios propter futuram nepotum pronepotumq;: ac longe sequentium posteram indolem. Nota est enim illis operis sui series: omniumq; illis rerum suas per manus iturarum scientia in apertis semper est: nobis ex abdito subdit. Et quæ repentina putamus illis prouisa ueniūt ac familiaria. Sint hi reges quia maiores eorum non fuerunt. quia pro summo imperio habuerunt iusticiam: abstinētiā: Quia non repu. sibi: sed se reipu. dicauerunt. Regnēt hi: quia uir bonus: quidam autem proauus, eorum fuit. Animum supra fortunam gessit. Qui indissensione ciuili: quoniam ita expediebat reipu. uinci: q̄ uincere maluit. Referre illi gratiam tam longo spatio nō potuit. In illius respectum: iste populo præsideat: nō quia scit aut potest: sed quia alius pro eo meruit. Hic corpore deformis est: aspectu fœdus: & ornamenta sua traditurus: Iam me homines accusabunt: cæcum & temerariū dicent. Nescientem quo loco quæ summis ac excellentissimis debētur ponam. At ego scio. Alio me istud dare. Alio olim debitum soluere. Vnde isti norunt illum quidam gloriæ sequentis fugatissimum eo uultu ad pericula euntem. quo alii ex periculo redeunt: nunq̄ bonum suum a publico distinguente: Vbi inquis iste: aut quis est? Vnde uos scitis: apud me iste expensorum acceptorumq; rationes disponuntur. Ego quid cui debeam scio. Aliis post longam diem repono. Aliis in antecessum est. At prout occasio: & reipu: meæ facultas tulit.

Ngrato ego aliquando quædam: sed non propter ipsum dabo. Quid si inquit nescis: utrū ingratus sit an gratus expectabis donec scias. An dandi beneficii tempus non admittes. Expectare longum est. Nam ut ait plato: Difficilis humani animi coniectura est. Non expectare temerarium est: Huic respondebimus. Nunq̄ expectare nos certissimam rerum comprehensionem: quoniam in arduo est ueri exploratio: sed ea re qua ducit uerisimilitudo. omne hac uia procedit officiū. Sic seruimus: sic nauigamus: sic militamus: sic uxores ducimus: sic liberos extollimus. Cum omnium incertus sit eventus. Ad ea accedimus: de quibus bene sperandum esse & credimus: Quis enim pollicetur serenti prouentum: nauigaturi portum: militanti uictoriam: marito pudicam uxorem: [illegible] liberos? Sequimur qua ratio nos, qua ueritas trahit. Specta ut nisi bene cessura non facias: & nisi impetra ueritate nihil noueris. Felicta omni actu uita consistit. Dum uerisimilia me in hoc in illud impellant. Nō uere enim beneficium dabo ei quem uerisimile erit gratum esse.

Vlra inquit interuenient propter quæ & malus pro bono iurrepat. & bonus pro malo displiceat. Fallaces enim sunt rerum species quibus credimus. Quis negat? Sed nihil aliud iuenio propter quod cogitationem regam. His ueritas mihi uestigiis sequenda est. Certiora nō habeo. Hæc ut q̄ diligentissime extimē operam dabo: nec cito illis assentiar. Sic enim in prælio potest accidere: ut telum meum in commilitonē manus dirigat: aliquo errore decepta: & hosti tanq̄ meo parcam: Sed hoc & raro accidet: & non uitio meo cuius propositum est hostem ferire: ciuem defendere. Si sciam ingratum esse: non dabo beneficium. At obrepsit. At imposuit. Nulla hic culpa tribuentis est: quia tanq̄ grato dedi: Si promiseris inquit te daturum beneficium: & postea ingratum eē scies: dabis an non? Si facies sciens peccas: das enim cui non debes dare: si negas & hoc modo peccas: quia non das ei cui promisisti: Conscientia nostra hoc loco titubat: & illud superbum promissum nunq̄ sapientem facti sui pœnitere: nec unq̄ emendare quod fecerit: nec mutare cōsilium. Nō mutas sapiens consilium omnibus his manentibus quæ erāt cum sumeret: Ideo nullum nunq̄ pœnitentia subiit: quia nihil melius illo tempore fieri potuit: q̄ quid factum est. Nihil melius cōstituit: q̄ quid constitutum est. Cæterum ad omnia cum exceptione uenit: si nihil iciderit quod impediat: ideo omnia illi succedere dicimus: & nihil contra opinionem accidere: quia præsumit animo posset aliquid interuenire: quod destinata prohibeat imprudentium ista fiducia est: fortunā sibi spondere. Sapiens autem utranq; partem eius cogitat. Scit q̄tum liceat errori: q̄ incerta sint humana: quā multa consiliis obstent. Ancipitem rerum ac lubricam sortem suspensus sequitur: & cōsiliis certis: incertos euentus. Exceptio autem sine qua nihil destinat nihil ingreditur: & hic illum tuetur.

Romi si beneficium nisi siquid incidisset: quare non deberem dare? Quid enim si quod illi pollicitus sum: patria sibi nō dare iusserit? Si lex lata erit: ne id, qs̄q̄ faciat quod ego meo amico facturum promiseram promisi, tibi filiam in matrimonium: postea peregrinus apparuisti: Non est mihi cum extraneo connubium. Eadem res me defendit que uetat. Tunc fidem fallam. Tunc inconstantiæ crimen audiam: si cum omnia eadē sint que erant: promittēte me non præstitero promissum. Alioquin quicquid mutatur libertatem facit de integro cōsulendi: & mea fide liberat: Promisi aduocationem: postea apparuit illam causam præiudicium in patrem meum quæri. Promissi me peregre una exiturum sed iter infestari latrociniis nunciatur. In rem presentem ueniturus fui: sed iter æger filius & puerpera uxor tenet. Omnia esse debent quæ fuerunt cum promitterem: ut promittentis fidem teneam. Quæ autem maior fieri mutatio potest: q̄ si te malum uirum & ingratum comperi? Quod tanq̄ digno dabam: indigno negabo: & irascendi quoq; causam habebo deceptus.

Nspiciam tamen: & q̄tum sit de quo agitur. Dabit mihi consilium promissæ rei modus. Si exiguū ē dabo. Non quia dignius es: sed qa promisi. Nec tanq̄ munus dabo: sed uerba mea redimam: & aurem mihi peruellam. Damno castigabo promittentis temeritatem. Ecce ut doleat tibi ut postea consideratius loquaris: quod dicere solemus, lignarium dabo. Si maius erit: non committam: quemadmodum Mecœnas: ait ut sextetio centies obiurgatus sim. Interesse enim utrumq; comparabo. Est aliquid in eo quod promiseris perseuerare. Est rursus multum in eo ne indigno beneficium des. Hoctamen q̄tum est attendendum. Sic leue connibeamus. Si uero magno mihi: aut detrimento: aut rubori futurum: malo semel excusare: quare negauerim: q̄ semper quare dederim. Totum inq̄ in eo est: quantum promisi mea uerba taxentur. Non tantum q̄ temere promisi retinebo: sed quod non recte dedi repetam. Errori fidem non esse præstandum. Demens est qui præstare errori.

Hilippus Macedonum rex habebat militem manu fortem: in multis expeditionibus utilē expertus operam: subinde ex præda aliquid illi uirtutis causa donauerat: & hominem uenalis animæ crebris auctoramentis accendebat. Hic naufragiis in possessiones cuiusdam macedonis expulsus est. Quod ut Macedoni illi nūciatum est. Accurrit: spiritū eius recollegit: in uillā illum suam transtulit: lectulo suo cessit: effectumq; semianimē recreauit: diebus triginta impensa sua curauit: refecit. Viatico instruxit subinde dicentem. Gratiam tibi referam: uidere tantum mihi Imperatorem meum contingat. Narrauit Philippo naufragium suum: auxilium tacuit: & protinus petiit: ut sibi prædia donaret. ille quidem erat hospes eius: is ipse a quo receptus: a quo sanatus. Multa interim reget in bello præsertim opertis oculis donant. Non sufficit homo iustus tot armatis cupiditatibus. Non potest quisq̄ eodem tempore: & bonum uirum: & bonum ducem agere. Quomodo tot

milia hominum insatiabilia latebuntur? Quid habebunt: si suum quisq; habuerit. Hoc philippus sibi dixit cum illum induci in bona quæ petebat iussit. Expulsus bonis suis ille: non ut rusticus iniuriam tacitus tulit: cõtentus q nõ & ipse donatus esset: Sed Philippo epistolatẽ scriptã: ac liberalitem scripsit qua accepta ita exarsit: ut statim Parmeniæ mandaret: ut bona priori domino restituerentur. Alterum imbrobissimos miliți: ingratissimo hospiti: auidissimo naufrago: stigmata inscribi iussit. Ingratum hominem testantia. Dignus quidem fuit qui non inscriberentur illæ litteræ sed insculpentur: qui hospitem suum nudo & naufrago similem in [illegible] impulerat. Quod uidebimus: quis modus pœnæ seruandus fuit? auferendus utiq; fuit q summo scelere inuaserat. Quis autem pœna eius moueretur: qui id commiserat. pro quo nemo misereri mosericos posset.

Abit tibi Philippus qa promisit ẽt si nõ dz: ẽt si iniuriã facturus & si scelus facturus est: ẽt si
d uno facto præcluſurus est naufragiis littora. Nõ est leuitas a cognito & damnato errore discedere & ingenue fatendum est. Aliquid putaui: deceptus sum. Hec uero superbæ stultitiæ perseuerantia est. Quid semel dixerim: qualecunq; est fixum ratum non est turpe cum re mutare cõsilium: Age si Philippus possessorem illum eorum littorum reliquisset: quæ naufragio cœperat nõ ne omnibus miseris aqua & igni interdixerat? Potius est inquit itra fines regni mei: & litteras istas oculis inscribendas: durissima fronte circunferri. Ostẽde q̃ sacra res sit mensa hospitalis. Præbe in facie tua legendum istud decretum: quod cauetur: ne miseros tecto iuuare capitale sit. Magis ista cõstitutio sit rata q̃ si etiam illam in æs incidissem.

Vare ergo Zeno noster: cum quingentos denarios mutuos cuidam promisisset: & ipse illũ
q parum idoneum comparisset. amicis suadentibus ne daret: perseuerauit credere. Quia promiserat primum. Alia conditio est in credito. alia in beneficio. Pecuniæ etiam male creditæ exactio est. Et appellare debitorem ad diem possum: & si foro cesserit: portionem feram. Beneficiũ & totum perit: & statim. Præterea hoc mali uiri est: illud mali patrissamiliæ. Deinde nec Zeno quidem: si maior fuisset summa credere perseuerasset: Quigenti denarii sunt illud quod dici solet: in morbo consumat: fuit tanti non reuocare promissum suum. Ad cœnam quia promisi ibo etiam si frigus erit: non quidem si niues cadent: Surgam ad sponsalia: quia promisi: quis non concusserim: sed non si febricitauero: sponsum descendam quia promisi: sed non si spondere me incertum uidebis: si fisco obligabis. Subest inq̃ tacita exceptio potero: si debebo. Si hæc ita erũt: effice ut idem status sit: cum exigitur. qui fuit cum promitterem. Destituere leuitas non erit si aliquid interuenit noui. Quid miraris cum conditio promittentis mutata: mutatum esse consilium? Eadem mihi omnia præsta: & idem sum. Vadimonium promittimus: tamen deseritur Non in omnes datur actio. Deserentem uis maior excusat.

Dem etiam illa in quæstione responsum extima: an omnimodo referenda sit gratia: & an
i beneficium utiq; reddendum sit. animum præstare gratum debeo. Cæterum aliquãdo me referre gratiam non patitur mea infœlicitas. Aliquando fœlicitas eius cui debeo. Quid eni regi: quid pauperi: diuiti reddam? utiq; quidam recipere beneficium iniuriam iudicent: & beneficia subinde aliis beneficiis onerent. Quid amplius in horum personam possum q̃ uelle? Nec ideo enim beneficium nouum reiicere debeo: q̃ nondum prius reddidi. Accipiam tam libenter q̃: dabitur: & præbebo me amico meo exercendæ bonitatis suæ capacem materiam. Qui noua accipere non uult: acceptis offenditur. Non refero gratiam. Quid ad rem? non est per me mora: si autem occasio mihi deest: aut facultas. ille præstitit mihi nempe cum occasionem haberet: cum facultatem. Refert utrum bonus uir est: an malus. Apud bonũ uirum: bonam causam habeo. Apud malum nõ ago. Nec illud quidem æstimo faciendum: ut referre gratiam: etiam: inuitis his quibus refertur properemus: & instemus recedentibus. Non. est referre gratiã q̃ uolens acceperis: uolenti reddere. Quidam cum aliquod illis missum est munusculum: subinde aliud intempestiue remittunt: & nihil se debere testantur. Reiiciendi sunt: pignus est protinus aliud iuicem mittere: & munus munere expingere. Aliquando & non reddam beneficium cum possim: quando plus mihi detracturus ero q̃ illi collocatutus: si ille non erit sensurus ullam accessionem recepto eo: quo reddito mihi multum accessurum erit. Qui festinati utiq; reddere: nõ habet animũ grati hominis: sed debitoris: Et ut breuiter dicam: qui nimis cito cupit soluere: inuitus debet qui inuitus debet ingratus est.

Explicit liber quartus.

Lucii annei Senecæ de beneficiis. Incipit liber quintus.

N prioribus libris uidebar consumasse propositum: cum tractassem: queadmodum dã
i dum esset beneficium: & quemadmodum accipiendum. Hi enim sunt huius officii fines. quid ultra moror? non seruio materiæ: sed indulgeo quæ duo ducit sequenda est: non quo inuitat. Subinde enim nascetur quo lacessat aliqua dulcedie animum: magis non superuacuum q̃ necessarium. Verum quia ita uis perseueremus: peractis quæ rem continebant scrutari: etiam ea quæ sunt his connexa: uerum non cohærentia: quæ quisquis diligenter inspicit: nec facit opere præcium: nec tamen perdit operam. Tibi autem hominum natura opti-

mo: & ad beneficiã propensæ Liberalis Eburti: nulla eorum laudauo satisfacit. Neminem unq̃ uidi tam benigum: etiam leuissimorum officiorũ æstimatorem. Iam bonitas tua eo usq; prolapsa ẽ: ut tibi dari putes beneficium quod ulli datur. Paratus es nẽ quem beneficii pœniteat pro ingratis deberi: Ipse usq; eo abes ab omni iactatione: usq; eo serium exonerare: quos obligas: ut quicquid in antiquum referas: uelis uideri non præstare: sed reddere. Ideoq; plenius ad te sic data reuertentur. Mam feræ sequuntur beneficia non reposcentem. Fugat gloria fugientes magis ac magis sequitur: ita fructus beneficiorum gratis [illegible] quos etiã esse igratos licet. Per te uero nõ est: mora quominus beneficia qui acceperunt ultro repetant. Nec recusabis conferre. alia: & suspẽsis dissimulatisq; plura ac maiora adiicere. Propositum optimi uiri: & ingentis animi est: tamdiu ferre ingratum: donec feceris gratum. Nec te ista ratio decipiet: Succumbunt uitia uirtutibus: si illa cum cito odisse præparauerit.

Llud utiq; unice tibi placet: uelut magnifice dictum. Turpe est beneficiis uinci. quod an sit
i uerum non imerito quæri solet: longeq; aliud est: q̃ mente concipis. Nunq̃ enim in rerũ honestatum certamini superari turpe est: dummodo arma nõ proiicias: & uictus quoq; uelis uincere. Non omnes ad bonum propositum easdem afferunt uires: easdem facultates: eandem fortunam: quæ optimorum quoq; consiliorum dumtaxat exitus temperat. Voluntas ipsa rectum petens. laudanda est: etiam si illam alius gradu uelociori antecessit. Non ut in certaminibus ad spectaculum æditis meliorem palmam declarat: q̃q̃ in illis quoq; sæpe deteriorem prætulit casus: ubi de officio agitur: q̃ uterq; a sua parte esse q̃plenissime cupit: si alter plus potuit: & ad malum habuit materiam sufficientem animo suo: si illi q̃tum conatus est fortuna permisit. Alter autem uoluntate. Parum ẽ etiam si minora q̃ accepit reddidit: aut omnia non redidit sed uult reddere ex toto: in hoc intentus est animo: in hoc uictus est: q̃ qui in armis moritur quem occidere facilius hostis potuit: q̃ auertere. q̃d ipse æstimas id decidere uiro bono nõ pot: ut uincatur. Nunq̃ n. succũbet: nũq̃ renũciabit: ad ultimũ usq; diẽ uitæ stabit patus: & i hac statiõe morief. Magna se accepisse præ se ferẽs pia uoluisse.

m Acedoni uetant suos pactuos cestu decernere: sibi inferiorem ostendit uicti cõfessio. Cursor mẽtam prior contingit uelocitate: illum non animo anteceſſit. Lucator ter abiectus per
didit palmã nõ tradidit. Cũ iuictos esse lacedæmonii ciues suos magno æstimarent: ab his certaminibus remouerunt: in qbus uictorẽ facit non iudex: nec per se ipse exitus: sed uox cedentis: & tradere iubentis. Hoc quod illi in ciuibus suis custodiunt: uirtus ac bona uoluntas omnibus præstat: ne unq̃ uincatur. Quoniam quidem etiam inter superantia animus iuictus est: Ideo nemo. ccc. Fabios uictos dicit sed occisos: Et regulas captus est a pœnis: non uictus. Et quisquis alius seuientis fortunæ ui ac pondere oppressus: non submittit animum. In beneficiis idem est. Plura aliquis accepit: maiora frequentiora: non tamen uictus est. Beneficia fortasse beneficiis uicta sunt: si iter se data & accepta computes. Si dantem & accipientem comparaueris: quorum animi & per se æstimãdi sunt: penes neutrum erit palma. Solet eni fieri ut etiã cũ alter multis uulneribus confossus est: alter leuiter quidem saucius pares exisse dicantur: q̃uis alter uideatur inferor.

Rgo nemo uici pot beneficiis. Scit debere si uult referre: siqdẽ rebus nõ pẽnio æquat. Hic
e q̃diu in hoc pmanet: q̃diu tenet uolũtatẽ: gratũ aium signis approbat. Quid itereſt ab utraq; pte munuscula plura numerẽtur. Tu multa dare potes: at ego tãtũ accipe possum. Tecum stat fortuna. Mecũ bona uolũtas. Tamẽ tã par tibi sum: q̃ multis armatissimis: nudi aũt leuiter armati. Nemo itaq; beneficiis uincitur: qa tã gratus ẽ qsq; q̃ uoluit. Nã si turpe ẽ beneficiis uici: nõ oportet a pponẽtibus uiris accipe beneficiũ: qbus gr̃am referre non possis. A pricipibus dico a regibus: quos eo loco fortuna posuit ex quo largiti multa possent: pauca admodũ & iparia datis accepturi. Reges & principes dixi qbus tamẽ pot opa nauari: & quoꝝ illa excellens potẽtia p aiorum consensum misteriũq; cõstat. Sunt qdã extra hoiem oẽm subdicti cupiditatẽ: qui uix ullas humanis deside riis cõtinguntur: qbus nihil pot pstari ipsa fortuna: Necesse est a Socrate quincar beneficiis. Necesse est a. Diogene: q p medias macedonũ gazas nudus iceſſit: calcatis regiis opibus. Nõne ille túc meri to & sibi & cæteris qbus adipiscendã ueritatẽ nõ erat obfusa caligo: supra eũ eminere uisus est: ista quẽ omnia iacebant. Multo potentior: multo locupletior fuit: oia tunc possidẽte. Alexandro. Plus enim erat quod hic nollet accipere: q̃ quod ille posset dare.

On est turpe ab his uinci. Neq; n. minus fortis sum: si cũ inumerabili me hoste cõmittis. Nec
n iõ ignis minus urere pot: si in mãm icidit iuiolabilẽ flãmis. Nec iõ ferrũ secãdi ui pdidit: si nõ recipiens ictũ lapis solidus iuictæ aduersus dura nature diuidẽdus est: Idem tibi de hoie grato respõdeo. Nõ turpiter uincitur: beneficiis: si ab his obligatus ẽ: ad quos aut fortunæ magnitudo: aut eximia uirtus additũ reddituris ad se bũficiis clausit. A parẽtibus fere uincimur. Nã tãdiu illos odio hẽmus: q̃diu graues iudicamus: & q̃diu beneficia illoꝝ nõ intelligimus. Cũ iam ætas aliquid prudẽtiæ collegit: & appere cœpit: ppter illa ipsa eos amari a nobis debere ppter quæ nõ amabantur: Admonitiones seueritatẽ: & incõsultæ adolescẽtiæ diligẽtẽ custodiã rapiũtur a nobis. Paucos usq; ad uerum fructum a liberis percipiendum perduxit ætas Cæteri liberos honore senserunt.

Non est turpe uinci beneficiis a parente. Quid ni non sit turpe: cum alunde turpe sit? Quibuscum enim & pares & impares sumus. Pares animo quem solum illi exigunt: quem nos solum promitti mus. Impares fortuna: q̃ sicut obstitit quo minus referret gratiã: nõ ꝙ illi tanq̃ uicto erubescẽdũ est. Non est turpe non sequi: dummodo sequaris. Sæpe necesse esse accipere alia beneficia petamus & roga redidimus. Nec ideo non petimus aut tu piter petimus: quia non redditurus debeat. Quia non per nos erit mora: quominus gratissimi simus: sed interueniet aliquid extrinsecus quod prohibeat. Non tamen nec uincemur animo: nec turpiter uincula rebus superducuntur: quæ non sunt in nostra potestate.

a Lexander macedonum rex gloriari solebat: a nullo se beneficiis uictum. Nõ est quominus animis macedonas: & græcos: & cartas: & persas: & nationes districtas sine exercitu suscipiat: ne hoc sibi præstitisse regnum: a thraciæ angulo porrectum: usq; ad litus incogniti maris iudicet. Eadem re gloriari Socrates potuit: eadem Diogenes: a quo uictus est. Quid ni uictus sit illo die quo homo super mensuram humanæ superbiæ tumens uidit aliquem: cui nec dare quicq̃ posset nec eripere? Archelaus res Socratem rogauit ut ad se ueniret, dixisset Socrates traditur. Nolle ad eum uenire a quo acciperet beneficia: cum reddere illi paria non posset. Primum in ipsius potestate erat non accipere. Deinde ipse dare beneficium prior incipiebat. Veniebat enim rogatus: & id dabat: quod utiq; ille non erat Socrati redditurus. Etiam nunc. Archelaus daturus erat autem & argentum recepturus contemptum auri & argenti. Non poterat ergo Archelao referre Socrates gratiam. Et quid tantum erat acceptutus: q̃tum dabat: si ostendisset hominem nitæ ac mortis peritum utriusq; fines tenentem. Si regem in luce media errantem ad rerum naturam admisisset: usq; eo eius ignarum, ut quo die solis defectio fuit reginam clauderet: & filium quod in luctu ac rebus aduersis mortis est tõderet. Quantum fuisset beneficium si timentem e latebris suis extraxisset: & bonum animum habere iussisset dicens: Non est ista solis defectio: sed duorum syderum coitus: cum luna humiliore cursus uia infra ipsum solem: orbem ipsum suum posuit: & illum obiectu sui abscondit. Quæ modo partes suas exiguas: si in transcursu strinxit obducit. Modo plus tetigit si maiorem partem sui obiecit: modo excluſit totius aspectu si recto libramento iter solem terrasq; media successit. Sed iam ista sydera: hoc & illo deducet uelocitas sua. Iam recipient terræ: & hic ibit ordo per sæcula dispositosq; ac prædictos dies habet quibus sol intercussu lunæ uetetur omnes radios effundere. Paulum expecta iam emerget: iam istam uelut nubem relinquet. Iam exolutus impedimentis: lucem suam libere mittet. Socrates parem gratiam Archelao ferre non posset: si illum regnare docuisset? parum scilicet magnum beneficium a Socrate accipiebat: si ullum dare potuisset Socrati. Quare ergo hoc Socrates dixit. Vt facetus & cuius per figuras sermo procedere solitus erat: derisor omnium maxime potentium. Maluit illi. i. discrete uel artificiose: uel mansuete negare: q̃ contumaciter ac superbe. Dixit se nolle beneficia ab eo accipere: cui nõ posset paria reddere. Timuit fortasse ne cogeretur accipere quæ nollet. Timuit ne quid indignum Socrati acciperet. Dicet aliquid negasset: si nollet. Sed instigasset in se regem insolentem: & omnia sua magno æstimari uolentem. Nihil ad res pertinet utrum dare aliquid Regi nolis: an accipere a Rege. In æquo utrãq; ponit repulsam. Et superbo fastidiri acerbius est q̃ non timeri. Vis scire quid uere noluerit? Noluit ire ad uolũtariam seruitutẽ. is cuius libertatem ciuitas libera ferre non potuit.

Atis ut æstimo hanc partem tractauimus: an turpe esset beneficiis uinci: quo qui quærit scit
s non solere homines sibi ipsis beneficium dare. Manifestum enim fuisset: non esse turpe a se ipso uinci. Atqui apud stoicos quosdam: & de hoc ambigitur: an possit aliquis sibi beneficium dare: an debeat referre sibi gratiam: quod ut uideretur querendum illa fecerunt. Solemus dicere gratias mihi ago: & de nullo quæri mihi possum alio q̃ de me. Ego mihi irascor: & ego a me pœnas exigam: & odi me. Multa præterea huiusmodi per quæ uerusquisq; de se tanq̃ de altero loqꝫ tur. Si nocere inquit mihi possum: quare non & beneficia mihi dare possum? Preterea quæ si in aliũ contulissem beneficia uocarentur: quare si in me contulit non sint? Quod si ab altero accepissem: deberem. Quare si mihi ipse dedi non debeam? Quare sim aduersus me ingratus quod nõ minus turpe est q̃ in se sordidum esse: & in se durum ac sæuum: & sui negligentem. Tam alieni coporis lenocinia audit q̃ sui. Nẽpe reprehenditur assentator: & aliena subsequens uerba paratus ad falsa. laudator non minus placens sibi: & se suspiciens: ut ita dicam: assentator suus. Vitia non tantum cum foris peccant inuisa sunt: sed cum in se retorquentur. Quem magis admiraberis: q̃ qui imperat sibi: q̃ qui se habet in potestate? Gentes facilius est barbaras impatientesq; alieni arbitrio regere: q̃ animum suum cõtinere & tradere sibi. Plato inquit: agit Socrati gratias q̃ ab illo didicit: quare Socrates nõ agat q̃ ipse se docuit? M. Cato ait. Quod tibi deerit a te ipso mutuare. Quare donare mihi nõ possum: si cõmodare possum. Innumerabilia sunt in quibus cõsuetudo nos diuidit. Dicere solemus. Sine tu: inquã mecũ: & ego tibi aurẽ puellẽ: Quæ si uera sũt: quẽadmodũ aliqs sibi irasci dz: sic & gratias agere. Quõ obiurgare se: sic & laudare. quõ dãno sibi eẽ: sic & lucro põt. Iniuria & bũficiũ cõtraria sunt. Si de aliquo dicimus. Iniuriã sibi fecit. poterimus dicere & bũficiũ sibi dedit. Nã sibi dedit.

Natura prius est ut quis debeat: deinde ut gratiam referat. Debitor non est sine creditore: nõ magis q̃ maritus sine uxore: aut siue filio pater.

Liquis dare debet ut alter quis accipiat. Nõ est dare: nec recipere: in dexteram manum de sinistra transferre. Quomodo nemo se portat: quãuis corpus suum moueat & trãsferat. quomodo nemo quis pro se dixerit: affuisse sibi dicitur. Nec statuam sibi tanq̃ patrono suo ponit. Quod si æger cum ei pecunia conualuit: mercedem medici non exigit. Sic in omni negocio: etiam cum aliquid prodesse sibi fecerat: non tamen debebit referre gratiam sibi: qa non habebit cui referat. Vt concedam aliquem dare sibi beneficium: dum dat & recipit. Vt concedam aliquem a se accipere beneficium: dum accipit. Domi q̃ aiunt uersura fit: & uelut lusorium nomen stat: transit. Neq; enim alius dat q̃ qui accipit: sed unus atq; idem. Hoc uerbum debere: non habet nisi iter duos locũ. Quo modo ergo in uno consistit: qui se obligãdo liberat. Vt in orbe ac pila: nihil est imũ: nihil summũ nihil extremum: primum: quia motu ordo mutatur: & quæ sequebantur præcedũt: & quæ occidebant oriuntur. Omnia quomodocunq; uerint: in idem reuertuntur. Ita in homine existima fieri: cũ illum multa mutaueris: Vnus est: cæcidit se. Iniuriarum cum quo agat non habet. Alligauit & clausit de ui non tenetur. Beneficium sibi dedit protinus danti redidit. Rerum natura nihil dicitur perdere: quia quicquid illi auellitur: ad illam redit. nec perire quicq̃ põt: quod quo excedat non habet: sed eodem reuoluitur unde discedit: Quid simile inquit habet hoc exemplum: huic propositæ questioni dicam. Puta te ingratum esse non peribit beneficium: habet illud qui dedit: putate recipe nolle: apud te est anteq̃ redditur. Non potest quicq̃ amittere. Quia qđ detrahitur nihilominus tibi acquiritur. Intra teipsum orbis agitur: accipiendo das: dando accipis.

Beneficium inquit, sibi dare oportet: ergo & referre gratiam oportet: Primum illud falsum
b est ex quo pendent sequentia. Nemo enim sibi beneficium dat: sed naturæ suæ paret: a qua ad charitatem sui compositus est. Vnde illi summa cura est nocitura uitandi: profutura appetendi. Itaq; nec Liberalis est qui sibi donat: nec clemens qui sibi ignoscit: nec sibi misericors qui malis suis tangitur. Quod aliis præstare liberalitas est: clementia: misericordia: sibi præstare natura est. Beneficium res uoluntaria est. at prodesse sibi necessarium est. Quo quis plura beneficia dedit: beneficentior est. Quis unq̃ laudatus est: q̃ sibi ipse fuisset auxilio? q̃ se eripuisset latronibus? Nemo sibi beneficium dat non magis q̃ hospitium. Nemo sibi donat: non magis q̃ credit. Si dat sibi quisq̃ beneficium: semper dat: sine intermissione dat. Inire beneficiorum suorum nõ potest numerum: Quãdo ergo gratiam referet? cum per hoc ipsum quo gratiam referet: beneficiũ dat. Quomodo enim discernere poteris utrum det sibi beneficium an reddat? Cum intra eundem hominẽ res geratur. Liberaui me periculo: beneficium mihi dedi: Iterum me periculo libero do beneficiũ an reddo? Deinde ut primum illud concedam: dare nos beneficium nobis: sequitur non cõcedam. Nam etiam si damus non debemus: quia statim recipimus. Accipere beneficium nos opotet: deinde debere: deinde referre. Debendi locus non est: quia sine ulla mora recipimus Dat nemo nisi alteri. Reddit nemo nisi alteri: Id intra unum non potest fieri quod tociens duos exigit.

Eneficium est præstitisse aliquid utiliter. Verbum autem præstitisse ad alios spectat. Nunqd
b non demens uidebitur qui aliquid uendidisse sibi se dicet? quia uenditio alienatio est: & rei suæ iurisq; sui mea in alium translatio. Atqui quemadmodum uendere: si dare aliquid: a se dimittere est: & id quod tenueris habendum alteri tradere. Quid si est beneficium: nemo sibi dedit: quia nemo dat sibi aliquid. Duo contraria in uno coeunt: ut idem dare: & accipere. Sed etiam nũc multum interest inter dare & accipere. Quid ni? cum ex diuerso ista uerba posita sunt. Atqui sibi si quis beneficium dat: nihil interest inter dare & accipere: Pauloante dicebam quædam ad alios pertinere: & sic esse formata ut tota significatio illorum discedat a nobis. Frater sum alterius. Nemo ẽ: enim suus frater. Par sum: sed alicui. Quis est enim par sibi? Quod comparatur sine altero non intelligitur: quod iungitur sine altero non est. Sic & quod datur sine altero nõ est: & beneficium sine altero nõ est. Idem ipso uocabulo apparet in quo hoc cõtinetur beneficisse. Nemo autem sibi benefacit: non magis q̃ sibi fauet q̃ suarum partium est. Diutius hoc & pluribus exemplis licet prosequi. Quid cum inter ea sit habendum beneficium: quæ secundam personam desiderant: quædam cum sint honesta pulcherrima summæ uirtutis: nisi etiam altero non habẽt locum. Laudatur & iter maxima humani generis bona fides colitur. Num quis ergo dicitur sibi fidem præstitisse?

Enio nunc ad ultimam partem. Qui gratiam refert aliquid debet impẽdere: sicut qui soluit
u pecuniam. Nihil autem impendit qui gratiam sibi refert: non magis q̃ consequitur qui beneficium a se accepit. Beneficium & gratiæ relatio ultro & citroq; ire debẽt: Intra unum hominẽ non est uicissitudo. Qui ergo gratiã refert iuicẽ ꝓdest ei a quo cõsecutus ẽ aliqd. Qui sibi gratiã refert cui ꝓdest? sibi. & qs nõ alio loco relationẽ gratiæ: alio beneficiũ cogitat? q gratiã refert: sibi ꝓdest. Et qs unq̃ ingratus hoc uoluit facere? imo qs nõ ingratus fuit: ut hoc faceret. Si gratias iqs nobis agere dẽmus: & gratiã referre debemus. Dicimus aũt ago gratias mihi: q̃ illã uxorẽ uolui ducere: & cum illo nõ contraxi societatem: Cum hoc dicimus: laudamus nos: & ut actum nostrum comprobemus: gratias agentium uerbis abutimur. Beneficium est quod potest: & cũ datũ est: nõ reddi.

Qui sibi beneficium sit dat:non potest non recipere quod dedit.Ergo non est beneficium.Alio tempore beneficium accipitur:alio redditur.In beneficio hoc est probabile:& suscipiendum q̃ alteri ut aliquis prodesset:utilitatis interim suæ obtutus est:quop alteri dedi/ablaturus sibi.Hoc nõ facit qui beneficium sibi dat:Beneficium dare socia/is res est:Aliquem obligat:sibi dare non est sociali[illegible]. Neminem conciliat:neminem obligat:nemi/inem in spem induxit ut dicat: Hic be[illegible]uus ẽ: illi beneficium dedi:dabit & mihi.Beneficiũ est quod quis non sua cã dat:sed [illegible]is cui dat.Is qui sibi beneficium dat sua causa dat. Non est ergo beneficium.

Ideor tibi iam illud quod in principio dixeram mentius. Dicis me abesse ab eo qui operæ
u precium facit: immo totam operam bona fide perdere. Expecta etiam hoc uerius dices: simul ad te ad has latebras perduxero:a quibus cum euaseris:nihil amplius assecutus eris: q̃ ut eas difficultates effugias:in quas licuit non descẽdere. Quid eni boni est nodos opose soluere: quos ipse ut solueres fecerit?Sed quemadmodum quedam in oblectamentum:ac iocũ: sic intelligantur:ut eorum solutio imperito difficilis sit.Quæ illi qui explicuit sine ullo negocio spirat:quia commissuras eorum & moras nouit.Nihilominus illa habent aliquam uolũtatem. Tentant enim acumen animorum & intentionem excitant.Ita hæc quæ uidẽtur callida & insidiosa: securitatem: torporem ac segnitiem ingeniis auferunt:quibus modo campus in quo uagentur.sternendus est: modo crebri aliquid & fragosi obiiciendum per quod erepant:& solicite uestigium faciãt. Dicitur nemo ingratus esse.Id sic colligitur. Beneficium est quod prodest:prodesse autẽ nemo homini malo potest:ut dicitis stoici:ergo beneficium non accipit malus:ingratus est. Quomodo etiam nunc beneficium honesta & probabilis res est? Apud malum nulli honestæ rei aut probabili locus est: ergo nec beneficio.quod si accipere non potest:nec reddere quidem debet.Et ideo non fit ingratus. Etiam nunc ut dicitis:Bonus uir omnia recte facit.Si omnia recte facit.ingratus esse nõ potest. Malo uiro beneficium nemo dare potest.Bonus beneficium reddit:malus nõ accipit. Quod si est: nec bonus quisq̃ ingratus est:nec malus.Ita ingratus in rerum natura est nemo:& hoc inane.: unum est apud nos bonum honestum.Id peruenire ad malum non potest.Desinit enim malus esse: si ad illũ uirtus intrauerit.Quamdiu autẽ malus est:nemo illi dare beneficium potest.Quia bona malaq̃ dissentiunt:nec in unum eunt.Ideo nemo illi prodest.Quia quicquid ad illum peruenit id paruo usu corrumpitur.Quemadmodum stomachus morbo uitiatus:& colligens labem: quoscunq̃ accepit cibos mittit:& omne alimentum in causam doloris trahit.Ita animus cæcus quicquid illi commiseris:id onus suum:& perniciem.& occasionẽ miseriæ facit.Fœlicissimis itaq̃ opulẽtissimisq̃ plurimum æstus subest:minusq̃ se inueniunt quo in maiorem materiam inciderunt.qua fluctuarẽtur. Ergo nihil potest ad malos peruenire quod prosit:immo nihil quod non noceat.Quæcunq̃ enim illis contigerunt:in naturam suam uertunt:& extra speciosa profuturaq̃ si meliori darent:illis pestifera sunt:ideo nec beneficium dare possunt,quoniam nemo potest quod non habet dare.Hic bene faciendi uoluntate caret.

Ed quis hæc ita sint:accipere tamen malus potest quæ beneficiis similia sunt:quibus nõ red
s ditis:ingratus erit. Sunt animi bona:sunt corporis:fortunæ.Illa animi bona a stulto ac malo submouentur. Ad hæc admittitur quæ accipere potest & debet reddere:& si non reddit: ingratus est.Non hoc ex nostra constitutione tãtum.Peripatetici quoq̃:qui fœlicitatis humanæ lõge lateq̃ terminos ponunt:aiunt:minuta peruenire beneficia ad malos. Hec qui non redit ingratus est.Nobis itaq̃ benefia esse non placet,quæ non sunt animum factura meliorem: commoda tamẽ illa esse & expetenda non negamus:Hæc & uiro dono dare malus potest:& accipere a bono: ut pecuniam:uestem:honores:& uitam.Quæ si non reddet in ingrati nomẽ incidet. At quomodo ingratum uocas: eo non reddito: quod negas esse beneficium? Quædam etiam si uera non sunt propter similitudinem eodem uocabulo comprehensa suut.Sic parapsidem & argẽteam & auream dicimus.Sic illiteratum non ex toto rudem:sed ad litteras altiores non perductum.Sic q̃ male uestitum & pãnosum uidit:nudum se uidisset dicit.Beneficia ista non sunt:habent tamen beneficii speciem.Quomodo ista sunt tanq̃ beneficia:sic & ille tanq̃ ingratus est:non ingratus.Falsum est qui illa beneficia:& qui dat appellat:& qui accipit.Ita qui uiri boni spem fefellit:tam ingratus q̃ uenefi/cus:qui saporem cum uenenum crederet miscuit.

Leantes uehementius ait licet inquit beneficum non sit quod accepit: ipse tamen ingratus
c est:quia non fuit redditurus etiam si accepisset.Sic latro est etiam anteq̃ manus inquinet:q̃a occidendum iam armatus est:& habet spoliandi atq̃ interficiendi uoluntatem. Exercetur & aperitur opere nequitia:si non incipit.Ipsum quod accepit beneficium non erat: sed uocabatur: sacrilegi dant pœnas:q̃uis nemo usq̃ ad cælos porrigat.Quomodo inquit aduersus malum ingratus est quisq̃:cum malo dari beneficium non possit?ea.s.ratiõe:quia accipiet ab illo aliquid ex his quæ apud imperitos sunt:quo tamen si malus est:ipse quoq̃ in simili materia gratus esse debebit: & illa qualiacunq̃ sunt:cum pro bonis acceperit:pro bonis reddere.Aes alienum habere dicitur & qui aureos debet:& qui eorum forma publica percussum:quale apud lacedæmonios fuit qd usum numerate pecuniæ præstat:Quo genere obligatus es:hos fidem exolue.

Vid sint beneficia:an & in hãc sordidã humilẽq̃ mãm deduci magnitudo nois clari dẽat:
q ad nos ptinet:sed ad alios spectat.Vos uos ad ipsũm ueri cõponite aium:& dũ honestũ dicitis quicquid est: id qd nomen honesti iactatum id colite.Quõ inquit nemo per uos ingratus [illegible]ursus omnes ingrati sunt.Nam ut dicimus:omnes stulti mali sunt.Qui autem habet uitium unum[illegible]mnia.Omnes autem stulti:& mali sunt.Omnes ergo ingrati sunt. Quid ergo non undiq̃ humano [illegible]ei conuitium,firmõ publica querela est beneficia perisse: & paucissimos esse.qui de benemerentibus non inuicem pessime mereantur.Nec est q̃ hanc tãtum nostram murmurationem putes.Pro pessimo prauoq̃ numerantium.quicquid citra recti formulam cecidit. Ecce nescio quendam qui non ex philosophorum domo clamat ex medio conuẽtu:populos gentesq̃ damnatura uox mittitur.Non hospes ab hospite tutus.Nõ socera genero:frattum quoq̃ gratia rara est.Iminet extitio uir cõiugis:illa mariti:Hoc iam amplius est:Beneficia in scelus uersa sunt. & sanguini eorum non parcitur:pro quibus sanguis fundendus est.Gladio ac uenenis beneficia seq̃mur.Ipsi patriæ manus afferre:& fascibus suis illã præmere potẽtia ac dignitas est. Humili se ac depresso loco putat stare:q[illegible]squis non supra rempu.stetit. Accepti ab illa exercitus in ipsam conuertũtur:& imperatoria concio est.Pugnate contra coniuges:pugnate contra liberos. Aras:focos: penates:atmis incensite.Quiue triumphaturi quidem intrare urbem iniussu senatus deberetis: quibusq̃ exercitum uictorem reducentibus curia extra muros præberetur:nunc ciuibus cæsis:persuasi cruore cognato:urbem sub rectis intrare uexillis.Obmutescat iter militaria signa libertas:& ille uictor:pacatorq̃ gentium populus remotis procul bellis:omni terrore compresso:intra/muros obscessus:aquilas suas horreat.

Ingratus est coriolanus sero:& post sceleris pœnitentiã pius posuit arma:sed in medio pa
i ricidio posuit. Ingratus Catelina.Parũ est illi capere patriam:nisi euerteret. nisi allobrogũ in illam cohortes immiserit:transalpes accitus hostis uetera & ingenita odia satiauerit: ac diu debitas inferias gallicis bustis duces romani persoluerint Ingratus.C.Marius:ad consulatum a Gallica perductus:qui nisi cymbricis cædibus omnia funera æquauerit: nisi ciuilis exilii: & trucidati omnis non tantum dederit:signum sed ipse signum fuerit:parum mutatam:ac repositam in priorem locum fortunam suam sentiet.Ingratus.L.Sylla:qui patriam durioribus remediis q̃ pericula erant sanauit,Qui cum a prænestina arce usq̃ ad collinam portam per sanguinem humanum incessisset: alia ædidit in urbe prælia:alias cædes:legiones duas: quod crudele est post uictoriam: quod nefas post fidem in angulo congestas contrucidauit:& proscriptionem cõmentus est. Dii magni ut qui ciuem romanum occidisset:impunitatem:& pecuniam tantum non ciuis causa acciperet.Ingratus. Q. Pompeius:qui pro tribus consulatibus pro triumphis tribus:pro tot honoribus:quos ex maxima parte immaturus inuaserat.hãc gratiam rei publicæ reddidit ut in possessionem eius:aliosq̃ induceret:quasi potentiæ suæ detractarus iuidiam.Si qd nulli licere debebat:pluribus licuisset. Dum extraordinaria cõcupiscit imperia.Dum prouincias ut eligat distribuit:dum ita trium uiris,R.P. diuidit:ut tamen in sua domo duæ partes essent, Eo rediit.R.P.ut saluis esse non posset: nisi beneficio seruitutis.Ipse Pompeii hostis ac uictor a gallia germaniaq̃ bellum in urbem circũægit. & ille plebicola:ille popularis:castra in circo flammio posuit:propius q̃ Porsennæ fuerant.Temperauit si demius crudelitatem uictorie:quod dicere solebat præstitit.Neminem occidit:nisi armatũ. Quid ergo est? Cæteri arma cruentius exercuerunt:satiati tamen aliquid abiecerunt:Hic gladium cito cõdidit:nunq̃ posuit.Ingratus Antonius.Indicatorem suam quẽ iure cæsum pronunciauit:interfecto remq̃ eius.in prouincias:& imperia dimisit.Patria uero proscriptionibus:incursionibus: bellis: laceratam:post tot mala destinauit:ne Romanis quidẽ regibus:utiq̃ Athenis:rhodiis: & plærisq̃ urbibus claris:ius integrum:libertatem q̃ cum imunitate rediderat:ipsa tributũ spadonibus pẽderet.

De ingratitudine urbis Romanæ contra bonos ciues.

Eficiet me dies enumerantem ingratos.usq̃ in ultima patriæ exitia:Aeque immẽsum erit:
d si percurrere cœpo.Ipsa respublica q̃ ingrata in optimos ac deuotissimos sibi fuerit:q̃q̃ nõ minus sæpe peccauerit q̃ in ipsam peccatum est.Camillum in exilium misit.Scipionem dimisit:exulauit post Catelinam Cicero:diruti eius penates:bona direpta:factum quicquid uictor Catelina fecisset.Rutilius in nocentiæ præcium tulit:in Asia latenti.Catoni populi romani præturam negauit:consulatum pernegauit.Ingrati publice sumus: se quisq̃ interroget. Nemo non aliquem quærit ut ingratum. Atqui non potest fieri ut omnes quærantur: nisi quærendum est de omnibus. Omnes ergo ingrati sunt.Tantum & cupidi omnes:& maligni omnes:& timidi omnes:illi in primis qui uidentur audaces. Adiice & ambitiosi oẽs sunt:& impii omnes.Sed nõ est quod irascaris. Ignosce illis.Oẽs insaniunt.Nolo te ad incerta reuocare ut dicã:q̃ ingrata sit uide iuuẽtus.Quid nõ patri suo supremũ diẽ:& inocẽs sit opta:ut moderatus expectat:ut pius cogitat?Quotus qsq̃ uxoris optiæ mortẽ timet.ut nõ cõputet?Cui toto litigatori defenso tã magni beneficii ultra res proximas memoria durauit.illud i cõfesso ẽ.Quis sine q̃rela moritur?Quis extremo die dicere audet: uixi & quẽ dederat cursũ fortuna pægi?Quis nõ reculans?Quis nõ gemẽs exit?Atq̃ hoc ingrati ẽ, nõ esse cõtentũ præfato tpe.Semp pauci dies erũt:si illos numeraueris. Cogita nõ eẽ summum bonũ

in tẽpore.Quãtumcunq; est boni consules:Vt prolongetur tibi dies mortis:nihil pficit ad fœlicitatem.Quoniam mora nõ fit beatior uita ſſd lõgior.Quãto satius est gratum aduersus perceptas uoluntates: non aliorum annos computare: sed suos benigne æstimare & in lucro ponere. Hoc dignum iudicauit deus.Hoc satis est.Potuit plus sed hoc quoq; beneficium est.Grati sumus aduersus deos.Grati aduersus homines.Grati aduersus eos qui nobis aliquid præstiterunt. Grati etiam ad uersus eos qui nostris præstiterunt.

Infinitum inquis me obligas cum dicis: & nostris. Itaq; pone aliquem finem. Qui filio
i beneficium dat ut dicis:& patri eius dat.Primum de quo uado ad quem curris:quæro.Deide illud utiq; mihi determinari uolo:si & patri suo beneficium datur. Nunquid & fratri? Nunquid & patruo? Nunquid auo? Nunquid uxori:& socero? Dic mihi ubi debeam desinere: quo usq; personarum seriem sequar si agrum tuum coluero:tibi beneficium dedero.Si domum tuã ardentem restrinxero :aut ne nunc cadat excepero:tibi beneficium dabo.Si seruum tuum seruauero: tibi imputabo.Si filium tuum seruauero:non habebis beneficium meum.

Iſſimilia ponis exempla:quia qui agrum meum colit:agro beneficium nõ dedit: nec dat:
d sed mihi & qui domum meam quominus ruat sulcit:præstat mihi.Ipsa enim domus sine sensu est.Debitorem me habet quia nullum habet.Et qui agrum meum colit:non illũ: sed me demereri uult.Idem de seruo dicam:mei mancipii res ẽ:mihi seruatur.Ideo ego pro illo debeo: Filius ipse beneficii capax est.Itaq; ille accipit.Ego beneficio lætor. Contingor: non obligor. Velim tamen : tu qui debere te non putas respondeas mihi. Filii bona ualitudo:fœlicitas:patrimonium:pertinet ad patrem.Fœlicior futurus est:si saluum habuerit filiũ:infœlicior si amiserit. Quid ego? Qui & fœlicior fit a me.& infœlitatis maxime periculo liberatur:non accipit beneficium? Nõ inquit:quædam in alios enim conferuntur: sed ad nos usq; permanent. Ab eo autem exigi quicq; debet : in quem confertur. Sicut pecunia ab eo petitur cui credita est q̃uis ad me illa aliquo modo uenerit nullum beneficium est cuius cõmodum non proximos tangat: nõnunq; etiam longius positus.Non quæritur quo beneficium ab eo cui datum est transferatur:sed tibi primo collocetur. A reo tibiipso & a capite repeticio est.Quid ergo oro te:non dicis filium mihi donasti:& si hic piſſet.uicturus non fui.Pro eius uita beneficium non debes:cuius uitam tuam prefers: etiam nunc cũ filium tuum seruaui ad genua procũbis:diis uoto soluis;tanq; ipse seruatus:ille uoces exeũt tibi. Nihil me interest:an me seruaueris:duos seruasti:imo me magis. Quare ista dicis:si non accipis beneficium? quia & si filius meus pecuniam mutuam sumpserit:creditori numerabo non tamen ego debuero. Quia & si filius meius in adiutorio deprehensus erit:erubescam non ideo ego ero adulter. Dico me tibi obligatum me pro filio:non quia sum:sed quia uolo me offerre tibi debitorem uolũtarium . At peruenit ad me summa ex incolumitate eius uoluptas:summa utilitas:& orbitatis grauissimum uulnus effugi.Non queritur nunc an profueris mihi:sed an beneficium dederit. Prodest enim & animal:& lapis & herba:nec tamẽ beneficium dant.quod nunq; datur nisi a uolẽte. Tu aũt non uis patri:sed filio dare:Et interim ne nosti quidem patrem.Itaq; cum dixeris:patri ergo beneficium non dedi:filium eius seruanda? Contra oppone. Patri ergo benefium dedi: quem non noui:quem non cogitaui? Et quid q̃ aliquando euenie:ut patrem oderis:filium serues:beneficium ei uideberis dedisse:cui tunc inimicissimus eras cum dares.Sed ut dialogorum alternatione sepositã; tanq; iuri sconsultus respondeam.Mens spectanda est dantis:beneficium enim dedit:cui datum uoluit.Si in patris honorem fecit:patet accepit beneficium:sic pater beneficio in filium collato nõ obligatur:etiam si fruitur.si tamen occasionem habuerit:uolet & ipse præstare aliquid:non tanq; præstandi necessitatem habeat:nec soluendi.sed tanq; incipiendi causam:repeti patre beneficium non debet.Siquid pro hoc benigne facit:iustus non gratus est.Nam illud finiri non potest:si patrido beneficium:& matri:& auo:& auunculo:& liberis:& affinibus:& amicis:& seruis:& patriæ. Vbi ergo beneficium icipit stare:Sortes enim ille inexplicabilis subit:cui difficile est modum ponere : quia paulatim surrepit:& non desinit serpere.Illud solet quæri.Fratres duo dissidẽt:si alterum seruo:ando beneficium ei qui fratrem inuisum non perisse moleste laturus est? Non est dubium qui beneficium:sit:etiam inuito prodesse.Sicut non dedit beneficium qui inuitus fuit.

Beneficium inquit uocas:quo ille offenditur:quo torquetur.Multa beneficia tristem fron-
b tem & asperam habent:quemadmodum secare & urere ut sanes:& uinculis coercere.Non spectandum an dolere aliquis beneficio accepto:sed an gaudere debeat.Nõ est malus quẽ barbarus & ignarus formæ publice reicit.Beneficium odit & accepit si modo id prodest:sis qui dabat ut prodesset dedit:nihil refert an bonam rem malo animos quis accipiat. Agendum hoc in cõtrarium uerte.Odit fratrem suum quem illi expedit habere.Hunc occidi:non est beneficium: q̃uis ille dicat esse:& gaudeat Insidiosissime nocet cui gratiæ aguntur pro iniuria. Vide prodest aliquares:& ideo beneficium est.Nocet:& ideo nõ est beneficium.Ecce q̃ nec pſit.nec noceat:dabo: & tamẽ beneficiũ est.Patrẽ alicuius in solitudine exanimem inueni:corpus eius sepeliri:nec illi profui. Quid enĩ illius intererat quo gentere dilaberetur.Nec filio:qd.n.p hoc cõmodi accessit illi? dicã qd consecutus sit.Officio soleni & necessario per me functus est.Præstiti patri eius quod ipse præstare

noluisset:necnõ & debuisset.Hoc tamen ita beneficiũ est:si nõ misericordiæ & humanitati dedi:ut quodlibet cadauer absconderẽ.Sed si corpus agnoui:si filium:tunc hoc præstare me cogitaui:aut si tetigi ignoto mortuo inieci.nullum in hoc habeo huius officii debitorẽ in publicũ. Humanus dicit aliquid tantopere quæris cui dederis beneficiũ:tanq; repetiturus aliquando:sunt qui nunq; iudicant esse repetendũ. Et has causas afferunt:indignus etiã repetenti non reddet. Dignus etiã per se reddet uel referet. Pr[illegible] si bono uiro dediſti, recta ne iniuriam illi facias appellado:tanq; nõ fuisset sua sponte redditurus.Si malo uiro dediſti:flectere beneficiũ uerbo:ne corrũperis creditũ saciendo.Præterea lex quod nõ iussit reperi:uetuit. Verba sunt ista q̃diu me nihil urget:q̃diu fortuna nihil cogit:petã potius beneficium q̃ repetam.Sed si de salute liberorum agitur:si in periculũ uxor deducitur:si patriæ salus ac libertas mittit me:etiam quo ire nollem:imperabo pudori meo:& testabor omnia me fecisse:ne opus esset mihi auxilio hominis ingrati nouissime recipiendi beneficii necessitas:repetendi uerecũdiã uincet,Deinde cum bono uiro beneficium do:sic do tanq; nunq; repetiturus:nisi necesse fuerit.Sed lex inquit non permittendo exire uetuit.

Vlta legẽ non habẽt:nec actionẽ. Atqui consuetudo uitæ humanæ lege omni ualẽtior dat
m aditum. Nulla lex iubet amicorũ secreta nõ eloqui.Nulla lex iubet fidẽ etiam inimico præstare.Quæ lex ad id præstandũ nos quod alicui promisimus alligat? Nulla quærat tum cũ eo qui arcanum sermonẽ continuerit:& fidẽ datam:nec seruatam indignabor.Sed ex beneficio inquit creditum facis:minime,Non enim exigo:sed repeto:& ne repeto quidẽ:sed admoneo. Nam ultima quoq; necessitas in hoc auget:ut ad eum ueniam cum quo diu mihi lectãdum sit.Quis tam ingratus est:ut illi non sit satis admoneri? Eum trãsibo:nec indignum iudicabo:qui gratus esse cogatur.Quomodo fœnerator quosdam debitores non appellat:quos scit dequoxisse:& in quorum pudorem nihil superest:nisi quod pereat.Sic ergo quosdam ingratos palam ac pertinaciter preteribo:nec ab ullo beneficium repetam:nisi a quo non ablaturus eio:sed recepturus.

Vlti sunt qui nec negare sciant:quod acceperunt:nec referre:qui nec tam boni sunt q̃ grati:
m nec tam mali q̃ ingrati:segnes & tardi:lenta nomina:non mala.Hos ergo non appellabo: sed cõmonere faciam:& ad officium aliud agentes educam:qui statim mihi sic respondebunt,Ignosce:nõ mehercule sciui hoc te desiderare. Alioquin ultro obtulissem.Rogo ne me ingratum existimes:nemini qd mihi præstiteris.Hos ergo quare dubitẽ & sibi meliores & mihi facere. Quæcunq; potuero:peccare prohibeo.Multo magis amicum:& ne peccet:& ne in me potissimum peccet:alterũ illi beneficiũ do:si illi ingratũ esse non patior:nec dure illi exprobrabo quæ præstiti: sed q̃ potuero mollissime:ut potestatẽ referendæ gratiæ faciam:renouabo memoriam eius:& petã beneficiũ.Ipse me repetere intelliget. Aliquando utar uerbis durioribus:si emendare illum sperauero posse.Nam desperatum,pter hoc quoq; non excogitabo:ne ex ingrato inimicum faciã. Quod si admonitionis quoq; sui rationẽ sugillationẽ ingratis remittimus:segniores ad reddenda beneficia faciemus. Quosdã uero sanabiles:& qui fieri boni possunt:si quod illos remorderet perire patiemur admonitione sublata. Quia & pater filium aliquãdo correxit:& uxor maritum aberrantem ad se reduxit:& amicus languentem amici fidem erexit.

Vidam ut expergiscantur non feriuntur:nec feriendi:sed cõmouendi sunt. Eodem modo
q quorundam ad ferendam gratiam fides non cessat:sed languet.Hãc pernellamus. Noli munus tuum in iniuriam uertere. Iniuria est enim:si in hoc non repetis:ut ingratus sim. Quid si ignoro quid desideres? Quid si occupationibus districtus:& in aliam uocatus occasionẽ nõ obseruaui? Ostende mihi quid possim:quid uelis: Quare desperas & beneficiũ & amicũ perdere? Vnde scis nolim:an ignorẽ:an animus:an facultas desit mihi experire. Admonebo ergo nõ amare:non palam fiue conuitio:sic ut se redisse in memoriam:non reduci putet.

Ausam dicebat apud diuũ Iuliũ ex ueteranis quidã paulo uiolẽtior aduersus uicinos suos:
c & causa præmebatur.Meministi inquit Impator in hispania talum te extorsisse circa sucronem.Cũ Cæsar meminisse se dixisset.Meministi quidẽ sub quadã arbore minimũ umbræ spargente:cũ uelles residere feruentissimo sole:& eẽt asperimus locus:in quo ex rupibus acutis:unica illa arbor emperat:quendã ex cõmilitonibus penulã suã substrauisse:cũ dixisset Cæsar:qd ni me minerim:& quidem siti confectus:qui impeditus ire ad fontem proximum non poteram : repere manibus uolebam nisi cõmilito:homo fortis ac strennuus:aquã mihi in galea sua attulisset. Potest inquit Imperator agnoscere illum hominẽ aut illam galeam . Cæsar ait se non posse galeã cognoscere:hominẽ pulchre posse,& adiecit(puto ob hoc iratus q̃ se a cognitione media ad ueterẽ fabulam adduceret(Tu utiq; ille non es:Merito inquit Cæsar me non agnoscis:Nam cum hoc factũ est integer eram:postea ad numidam in acie oculus mihi effossus est:& in capite eiecta ossa.Nam galeam illã si uideres cognoscerres.Machæra.n.isponia diuisa est.Vetuit illi exhiberi negociũ Cæsari & agellos in quibus uicinalis uia:causa rixæ ac litium fuerat:militi suo donauit.

Vid ergo non repeteret beneficiũ ab Imperatore:cuius memoriam multitudo rerũ cõsude
q rat:quem fortuna ingens exercitus disponentẽ:non patiebatur singulis militibus occurrere.Non est hoc repetere beneficiũ:sed resumere bono loco positũ & paratum. Ad qd tamẽ

ut resumatur:manus porrigenda est.Repetam itaq; quia hoc aut necessitate facturus ero:aut illius causa a quo repetā:Tiberius Cæsar inter initia dicenti cuidā meministi anteq; plures notas familiaritatis ueteris proferret.Non nemini inquit quid fuerim:Ab hoc q̄ aliu non esset repetendū beneficium.Optāda erat obliuio:aduersabatur omnū amicorū & æq; aliū noticiam:& illam solam cogitari:ac narrari uolebat.Inquisitor præsentem fortunam suam aspici:illam solam cogitari:ac narrari uolebat.Inquisitor habebat ueterē amicum,magis tēpestiue repetendum est beneficium q̄ repetendum. Adhibenda uerborum moderatio:ut nec ingratus possit dissimulare:tacendū & expectandū si inter sapientes uiueremus:& tamen sapientibus quoq; indicare melius fuisset:quid rerū nostrarū status posceret.Deos quorū noticiam nulla res effugit rogamus:& illos uota non exorant:sed admonent.Dies quoq; in quā Homericus ille sacerdos allegat officia:& aras religiose cultas:quos obsequentes facit:& parce moneri nelle ac posse:secunda uitus est:Huc illuc frænis leuiter motus flectendus est:paucis animus sui rector optimus:proximi sunt qui admoniti in uiam redeunt.His nō est dux detrahēdus.Opertis oculis inest acies:sed sine usu:quod lumē a diis immissum ad ministeria sua uocat:instrumēta cessant:nisi illa opus suū artifex mouerit.Inest interim animis uoluntas bona.sed torpet modo delitiis ac situ:modo officii inscitia.Hanc utilem facere debemus:ne irati relinquere inuito:sed ut magistri patienter ferre offensationes puerorū discentiū memoriæ labentis.Quæ quēadmodū subiecto uno:aut altero uerbo ad cōtextū reddēdæ rationis adducta est.Sic ad referendā gratiā admonitio reuocanda est.

Lucii Annei Senecæ de beneficiis.Liber sextus.

q Vædam Liberalis uirorū optime exercendi tantū ingenii causa quæruntur:& semper extra uitā iacent.Quædā & dum quæruntur:oblectamenta sunt:& quæsita sui.Otium tibi copiam faciam.Tu illa utcunq; tibi usum erit:aut peragi iubeto:aut ad explicandum ludorum ordinē induci.His quoq; si abire protinus iusseris:non nihil actū erit. Nam etiam discere quod superuacuum est:prodest cognoscere.Ex uultu igitur tuo pēdebo:prout ille suaserit mihi.Alia detinebo diutius:alia expellam:& ea perire agam.

Quæstio An beneficium eripi possit.

N beneficium eripi possit quæsitum est.Quidam negant posse.Non enim res est:sed actio.
a Quomodo aliud est munus:aliud ipsa donatio:aliud qui nauigat:aliud nauigatio. Et q̄is æger non sit sine morbo:non tamē idē est æger & morbus.Ita aliud est beneficium ipsum: aliud quod ad unumquēq; nostrum beneficio peruenit.illud incorporale est:irritum non fit.Materia illius huc & illuc iactatur:& dominū mutat.Itaq; cū eripis:ipsa rerū natura reuocare quod dedit nō potest.Beneficia sua interrūpit:non rescindit.Qui moritur tamen uixit:qui amisit oculos tamē uidit.Quæ ad nos peruenerunt ne sint effici potest:ne fuerint non potest.Pars aūt beneficii equidē certissima est quæ fuit.Nōnunq; usu beneficii longiore prohibemur.Beneficium quidē ipsum non traditur:licet omnes in hoc uires suas natura euocet Recto illa agere se non licet:pōt eripi domus & pecuniam & mancipium:& quicquid est in quo hæsit beneficii nomen.Ipsum uero stabile & immotum est.Nulla uis efficiet:ne hic dederit:ne ille acceperit.

Gregie mihi uidetur.M Antonius apud Rapirū poetā:cū fortunam suam transeuntē alio
e uideat:& sibi nihil relictu præter ius mortis.Id quoq; si cito occupauerit exclamare.Hoc habeo quodcunq; dedi.O q̄tum habere potuit si uoluisset.Hæ sunt diuitiæ certæ in quacunq; sortis humanæ leuitate:uno loco permansuræ:Quæ cū maiores fuerint:hoc maiorē habebunt inuidiam.Quid tāq; tuo parcis:procurator es:Omnia ista quæ nos tumidos:supra humana elatos oblitos uocant:& cogunt uestræ fragilitatis:quæ ferreis claustris custoditis armari:quæ ex alieno sanguine rapta:uestro defenditis:propter quæ classes cruentaturas maria deducitis:propter quæ quassatis urbes ignari:q̄tum telorum in aduersos fortuna cōparet:ppter quæ ruptis totiens affinitatis: amicitiæ:collegii fœderibus:inter cōtendentes duos:terrarū orbis elisus est.Non sunt uestra in depositi causa sunt:iamiaq; ad alium dominum spectantia:aut hostes illa:aut hostis successoris animi inuadent.Quæris quomodo illa tua facias:dona dando.Consule ergo rebus tuis:& certā tibi earū atq; inexpugnabilem possessionē para.Honestiores illas non solū sed tutiores facturus:illud quod suspicis:quo te diuitē quoq; ac potentē putas:q̄diu possides sub nomine sordido iacet:domus est: seruus est:nummi sunt.cum donasti beneficium est.

Ateris inquit nos aliquādo beneficiū debere ei a quo accepimus:Ergo eruptum est.Multa
f sunt propter quæ beneficiū dare desinimus:nō quia ablatū:sed quia corruptum est.Aliquis reum me defendit:sed uxorē meā per uim stupro uiolauit.non abstulit beneficiū:sed opponendo illi parē iniuriam soluit me debito:& si plus læsit q̄ ante profuerat:non tantum gratia extinguitur:sed ulciscendi quærendiq; libertas fit:ubi in cōparatione beneficii præpōderauit iniuria.ita non aufertur beneficiū:sed uincitur.Quid non tam duri quidā:etiā scelerati patres sunt:ut illos aduersari & euitare:ius fasq; sit.Nūquid ergo illi abstulerūt qui dederāt?minime:sed impietas sequētium tēporū cōmendationē omnis prioris officii sustulit:Non beneficiū tollitur:sed beneficii gratia:sed efficitur non ne habeā:sed ne debeā.Tāq; pecuniam aliquis mihi credidit:& domū meā incendit:pensatū est creditū damno:nec credidi illi:nec tamen debeo.Eodē modo & hīc:qa aliquid

benigne aduersus me fecit:ali quid liberaliter:sed postea multa superbæ:contumelioseː crudeliterː & eo loco me posuit:ut proinde liber aduersus eum essem:quasi non accepissem.Vim beneficii sui abstulit:colonum suum non tenet:quis tabellis manentibus qui segetem eius proculcauit:qui succidit[illegible]:non quia recœpit quod pepigerat:sed quid ne reciperet effecit: Si debitori suo creditor sæpe dānatiq[illegible]plus ex alia causa abstulit:q̄d ex crediti:nō tātū iter creditorē & debitorē iudex:sed qui dicat pecu[illegible]ecidisti.Quid ergo est?pecus abegisti:seruum eius occidisti. Argentum quod non emeras possides.æstimatione facta debitor discede qui creditor uenerasInter beneficia quoq; & iniurias ratio consert.Sæpe etiam beneficium manet nec debetur:si secuta est dātem pœnitentia:si miserum se dixit:q; dedisset:si cum daret suspirauit:multum abduxit:perdere se credidit:non donare si sua causa:aūt certe non mea dedit:si non desiit insultare:gloriari:& ubiq; iactare: & acerbum munus suum facere:Manet itaq; beneficium:q̄is non debeatur. Sicuti quædam pecuniæ de quibus ius creditori non dicitur:debentur:sed non exiguntur.

Edisti beneficium iniuriam postea feciſti.Et beneficio gratia debetur:& iniuriæ ultio. Nec
d ego illi gratiam debeo.Nec ille mihi pænam. Alter ab altero absoluitur.Cum dicimus beneficium illi reddidi:non hoc dicimus:illud nos quod acceperamus reddidisse:sed aliud,p illo reddere.Est enim rem pro re dare.Quid ni cum omnis solutio nō idem reddat:sed tantūdem. Nam & pecuniam dicimur reddidisse:q̄is numerauerimus pro argenteis aureos:q̄is non interuenerint nummi:sed delegatione:& uerbis perfecta solutio sit.Videris mihi dicere:perdis operam.Quorsus enim pertinet scire me an maneat quod non debetur?Iurisconsultorum istæ ieptiæ sunt acutæ:qui hereditatem negant usucapi posse:sed ea quæ in hereditate sunt:tanq̄ quicq̄ aliud sit hæreditas:q̄ ea quæ in hæreditate sunt.illud mihi potius distingue quod potest ad rem ptinere.Cū idem homo beneficium mihi dedit:& postea fecit iniuriam:Vtrum & beneficium illi reddere debeam & me ab illo minus uindicare?Ac ueluti duobus modis seperatim respondere.an alterum alteri contribuere:& nihil negocii habere:ut beneficium iniuria tollatur:beneficio iniuria.Illud enim uideo in hoc foro fieri.Quid in uestra scola iuris sit:uos sciatis:Separātur actiones:& de eo quod agimus:de eodem nobiscum agitur.Confunditur formula:si quis apud me pecuniam deposuerit:idē mihi postea furtū fecerit.Et ego cum illo furti agam:& ille mecum depositi.

Væ proposuisti mihi Liberalis exēpla:certis legibus continentur:quas necesse est sequi:lex
q legi non miscetur.Vtraq; sua uia id depositum habet actionem propriam tam mehercule q̄ furtum.Beneficium nulli legi subiectum est,me arbitrio utitur:licet me comparare inter se quantum profuerit mihi quisq;:aut quantum nocuerit:tum pronūciare:utrum plus debeatur mihi:an debeam.In illis nihil est nostræ potestatis.eundum est qua ducimur. In beneficio tota potestas mea est ego:itaq; iudico illa:non separo:nec deduco:nec diuido:distribuo:separo:discerno:distinguo:secerno:segrego:dissocio:disgrego:dimoueo:distendo distraho:distorqueo:seiungo: sed iniurias ad beneficia ad eumdem iudicem mitto. Alioquī iubes me eodem tempore:amare & odisse:& queri:gratias agere:quod natura non recipit potius comparatione facta:inter se beneficii & iniuriæ uidebo an etiam ultro debeatur:quomodo siquis scriptis nostris:alios superne iprimit uersus:priores litteras non tollit:sed abscōdit.Sic beneficium superueniēs iniuriā apparere nō patitur.

Vltus tuus eui regendum me tradidi colligit rugas:& attrahit frontem quasi longius exeā.
u Videris mihi dicere quomodo tantum mihi extrahis?Huc dirige cursum: littus ama non possum magis.Itaq; si huic satisfactum existimas:illo trāseamus:an ei debeatur aliquid: qui nobis inuitus profuit.Hoc apertius potui dicere:nisi propositio deberet esse cōsuetior:ut distinctio statim subsecuta ostenderet utrunq; quæri. An ei deberemus qui nobis dum non uult profuit:& an ei qui dum nescit.Nam siquis coactus aliquid boni fecit:quin nos non obliget manifestus est? q̄ ut ulla in hoc uerba ipedēda sint.Et hæc quæstio facile expeditur & si qua simillis huic moueri potest. Si totiens illo cogitationem nostram conuerteremus.Beneficium nullum est:nisi quod ad nos primum aliqua cogitatio defert:deinde amica & benigna:Itaq; nec fluminibus gratias agimus:q̄is tam maga nauigia patiantur:& ab subuehendas copias largo hac perēni alueo currant:aut piscosa & amœna pinguibus aruis interfluant.Nec quisq̄ Nilo beneficium debere se iudicat: non magis q̄ odium si immodicus superfluxit:tardeq; uel recessit.Nec uentus beneficium dat:licet lenis & secundus aspiret:nec utilis & salubris cibus,Nam qui beneficium mihi daturus est, debet non tantum p desse:sed uelle.Ideo nec mutis animalis quicq̄ debētur.Et q̄ multos e piculo uelocitas equi rapuit. Et q̄ multos æstu laborantes:ramorum opacitas texit.Quid āt itereſt utrū mihi qui nescit profuerit an qui scire non potuit?Cum utiq; uelle defuerit.Quid autem itereſt utrum me iubeas naui aut uehiculo:aut lanciæ debere beneficium:an ei qui æquæ q̄ ista propositum beneficiendi nullum habeat:sed profuit casu.

Eneficium aliquis nesciens profecto accipit.nemo a nesciente.Quomodo multos fortuita
b sanāt:nec ideo remedia sunt.& in flumē alicui cecidisse frigore magno:causa sanitatis fuit, quomō quorundam flagellis quartana discussa est:& mœtus repentinus animum in aliam curam aduertendo suspectas horas fefellit?Nec ideo quicq̄ horum etiam si saluti fuit, salutare est.

Sic quidam nobis prosunt:dum nolunt ymmo quia nolunt,non tamẽ ideo illis beneficium debemus:Quid si permitiosa illorum consilia fortuna deflexit in melius?an existimas me debere eo q̃ cuius manus cum me peteret:percussit hostem meum?qui nocuisset,nisi errasset. Sæpe hostis dũ aperte perierat:etiam ueris testibus abrogauit fidem,& rerum uelut factione circũuen[illegible]ierabilem reddidit. Quosdam ipsa quæ præmebat potentia eripuit: & iudices quẽ [illegible]minaturi erat: causæ damnare gratia noluerunt. Non tamen hi beneficium [illegible]derunt. Quia telum quo missum sit:non quo peruenit queritur. Et beneficium ab iniuria distinguit:non euẽtus. sed animus Aduersarius meus dum contraria dicit:& iudicem superbia offendit:& unum testem temere dimittit:causam meam erexit. Non quæro an pro me errauerit:quia cõtra me uoluit.

Empe ut gratus sim:uelle debeo idem facere quod ille ut beneficium daret debuit. Nã quid
n est iniquius homine:qui eum odit a quo in turba calcatus:aut respersus:aut quo nollet ipulsus est. At quicquid ẽ aliud quod illum querele eximat:cum in re sit iniuria quã extat nescisse quid faceret:eadem res efficit:ne hic beneficium dederit:ne ille iniuriam fecerit. Et amicum & inimicum uoluntas facit:q̃ multos militiæ morbos eripuit:quosdam ne ad tuinam domus suæ occurrerent:inimicus uadimonio tenuit:ne in piratarum manus peruenirent:quidam naufragio conseruti sunt. Nec his tamen beneficium debemos:quoniam extra sensum officii casus est. nec inimico cuius nos his exercuit dum uexat ac detinet. Non est beneficium nisi quod a bona uoluntate profiscitur:nisi illud agnoscit qui dedit. profuit aliquis mihi dum nescit:nihil illi debeo. Profuit cum uellet nocere. imitabor ipsum.

a D primum illum reuertamur. ut gratiam referam alicui me uis:ipse ut beneficium mihi daret nihil fecit:ut alterum transeamus:uis me huic gratiam referre:ut quod a nolente accepi: uolens reddam. Nam quid de tertio loquar?qui ab iniuria i beneficium delapsus:ut beneficium tibi debeam. Parum est noluisse te dare,ut non debeam satis est uoluisse. Beneficium enim uoluntas nuda non efficit:sed quod beneficium si optime ac plenissime uolũtati fortuna deesset. Id equæ beneficium non est:nisi fortunam uoluntas antecedat non enim profuisse te mihi oportet:ut ob hoc tibi obliget:sed ex destinato profuisse.

Leantes exemplo eiusmodi nitimur ad quærẽdum inquit & accersendum ex academia Pla
c tonem:duos pueros misit. Alter totam porticum perscrutatus est:alia quoq; loca in quibus illum inueniri posse sperabat præcurrit:& dolum non minus lapsus q̃ irritus reddiit. Alter apud proximum circulatorem resedit,& cum uagus atq; erraneus uernaculus congregatur:& ludit transeuntem Platonem:quẽ non quæsierat inuenit. Illud inquit laudabimus puerum:qui q̃tum in se erat:quo iussus est fecit. Hunc fœliciter inertem castigabimus. Voluntas est quæ apud nos ponit officium:cuius inde quæ conditio sit:ut me debito obstringat. Parum est illi uelle nisi profuit:pæne est profuisse,nisi uoluit. Puta enim aliquẽ donare uoluisse:nec donasse. Animum quidem eius habeo:sed beneficium non habeo:quod consumat & res & animus. Quẽadmodum ei qui uoluit mihi enim pecuniam credere. sed non dedit mihi:nihil debeo. Ita ei qui uoluit mihi beneficium dare sed non potuit:amicus quidem ero:sed non obligatus. Et uolo illi aliquid præstare:nam & ille uoluit mihi. Cæterum si benigniore fortuna usus prestitero. beneficium dedero:non gratum retttulero.ille mihi gratiam debebit inferre:Huic initium a me fiet gratiæ.

Ntelligo iam quid uelis quærere. Non opus te dicere uultus tuus loquitur. Siquis sua causa
i nobis pro fuit:ei ne inquis debetur aliquid. Hoc enim sæpe te conquerente audio. q̃ quedã quæ homines sibi præstant:aliis imputant. Dicam mi liberalis:sed prius hanc quæstiuncullam diuiduam:& rem æqualem ab iniqua separabo. Multum enim interest utrum aliquis beneficium nobis det sua causa:an nostra:an sua & nostra. Ille qui totus ad se spectat: & nobis prodest: quia aliter aliter sibi prodesse non potest loco mihi est:quo pectori suo hybernum & æstiuum pabulum prospicit:eo loco quo qui in captiuos suos ut commodius ueniant pascit:& optimos boues saginat ac defricat:quo lanista qui familiam suam summa cura exercet atq; ornat. Multum ut ait Clearches a beneficio distat negociatio.

Vrsus non sum tam iniquus ut nihil ei debeam:qui cum hic mihi utilis esset fuit & sibi. Nõ
r enim exigo ut sine respectu suo mihi cõsulat:imo etiam opto ut beneficium mihi datum: uel magis danti profuerit dummodo id qui dabat duos intuens dederit:& inter me seq; diuiserit:licet id ipse ex maiore parte possideat. Si modo me in cõsortium admisit:si duos cogitauit: ingratus sum:non solum iniustus:nisi gaudeo hoc illi prosuisse quod proderat mihi. Summæ malignitatis est non uocare beneficium:nisi quod dantem aliquo incõmodo affecit. Aliter illi qui beneficium dat sua causa respondebo. Quare potius te mihi profuisse dices q̃ me tibi. Putat inquit aliter fieri nõ posse me magistratum:q̃ si decem captos ciues ex magno captiuorum numero redimero:Nihil debebis mihi cum te seruitute ac uinculis librauero. At qui mea id causa faciam. Aduersus hoc respondebo:aliquid istius tua causa facis:aliquis mea. Tua q̃ redimis me:tibi enim ad utilitatẽ tuam satis est quodlibet redemisse. Itaq; debeo:non q̃ redimis me:sed q̃ eligis. Poteras enim & alterius redemptione idem consequi:quod mea. utilitatem rei partiris mecum: & me in beneficium

recipis duobus profuturum. Præfers me aliis:hoc tecum mea causa facis. Itaq; si prætorẽ te factura
ret decem captiuorum redemptio:decem autem soli captiui essemus. Nemo quicq̃ tibi deberet ex
nobis. Quia nihil haberes quod cuiq̃ imputares a tua utilitate seductum. Non sum iniquius beneficii interpres:ne desidero illud mihi tantum dari:sed & tibi.

Vid ergo inquid sortem nomina nostra. Cinici iussissent:& tuum nomen inter redimẽdos
q exissent?nihil debetes mihi?imo deberem:sed exiguum. Quid sit hoc dicam. Aliqd mea causa facis:q̃ me ad fortunam redemptionis admittis:q̃ nomen meum exit:sorti debeo:q̃ exire potuit tibi. Aditum mihi ad beneficium tuum dedisti: cuius maiorẽ partem fortunæ debeo: sed hoc ipsum tibi quod fortunæ debere potui illos ex toto præteribo: quorum mercenarium beneficium est:quod qui dat non computat cui:sed quãti daturus sit:quod undiq; in se cõuersum est. Vendit mihi aliquis frumentum. uiuere non possum nisi emero:sed non debeo uitamiqa emi. Nec q̃ necessarium fuerit æstimo:ẽ ne quo uictutus non fui:sed q̃ ingratum: quod non habuissem: nisi emissem:in quo in uehendo mercator non cogitauit quantum auxilii allaturus esset mihi: sed quãtum lucri sibi:quod ei non debeo.

Sto modo iquit ne me dico quicq̃ debere te: nisi mercedulam dicis: nec præceptori quia
i aliquid numeraueris. Atqui omnium horum apud nos magna charitas:magna reuerentia est. Aduersus hoc respondetur. Quædam pluris esse q̃ emuntur. Emis a medico rem in extimabilem:uitam ac ualitudinem bonam,a bonarum artiũ præceptore studia liberalia:& animi cultum. Itaq; his non rei precium:sed opere soluitur quod deseruiunt:quo a rebus suis aduocari nobis uocant. Mercedem non meriti:sed occupationis suæ ferunt: Aliud tamen dici potest uerius q̃ statim ponat:si prius quomodo istud reselli possit ostendero.

Vædam inquit pluris sunt q̃ uenerũt:& ob hoc aliquid mihi extra pro illis q̃uis empta sint
q debes. Primum quidem interest quãti sint:cum de prætio inter ementem & uendentem cõ uenerit. Deinde non uenit illud suo precio:sed tuo. Pluris est inquit q̃ uenit:sed pluris uenire non potest. Prætium autem cuiusq; rei pro tempore est. Cum bene ista laudaueris:tanti sunt quãti plus uenire non possunt. Præterea nihil uenditori debet:qui bene emit. Deide etiam si pluris ista sunt:non tamen ullum istic tuum munus est ut non ex usu effectu ue:sed ex consuedine:& annona æstimetur. Quod tu prætium ponis traiicienti maria:& per medios fluctus cum e terræ conspectu recessit. Cærtam secanti uiam:& prospicienti futuras tempestates:& securis omnibus libere iubẽti: & subito uela stringi:armenta dimitti:per artes ad incursum procellæ:& repentinum impetum stare. Huic tamen tantæ rei præmium uectura persoluit. Quanti æstimas in solitudine hospitium:i imbre tectum:in frigore balneum aut ignem,Scio tamen quanti ista cõsecuturus diuersoriũ subeam: quanto nobis præstat notum est qui labentem domum suspicit:& agetem eximo rimas: insulam incredibili arte suspendit:certo tamẽ & leui prætio fultura subducitur. Murus nos ab hostibus tutos & a subitis latronum incursionibus præstat. Notum est tamen illas turres pro securitate publica propugnacula habituras:quas excitaturus faber:quid in diem mereatur:pascitur.

N infinitum erit. si latius exempla conquirã:quibus appareat paruo magna constare. Quid
i ergo?quare non medico & præceptori plus quidem debeo?nec aduersus illos mercede defungor?Quia ex medico ac præceptore in amicum transeunt:& nos non arte quã uendũt obligant:sed benigna & familiari uoluntate. Itaq; medico qui nihil amplius q̃ manum tãgit:& me inter eos quos perambulat ponit:sine ullo affectu facienda uitandaue præcipiens:nihil amplius debeo:quia me non tanq̃ amicum uidit:sed tanq̃ Imperatorem. Ne præceptorem quidem habeo. cui ueneret:si me in grege discipulorum habuit:si non putauit dignum propria & peculiari cura si nũq̃ in me direxit animum:& cum in medium effunderet quæ sciæbat:non didici:sed excepi. Quid ergo est?quare istis debeatur multum non quia pluris est quod uendiderunt q̃ eminus: sed quia nobisipsis aliquid præstiterunt. ille magis plus expendit q̃ medico necesse est. Pro me nõ pro fama artis extimuit. Non fuit contentus remedia monstrare:sed admonuit. Interea solicitus assedit: ad suspecta tempora occurrit. Nullum ministerium oneri illi nullum fastidio fuit Gemitus meos nõ securus audiuit. In turba multorum inuocantium:ego illi potissima curatio fui. Tãtum aliis uacauit: q̃tum mea ualitudo pmiserat. Huic ego non tanq̃ medico:sed tanq̃ amico obligatus sum. Aliter rursus in docendo:& laborem:& tedium tulit. præter illa quæ a præcipientibus in commune dicuntur aliqua,stillauit:ac tradidit hortando bonam idolem erexit:& modo laudibus affecit animum:modo admonitionibus discusit desidiam. Tum ingenium latens & pigrum iniecta(ut ita dicam) manu extraxit:nec quæ sciebat maligne dispensauit:quo diutius eẽt necessarius:sed cupit si posset uniuersa transfundere. Ingratus sum nisi illum inter gratissimas necessitudines diligo.

Ordidissimorum quoq; artificiorum institutoribus supra constitutum aliquid adiecimus.
f si nobis opera illorum enixior uisa est:& gubernatori:& opifici utilissimæ mercis:& i diem se locanti corollarium asperssimus. In optimis uero artibus quæ uitam aut conseruant: aut extollunt:qui nihil se plus æstimat debere q̃ pepigit ingratus est. Adiice qd talium studiorũ traditio miscet animos:hoc cum factũ est tam medico q̃ præceptori preciũ opere soluitur: animi debetur.

Latoni cum flumen naue transisset:nec ab illo,quicq̃ portitor exegisset:honori hoc suo da-
p tum credens:dixit positum illi esse apud Platonem officium.Deinde paulopost cum alu
atq; alium gratis eadem transueheret sedulitate:negauit ille iam apud Platonem po tum
officium.Nam ut tibi debeam aliquid eo q̃ præstas:debes non tantum mihi præstare:sed tanq̃ mi
hi.Non potest ob id quemq̃ appellare quod spargis in populum.Quid ergo nihil:tibi, debetur pro
hoc tanq̃ ab uno:nisi cum omnibus soluam:quod tibi cum omnibus debeo.

Egas inquit ullum dare beneficium eum qui me gratuita naue per fiumen.Padum, tulit.Ne
n go:aliquid boni facit:beneficium non dat.Facit enim sua causa:aut utiq; non mea.Ad sum
mam ne ipse quidem:sed mihi beneficium iudicat dare:sed aut.R.P.aut uicinia:aut ambi
tioni suæ præstat:& pro hoc aliud quoddam commodum expectat:q̃ quod a singulis recepturus
est.Quid ergo inquit si princeps ciuitatem dederit omnibus gallis:si immunitatem hispanis:nihil
hoc nomine debebunt?Quid ni debeant?Debebunt autem non tanq̃ proprium beneficiũ:sed tan
q̃.R.P.partem.Nullam inquit habuit cogitationem mei illo tempore quo uniuersis proderat. No
luit mihi proprie ciuitatẽ dare:nec in me dixerit animum:Ita quare ei me sibi non substituit.cum
facturus esset quod fecit:Primum cum cogitauit gallis omnibus prodesse:& mihi cogitauit prodes
se.Eram enim gallus.& me etiam si non mea:publica tamen uota cõprehendit.Deinde ego quoq;
illi non tanq̃ proprium debebo:sed commune munus ex populo non tanquam pro me soluã: sed
tanquam pro patria conferam.

Iquis patriæ meæ pecuniam credat:non dicam me illius debitorem:nec ex hoc æs alienum
s profitebor:aut candidatus:aut reus.ad exoluendum tamen hoc: portionem meã dabo.Sic
istius muneris quod uniuersis datur:debitorem me nego:quia quidem dedit:sed non pro
am:quia ad me quoq; circuitu longo peruenit.Propter me factum debet esse quod me obliget.Isto
inquit modo:nec lunæ:nec soli quicq̃ debes.Non enim propter me mouentur:sed cum in hoc mo
ueantur:ut uniuersa conseruent:& pro me mouentur.Vniuersorum enim pars sum.Adiice nunc:q
nostra & horum conditio dissimilis est.Nam qui mihi prodest ut pro me prosit & sibi. Non dedit
beneficium:quia me instrumentum utilitatis fecit.Sol autem & luna etiam si nobis prosunt sua cau
sa:non in hoc tamen prosunt:ut per nos prosint sibi.Quid enim nos conferre illis possumus.

Tiam inquit solem ac lunam nobis uelle prodesse:si nolle potuerint.illis autem non licet:
e non moueri.Ad summam consistant & opus suum intermittant.Hoc in de quod modis re
fellatur.Non ideo minus uult qui non potest nolle.Ergo magnum argumentum est firmæ
uoluntatis.Et ne mutari quidem posse uir bonus non potest:non facere quod facit.Non enim erit
bonus si nisi fecerit.Ergo nec bonus uir beneficium dat.quia facit quod debet.Præterea multũ in
terest utrum dicas.Non potest hoc non facere:quia cogitur an non potest nolle.Nam si necesse est
illi facere:non debeo ipsi beneficium:sed cogenti.Si necesse est illi uelle: ob hoc quia nihil melius
quod uelit:ipse cogit.Itaq; quod tanq̃ quoacto non deberem:tanq̃ cogenti debeo.Desinant inquit
uelle.Hoc loco tibi occurrat.Quis tam demens est ut eam neget uoluntatem esse cui non est pericu
lum desinendi uertendiq; se in contrarium?Cum ex diuerso nemo æque uideri debeat uelle:q̃ cu
ius uolũtas usq; eo certa est:ut æterna sit. An si is quoq; uult qui potest statim nolle:is uidebitur uel
le in cuius naturam non cadit nolle.

Gendum inquit si possunt resistant:hoc dicis:omnia ista ingentibus interuallis deducta:&
a in custodiam uniuersa disposita:statiões suas deserat:subita confusione rerum sydera syde
ribus incurrant:& rupta rerum concordia in ruinam diuturnam labantur:contextusq; uelo
citatis citatissimæ:est tot secula promissas uices in medio itinere destituat. & quæ nunc eunt alter
nis redeuntq; oportunis libramentis:mundum ex æquo temperantia:repentino concrementur,in
execrentur: insidientur: opprimant. Quid addicat: dii illi maleſaciant: adeo: reperit dignum odio re
medium oderint? Quid dum paeant nondum probent? non. Quid ergo dum timeãt? sic nec ama
ri quidẽ uellent. Magno hoc dictum spiritu putas. Falleris. Nec. n. magnitudo ista est: sed ſimanitas.
Non est quod credas irascentium uerbis. quorum strepitus magni minaces sunt: intus mẽs pauidis
sima. Non est q; extimes uerum esse quod apud diserti ſſimum uirum Liuium dicitur. Vir ingenii
magni magis q̃ boni. Non, potest illud separari: aut etiam bonum erit: aut nec magnũ: quia magni
tudinem animi inconcussam intelligo: & introrsus solidum: ab imo parem firmamq; qualis ineſſe
malis ingeniis non potest. Terribilia enim esse & tumultuosa & exitiosa possunt. Magnitudinem q
dem: cuius firmamentum roburq; bonitas est: non habebunt. Cæterũ sermone: conatu: & omni ex
tra paratu facient magnitudinis fidem, Eloquentur aliquid quod tu magni putas, sicut. C. Cæsar: q
iratus cælo q; obstreperet pãtomimis quos imitabatur studioſius q̃ sperabar. q; quæ cõmessatio sua
fulminibus terretur prorsus patum certis: ad pugnam uocauit Iouem: & quidem sine itermissione.
Homericum illum exclamans uersum. quanta dementia fuit. Putauit aũt
sibi noceri ne a Ioue quidem possc: aut se nocere etiam Ioui posse. Non puto parum momẽti hunc
eius uocem ad incitandam coniuratorum mentes addisse. Vltimæ etiam impatientiæ usus est eũ
ferre qui Iouem non ferret. Nihil ergo in ira ne cum uidetur quidẽ uehemens: & deos & homines q
despiciens magnum. Nihil nobile est: aut si uidetur alicui magnum animum ira producere uide
tur & luxuria: ebore sustineri uult: purpura uestiri: auro tegi: terras transferre: maria concludere. stu
mina præcipitare. nemora suspendere: uideatur & auaritia magni animi. Aceruus auri argentiq; in
cumbat: & prouiciaram nominibus agros colit: & sub singulis uilliciis latiores habet fines q̃ quos
consules sortiebantur: uideatur & libido magni animi. Transnat freta: puerorũ greges castrat, sub
gladio mariti uenit uxor morte contempta. Videatur & ambitio magni animi. Non est contẽta ho
noribus annuis: si fieri potest uno nomine occupare faustus uult per omnem orbem titulos dispo-

nere. Omnia ista non refert inq̃tum procedant extendãtq; se: angusta sunt misera depressa. Sola sub
limis & excelsa uirtus est, Nec quicq̃ magnum est: nisi quod simul & placidum.

Incipit Senecæ de ira ad Nouatum liber Secundus.

PRimus liber Nouate benigniorem habuit materiam. Facilis enim in procliuia uitiorũ
decursus est. Nunc ad exiliora ueniendum est. Quærimus enim utrum ira iudicio aut
petu incipiat: idest utrum sua sponte moueatur: an quemadmodum plæraq; quæ intra
nos insciis nobis oriuntur? debet autem in hoc se dimittere disputatio: ut ad illa quoq;
altiora posset exurgere. Nam & in corpore nostro ossa: nerui: & articuli firmamenta to
tius: & ut alia minime preciosa uisu prius ordinantur: Deinde hæc ex quibus omnis in faciem aspe
ctumq; decor est. Post hæc omnia: qui maxime oculos rapit. color ultimus perfecto iam corpore ef
funditur, Iram quin species oblatæ iniuriæ moueat: non est dubium: Sed utrum speciem ipsam sta
tim sequatur: & non accedente animo excurrat: an illo assentiente moueatur: quærimus. Nobis pla
cet nil ipsam per se audere: sed animo approbante. Nam speciem capere acceptæ iniuriæ: & ultionẽ
eius concupiscere: & utrunq; coniungere: nec lædi se debuisse: & uindicari debere non est eius ipe
tus: qui sine uoluntate nostra concitatur. Ille simplex est hic compositus: & plura continens. Intelle
xit aliquit: indignatus est: damnauit ulciscitur. Hæc non possunt fieri: nisi animus qui tãgebatur ac
census est. Quorsus inquis hic non pertinet ut sciamus quid sit ira. Nam si inuitis nobis nascitur: nũ
q̃ rationi succumbet. Omnes enim motus: qui non uoluntate nostra fiũt: inuiti & ineuitabiles fũt:
ut horror: frigida: asperis ad quosdam ictus aspermatio. ad peiores nũcios subrigũtur pili: & rubor
ad improba uerba suffunditur: sequiturq; uertigo prærupta cernetis. Quare? quia nihil in nostra po
testate est. nulla quominus fiunt ratio persuadet. Ira præceptis fugatur. Est enim uoluntarium animi
uitium: non ex his quæ conditione quadam humanæ sortis. eueniunt. ideoq; etiam sapientissimis
accidit. Inter quæ & primus ille ictus animi ponendus est: qui nos post opinionem iniuriæ mouet.
Hic subit & iam inter ludicra scœnæ spectacula: & lectiones rerum uetustarum: sæpe Clodio Cicero
nem expellenti: & Antonio occidenti: uidemur irasci. Quis non contra Marii arma: & contra Scyl
læ proscriptionem concitatur? Quis non Theodoro & Achilli & ipsi puero: non puerile ausо faci
nus infestus est? Cãtus nos nonnunq̃ concitata modulatio instigat. Martius quoq; ille tubarum so
nus mouet mentes: & attrox pictura & iustissimorumq; suppliciorũ tristis aspectus, Idem q; arride
mus ridentibus: & contristat nos turba merentium: & efferuescimus ad aliena certamina: quæ non
sunt iræ. Non magis q̃ tristitia est: quæ ad conspectu inimici naufragii contrahit frontem. Non ma
gis q̃ timor: qui Hannibale post cãnas mœnia circũsidẽte lectoris percutrit animos. Sed omnia ista
motus sũt aiorum moueri uolentium: nec affectus: sed principia præludentia affectibus. Sic eni mi
litaris uiri in media pace togati iam aures tuba iuscitat. Equosq; castrẽses erigit crepitus armorum.
Alexandrum aiunt Cenophanto canente manum ad arma misisse. Nihil ex his quæ animum ipel
lunt affectus uocari deberet. Ista ut ita dicam patitur magis animus q̃ faciat. Ergo affectus est: nõ ad
oblatas rerum species moueri: sed permittere se illis: & hunc fortuitum motum persequi. Nam siqs
pallorem & lachrymas procidentis: & irritationem humoris obscœnæ altũe suspirium & oculos
subito acriores. Aut quid his simile iudicium affectus animiq; signũ putat. Fallitur. nec itelligit hos
corporis esse pulsus. Itaq; & fortissimus plærũq; uir dum armatur expalluit: & signo pugnæ dato: se
rocissimo militi paululum genua tremuerunt. & magno imperatori anteq̃ inter se acies agitarent:
cor exiluit. & oratori eloquẽtissimo dum ad dicendum componitur summa riguerunt. Ira nõ mo
ueri tãtum: sed excurrere debet. Est enim impetus. Nunq̃ autem impetus sine assensu mentis est. ne
q; enim fieri potest: ut de ultione & pœna agatur animo nesciente. Putauit se aliquis læsum. Voluit
ulcisci: dissuadente aliqua causa statim rescedit. Hanc iram nõ uoco: sed motum animi rationi parẽ
tem: Illa est ira quæ rationem transilit: quæ secũ rapit. Ergo pria illa agitatio animi quã species in
iuriæ incussit: non magis ira est q̃ ipsa iniuriæ species: sed ille sequens impetus qui speciem iniuriæ
non tantum accepit sed approbauit. Ira est concitatio animi ad ultionem uoluntatis iudicio pergẽ
tis. Nunquid dubium est quin timor sinẽ habeat? Ira ipetũ? Vide ergo an putes aliquid sine assen
su mentis aut peri posse: aut caueri. Et ut scias quemadmodum incipiant affectus. aut crescãt: aut af
ferantur. Est primus motus non uoluntarius quasi paratio affectus. & quædam commutatio. Alter
cum uoluntate non contumaci tanq̃ oporteat me uindicari: cum læsus sum. aut oporteat hunc pœ
nas dare cum scelus fecerit. Tertius motus est iam impotens qui non si oportet ulciſci uult: sed uti
q; qui rationem euicit. Primum illum animi ictum effugere ratione nõ possumus: sicuti ne illa qui
dem quæ diximus accidere corporibus. Ne nos oscitatio aliena soliciter: ne oculi ad impotentatio
nem subitam dignitorum comprimantur. Ista non potest ratio uincere. Consuetudo fortasse: & assi
dua obseruatio extenuat: alter ille motus qui iudicio nascitur: iudicio tollitur. Illud etiam nũc quæ
rendum est. Hi qui uulgo seuiunt: & sanguine humano gaudent: an irascantur cum eos occidunt: a
quibus nec acceperunt iniuriam: nec accepisse ipsos extimant? qualis fuit Apollodorus: aut Phala
ris. Hæc non est ira sed feritas. Non enim quia accepit iniuria nocet: sed parata est dum noceat uelle
accipere. Nec illi uebera lacerationesq; in ultionem petuntur: sed in uoluptatem. Quid ergo origo

huiusmodi mali inhibita est:quæ nisi frequēti exercitatione:& facietate in obliuionem clementiæ uenit:& omne fædus humanum eiicit animo:nouissime in crudelitatem transit.rident itaq; gaudēt quæ:& uoluntate multa perferuntur.Plurimumq; ab iratorum uultu absunt per ocium sæui.Hanni balem aiunt dixisse:cum fossam sanguine humano plenam uidisset:O formosum spectaculū. Quā to pulchrius illi usum esset:si flumen aliquod lacumquæ complesset.Quid mirum si hoc maxime spectaculo caperis innatns sanguine:& ab isante cædibus admotus.sequetur te fortuna crudelitatis tuæ per uiginti annos secunda:dabitq; oculis tuis gratum ubiq; spectaculum.Videbis istud & circa Transmenum & circa cānas:& nouissime circa Carthaginem tuam.Volesus nuper sub diuo Augu sto proconsul Asiæ cum.ccc.una die securi percussisset:incedens supra cadauera ultu supbo quasi magnificum quidam conspiciendumquæ fecisset:græce proclamauit: Orem regiam quis hæc rex fecisset.Non fuit hæc ira.sed magnum malum & insanabite.

Quibus uirtus est Ira.

Irtus inquit ut honestis rebus propitia est:ita turpibus ira eē debet: quid si dicatur uirtutem
u & humilem & magnam esse debere. Atqui hoc dicit:qui illam extolli uult & deprimi.Quo niam læticia ob recte factum:clara magnificaq; est.Ira ob alienum peccatum:sordida & an gusti pectoris est.Nec unq committet uirtus:ut uitia dum compescit imitetur ipsam iram castigan dam habet quæ nihilo melior est.Sæpe etiam peior his delictis quibus irascitur.Gaudere letariquæ proprium & naturale uirtutis est.irasci non est ex dignitate eius non magis q̄ merere. Atqui iracun dia & tristitia comes ē:& in homie omnis ira uel post pœnitētiam:uel post repulsam reuo uitur. Et si sapientis est peccatis irasci:magis irascetur maioribus:& sæpe irascetur:sequitur ut non tātum ira tus sit sapiens:sed iracundus. Atqui si nec magnam iram nec frequentem in animo sapiētis locum habere credimus:quid est quare non ex toto hoc affectu illum liberemus? Modus inquit esse non potest:si profecto cuiq; irascendum est.Nam aut iniquus erit:si æqualiter irascetur delictis inæquali bus:aut iracundissimus si totiens excāduerit quotiens iram scelera meruerint. Et quid indignius q̄ sapientis affectum ex aliena pendere nequitia? Desinet Socratem posse eūdem uultum domum re ferre:quem domo extulerat.Atqui si iracti sapiens debet turpiter factis:& concitari contristariquæ ob scelera nihil est erūnosius sapiente.Omnis illi per iracundiam meroremq; uita transibit. quod enim momentum erit.quo non improbanda uideat? Quottens processerit domo per sceleratos il li auarosquæ & prodigos & iprudentes:& ob ista fœlices incedendum erit.Nusq̄ oculi eius flecten tur: ut non q̄ indignentur mueniant. Deficiet si totiens a se iram : quotiens causa poscet ex egerit.Hæc tot milia ad forum prima luce properantia:q̄ turpes lites quanto turpiores aduocatos habent.Alius iudicia patris accusat:quem mereri satis fuit.Alius cū matre consistit.Alius delator ue nit eius criminis:cuius manifestior reus est:& iudex damnatuius.quæ fecit eligitur:& corona pro mala causa bona patroni uoce corrupta.Quid singula prosequor? cum uideris forum multitudine refertum:& septa concursu omnis frequentie plena:& illum Circū in quo maximam sui partem po pulus ostendit:Hoc scito istud tantundem esse uitiorum q̄tum hominum.Inter istos quos togatos uides nullas pax est alter:in alterius exitum leui compendio ducitur.Nulli nisi ex alterius damno questus est.fœlicem oderunt:infœlicem contemnunt.maiore grauantur:minoribus graues sunt.di uersis stimulantur cupiditatibus.omnia perdita ob leuem uoluntatem prædamquæ capiunt. Non alia q̄ in ludo gladiatorio uita est:cum iisdem uiuentium pugnantium ferarum ire conuentus est: nisi q̄ illæ inter se placidæ sunt morsuquæ similium abstinent.Hi mutua laceratione satiātur: Hoc uno ab animalibus mutis differunt:q̄ illa mansuescunt alentibus.Horum rabies ipsos a quibus est nutrita depascitur:Nonnunq̄ irasci desinet semel si sapiens cœperit:omnia sceleribus ac uitiis ple na sunt.Plus committitur q̄ q̄ possit coertione sanari.certatur ingenti quidem nequitiæ certamine maior quotidie peccandi cupiditas:minor uerecūdia est:expulsu melioris, æquionsq; respectu quo cunq; usum est:Libido se impingit:nec furtiua iam scelera sunt:præter oculos eunt. Adeoq; in pu blicum missa nequitia est:& in omnium pectoribus eualuit.ut innocentia nō rara sed nulla sit. Nūquid enim singuli aut pauci rupere legem:undiq; uelut signo dato ad fas nefasq; miscēdum cohor ti sunt.Non hospes ab hospite tutus:non socer a genero:fratrum quoq; gratia rara est Imminet exi tio uir coniugis:illa mariti Lurida terribiles miscent aconita nouercæ.Filius ante diem patris inqui rit in annos.Et quota pars ista scelerum est? Non descripta castra ex una parte cōtraria:& parētū libe rorumq; sacramenta diuersa subiectam patriæ cinis manu flāma: & agmina infestorum equitum ad coniurandas proscriptorum latebras circumuolntātia.& uolatos fontes uenenis:& pestilentiam manu factam : & preductam obsessis parentibus fossam:plenos carceres & incendia totas urbes cō cremantia:dominationesquæ funestas : & regnorum publicorumquæ exitiorum clandestina con silia: & pro gloria habita:quæ q̄diu opprimi possunt scelera sunt.Raptu, ac stupra & ne hos quidē libidini exceptum. Adice nunc publica periuria gentium & rupta fœdera & prædam ualidioris qc quid non resistebat adductum:circūscriptiones.furta.fraudes:inficiationes:quibus trina non sufti ciunt fora.Si tantū irasci uis sapientē q̄tum scelerū dignitas exigit:nō irascēdu illi sed iſaniendū ē. Illud potius cogitabit non eē irascēdū erroribus. Quid.n.siqs irascitur in tenebris pas uestigia cet

ra ponētibus? Quid enim siqs surdis iperia nō exaudientibus? Quid si pueris & neglecto despecto officiorum ad luxus & ineptos æqualium iocos spectent? Quid si illis ira ci uelis:uel qui ægrotāti senescunt:fatigantes inter cætera mortalitatis incommoda:& hic est caligo mentium nec tantum necessitas errandi:sed errorum amor.Ne singulis irascaris uniuerlis ignoscendū:& indulgendum est.generi humano uena tribuenda est.Si irasceris iuuenibus senibusq; q̄ peccāt:irascere infantibus q̄ peccaturi sunt.Num quis irascitur pueris quorum ætas nondū nouit rerū discrimina? Maior est excusatio & iustior hominē esse q̄ puerum.Hac conditione nati sumus:animalia obnoxia non pau cioribus animi q̄ corporis morbis:non quidē obtusa nec tarda:sed acumine nostro male utentia. Altera alteri uitiorum exempla.Quisquis sequitur priores male iter ingressos.Qui diu habeant ex cusationem cum publica uia errauerint.In singulos seueritas Imperatoris distinguitur.At necessā ria uenia est ubi totus desæuit exercitus.Quid tollit iram sapientis? turba peccātium:Intelligit q̄ est iniquum & periculosum irasci publico uitio.Heraclitus quotiens prodierat:& tantum circa se ma le uiuentium:immo male pereuntium uiderat:flebat:miserebatur omnium qui sibi læti fœliceſq; occurrebant mitti animo:sed minus imbecillo:& ipse inter deplorantes erat.Democritum contra aiunt:nunq̄ sine risu in publico fuisse.Adeo nihil illi uidebatur serium eorum quæ serio gerebātur Vbi isti hiccine locus est.Aut ridenda oſa aut flenda sunt.Non irascetur sapiens peccantibus. Quare? quia scit neminem nasci sapientem:sed fieri.Scit paucissimos omni æuo sapientes euadere:quia conditionem humanæ uitæ prospectam habet.Nemo autem naturæ sanus irascitur.Quid enim si mirari uelit non in siluestris dumis poma pendere? quid si miretur spineta senteſq; nō utili aliqua fruga compleri? Nemo irascitur ubi uitium natura defendit.Placidus itaq; sapiens & æquus erro ribus non hostis sed correptor peccantiū.Hoc quotidie procedit animo.Multi mihi occurrent ui no diditi:multi libidinosi:multi ingrati:multi auari:multi furiis ambitionis agitati.Omnia ista tā prot:nus aspiciet q̄ ægros suos medicus.Nunquit ille cuius nauigium multam undiq; laxatis com pagibus aquam trahit nautis ipsiq; naufigio irascitur.Occurrit potius & aliam excludi uim:deinde aliam ægerit:manifesta foramina præcludit.Latentibus & ex occulto sentinam ducentibus: labo re continuo resistit.nec ideo intermittit:quia quantum exhaustum est subnascitur.Lēto adiutorio opus est contra mala continua & fœcunda.Non ut desinant:sed ne uincant.

Vtilitates Iræ.

Tilis est inquit ira:quia contemptum effugit:quia malos terret.Primum ira si quātum
minatur ualet:ob hoc ipsum quia terribilis est & inuisa est.Periculosius est autē timeri
u q̄ despici.Si uero sine uiribus est:magis exposita contemptui est:& derisum nō effugit. Quid enim est iracundia in superuacuū tumultu ante frigidius.Deinde non ideo quæ dam quia terribiliora potiora sunt:ne hoc sapientiam malim:q; fere sapientis quoq; te lum est timeri.Quid non timebit febris podagra illius malum naturæ? Nūquid ideo quicq̄ in istis boni est:aut contra omnia despecta & fœda & turpia ipso quo timetur:sicut ira per se deformis est & minime metuenda? At timetur a pluribus:sicut deformis persona ab infantibus.Quid q; semper in auctores redundat timor:nec qui spiā metuntur ipse securus? Occurrat hoc loco tibi Labenanus ille uersus:qui medio ciuili bello in theatro ductus:totum in se populum non aliter conuertit:q̄ si missa esset uox publica affectus.Necesse est multos timeat quem multi timent.Ita natura constitu it:ut quod alieno mœtu magnum est:a suo non nocet.Leoni inquam pauida sunt : ad leuissimos pectora.Acerrimas feras umbra uox & odor insolitus exagitat:quicquid deterret & trepidat.Non est ergo quare concupiscat quisquam sapiens timeri.Nec ideo iram magnum quidam putent:quia formidandum est.Quoniam quidem etiam contemptissima timentur:ut uenena:& ossa mortife ra:& morsus.Nec est mirum cum maximos ferarum greges linica, pennis distincta contineat : & ob insidias agat ab ipso affectu, dicta formido.Vanis enim uana terrori sunt.Curriculi motusq; rotarum uersata facies:leones redegit in caueam.Elephantes porcina uox terret. Sic itaq; ira me tuit:quoniam umbra ab infantibus:a feris rubens spina.Nō ipsa in se quicquam habet firmum aut forte:sed uarios animos mouet.Nequitia inquit de rerum natura tollenda est:si uelis iram tollere. Neutrum autem potest fieri.Primum potest aliquis non algere : quamuis ex rerum natura hyems sit.& non æstuare:quamuis menses æstiui sint.Aut loci beneficio aduersus intemperiem anni tu tus est:aut patientia.corporis sensum utriusq; peruincit.Deinde uerte istud.Necesse est prius uirtu tem ex animo tollas quam iracundiam recipias : quoniam cum uirtutibus uitia non coeunt. Nec magis quisquam eodem tempore:& iratus potest esse:& uir bonus:quam æger & sanus.Non po test inquit omnis ex animo ira tolli:nec hoc hominis natura patitur.At quī nihil est tam difficile & arduum quod non humana mens uincat:& in familiaritatem perducat assidua meditatio. Nulliq; sunt tam feri & sui iuris affectus:ut nō disciplina perdomētur.Quodcunq; imperauit animus obti nuit.Quidā unq̄ tidere cōsueti sunt.Vino quidā alii ueneri:quidā omni humore interdixere corpo ribus.Alius cōtentus breui somno:uigiliā inde fatigabilē extēdit:didicerūt tenuissimis & aduersis funibus currere:& igētia uixq; humanis tolerāda uiribus onera portare:& i imēsam altitudinē mer gi:ac sine ulla respirādi uice perpeti maria,Mille sunt alia in qbus ptinacie ipedimētū oē trāscēdit:

ostenditq; nihil esse difficilie:cuius sibi ipsa mens patientiã indiceret.Istis quoq; pauloante retulit: aut nulla causa pertinacis studii aut indigna merces fuit.Quid enim magnificũ cõsequitur ille, qui meditatus est per intnesus funes iraꝫ qui sarcinæ ingẽti ceruices supponere, qui ſino non submittere oculos? qui penetrare in imũ mare? & tamẽ ad finẽ operis nõ magno auctor? mẽto labor puenit.Nos aduocabimus patiẽtiã:quos tantũ præmiũ expectat,fœlicis animi imota tranquillitas:q̃tũ est effugere maximũ malũ irã:& cũ illa rabiẽ:feuitiã:crudelitatẽ:furorem:& alios comites affectus eius.Non est patrociniũ nobis,Queramus etiã excusatã licentiã dicentes:aut utile esse:aut ineuitabile.Cui enĩ tandẽ uitio aduocatus defuit:nõ est qd' dicas excidi nõ posse.Sanabilibus ægrotamus malis:ipsaq; nos in rectũ genitos natura:si emẽdari uelimus iuuat.Nec ut quibusdã uisum est:ardu um in uirtutes:& asperũ interest:plano adeuntur nõ uanæ nobis auctor rei uenit.Facilius est ad beatam uitã uiauitæ:modo bonis auspiciis:ipsisq; diis bene iuuantibus.Multo difficilius est facere:ista quæ facitis.Quid enĩ quieti ociosius animi?Quid ira laboriosius?Quid clemẽtia remissius?Quid crudelitate negociosius?uacat pudicitia:libido occupatissima est.Oĩum deniq; uitiorũ tutela fortior est:uitia magno coꝫtur:debet ira remoueri:hoc ex parte fateãtur etiã qui dicũt esse minuẽdã:tota dimittatur:nihil ꝓfutura ẽ.sine illa facilius rectiusq; scelera tollẽtur:mali puniẽtur & trãsducẽtur in melius.Oĩa quæ debet sapiens sine ullius malæ rei ministerio efficiet.Nihilq; admiscebit cuius causa domũ solicitius obseruet.Nunq̃ itaq; iracũdia admittẽda est:aliquãdo simulãda:si segnes audientiũ animi cõcitandi sunt.Sicut tarde cõsurgẽtes ad cursum equos stimulis facibusq; subditis excitamus.Aliquãdo incutiẽdus est his mœtus:apud quos ratio nõ proficit.Irasci quidẽ nõ magis utile est:q̃ merere:q̃ metuere.Quid ergo nõ incidũt causæ quæ iram lacessant?Sed tũc maxime illi opponẽdæ manus sunt:nec est difficile uincere animũ.Cũ athlætæ quoq; in ultissima sui parte occupati:tamẽ ictus doloresq; patiatur:ut uires cedẽtis exhauriant:nec cũ ira suadet feriunt:sed cũ occasio.Pyrrhũ maximũ præceptorẽ certaminis gimnici solitum aiunt:his quos exercebat præcipere ne irasceretur.Ira enĩ perturbat aurẽ:& qua noceat tantũ aspicit.Sæpe itaq; ratio patientiã inuadet: ira uindictã:& qui primis defungi malis potuimus in maiora deuoluimur.Quosdã unius uerbi cõtumelia:nõ æquo animo lata in exiliũ proiecit:& qui leuem iniuriã silẽtio ferre noluerunt:grauissimis malis obruti sunt:indignatiq; aliquid ex plenissima libertate diminui:seruile in sese attraxerũt iugũ.Vt scias inquit:an ira habeat in se generosi aliqd:liberas uidebis gẽtes quæ iracũdissimæ sũt: ut Germanos & Scythas.Quod euenit:quia fortiora solidaq; natura ingenia anteq̃ disciplina mol liantur:prona in ira sunt.Quædã nõ nisi melioribus innascũtur igeniis:sicut ualida arbusta & læta: q̃uis neglecta tellus creat:& alia fœcũdi soli sũa est,Itaq; & ingenia natura fortia iracũdiã ferunt. Nihilq; tenue & exile capiunt ignea & feruida.sed imperfectus illi uigor est:ut oĩbus quæ sine arte ipsius tantũ naturæ bono exurgũt,Sed nisi cito domita fuerint:quæ fortitudini apta erãt:audaciæ, temeritatiq; cõsuescũt.Quid nõ mitioribus animis uitia leuiora cõiucta sunt? ut misericordia:amor: & uerecũdia,Itaq; tibi sæpe bonã indolẽ malis quoq; tuis ostendã.sed nõ ideo uitia nõ sunt:si naturæ melioribus indicia sunt.Deinde oẽs istæ feritate libere gẽtes:leonũ:luporumq; ritu:ut seruire nõ possunt:ita nec imperare.Non enĩ humani uim ingenii:sed feri & intractabilis habẽt.Nemo autem regere põt nisi qui & regi.Fere itaq; iperia penes eos fuere populos:qui mitiore cœlo utuntur In frigora septẽtrionẽq; uergẽtibus inassueta innia sunt.ut ait poeta:Suoq; similima cœlo:animalia.Ideo generosissima habẽtur:quibus nil inest iræ.rrat qui ea exemplũ hois adduxit:qbus protione est Impetus:hoi pro ipetu ratio est.Sed nec illis quidẽ oĩbus idẽ prodest.Iracũdia leones adiuuat:pauor seruos:ancipitrẽ impetus:columbã fuga.Quid q̃ ne illud quidẽ uerũ est optima aĩalia esse iracundissima:ferasue putem:qbus ex raptu alimẽta sunt.Meliores quoq; iratiores:Patientiã laudauerã bouũ:& æquorũ frænos sequentiũ. Quid aũt cur hominẽ ad tam infœlicia exempla reuoces:cum habeas mundũ deniq; deũq; quẽ ex omnibus animalibus ut nõ solus imitetur solus intelligit?Simplicissimi inquit omnium habentur iracundi.Fraudulentis enim & uersutis comparãtur: & simplices uidentur:quia expositi sunt:quos quidem non simplices dixerim sed incautos:stultis luxuriosis:ineptibusq; hoc nomẽ imponimus:& omnibus uitiis parum calidis. Orator inquit iratus aliquando melior est:immo imitatus iratum.Nam & histriones in pronũciando non irati populum mouent:sed iratum bene agentes : & apud iudices:itaq; & in conciones : & ubicunq; alieni animi ad nostrum arbitrium agendi sunt:modo iram:modo mœtum:modo misericordiã:ut aliis incutiamus:ipsi simulabimus & sæpe id quod ueri affectus non effecissent efficit mutatio affectuũ. Languidus inquit animus est:qui ira caret.Verum est si nihil habet ira ualentius.Nec latronẽ oportet esse:nec prædonem:nec misericordẽ:nec crudelem.Illius nimis mollis animus:huius nimis durus est.Temperatus sit sapiens:& ad res fortius agendas non iram:sed uim adhibeat.

De remediis Iræ:

Voniã q̃ de ira quærũtur tractauimus:accedamus ad remedia eius.Duo aũt ut opinor sũt: q scilicet ne incidamus in irã & ne in irã peccemus.Vt in corpore cura:alia de tuẽda ualitudine:alia de restituẽda ꝓcepta sunt.Ita aliter irã debemus repellere:aliter cõpescere ut uincamus.Quædã ad uniuersam uitã ptinẽtia ꝓcipientur:ea in educationẽ:& in sequẽtia tẽpora diuidẽ

tur.Educatio maxima diligẽtiã plurimũq; ꝓfuturã desiderat.Facile est enĩ teneros adhuc aĩos componere.Difficulter recidũtur uitia quæ nobiscũ creuerũt.Opportunissima ad iracundiã feruidi animi natura ẽ.Nã cũ elemẽta sunt quattuor.Ignis:Aqua:Aer:& Terra. potestates pares his sunt:frigida:feruida:arida:& humida.Et locoꝝ itaq; & animaliũ & corporũ & morũ uarietates mixtura elemẽtorũ facit.Et ꝓinde aliquos magis incumbũt ingenia:prout alicuius elemẽti maior uis abũdat. Inde quasdã humidas uocamus aridasq; regiones:& calidas:& frigidas.Eadẽ animaliũ & hominũ discrimina sunt.Refert q̃tũ quisq; humidi i se calidiq; cõtineat.Cuius in illo elemẽti portio ꝓualebit:idẽ mores erũt.Iracũdos feruida ai natura faciet.Est enĩ actuosus & ptinax ignis.Frigida mixtura frigidos facit.Pigrũ ẽ enĩ cõtractũq; frigus:Volũt itaq; quidã ex nostris irã pectore moueri efferuescenti circa cor sanguine,Causa cur hic potissimũ assignetur iræ locus:nõ alia ẽ q̃ ꝙ i toto corpore calidissimũ pectus est.Quibus humidi plus inest eoꝝ paulatim crescit ira quia nõ est paratus illis calor:sed motu acqritur.Itaq; pueroꝝ feminarũq; iræ acres magis q̃ graues sunt:leuioresq; dũ inciꝑiunt,Siccis ætãtibus uehemẽs robustaq; ira est.Sed sine incremẽto nõ multũ sibi adiiciẽs:quia inclinaturũ calorẽ frigus insequetur.Senes difficiles & querules sunt.Vt ægri & cõualescẽtes:& quorũ aut lassitudine:aut detractione sanguinis exaustus ẽ calor.In eadẽ cã sunt siti famæq; rabidi:& q̃bus exangue corpus ẽ:maligneq; aliter & deũcit.Vinũ incẽdit iram:quia caloꝝ auget pro cuiusq; natura.Quidã ebrii efferuescũt.qdã saucii.Neq; ulla alia cã est cur iracũdissimi sunt flaui:rubẽteq; q̃bus talis natura calor est:qualis fieri cæteris intra irã solet,Mobiles enĩ illis agitatusq; sanguis est. Sed quẽadmodũ natura quosdã ꝓcliuos in irã facit:ita multæ incidunt causæ quæ idẽ possint qd natura.Alios morbus aut iniuria corporũ in hoc ꝓduxit:alios labor.& continua puigilia:noctesq; solicitæ:& desideria amoresq;.Quicqd aliud aut corpori nocuit:aut aĩo ægrã mẽtẽ in quærelas parat.Sed ista oĩa initia causæq; sunt.plurimũq; põt cõsuetudo:quæ si grauis ẽ aliud uitiũ alit,Naturã qdẽ mutare difficile est,Nec licet semel mixta nascẽtiũ elemẽta cõuertere.Sed in hoc nocere profuit ut calẽtibus ingeniis subtrahatur uinũ.qd pueris Plato negãdũ putat:& ignẽ uetat igne incitari.Nec cibis quidẽ implẽdi sunt. Distẽdentur enĩ corpora:& animis cũ corpore tumescẽt.Labor illos citra lassitudinẽ exerceat ut minuatur:& nõ ut cõsumatur calor:minimiusq; ille feruor expumet. Lusus quoq; ꝓderũt.Modica enĩ uoluptas laxat aĩos & tẽperat.Humidioribus siccioribus & frigidis nõ est ab ira periculũ:sed maiora uitia metuẽda sunt.Pauor difficultas & desperatio & suspitiones molliẽda itaq; fouẽdaq; talia igenia:& in letitia euocãda sunt.Et quia aliis cõtra iram aliis contra tristitiã remediis utendũ ẽ.Nec dissimilibus tãtũ ista:sed cõtrariis curãda sunt.Sẽper ei occurremus qd' increuerit.Plutimũ inq̃ ꝓderit pueros statim salubriter instituisse.Difficile autẽ regimen est. quia dare debemus operã ne aut irã in illis nutriamus:aut indolẽ rẽtũdamus.Diligẽti observatiõe res indiget.Vtq; enĩ & qd' extollẽdũ:& quod depræmẽdũ est:similibus aliter.Facile antẽ etiã attendentẽ similia decipiũt.Crescit licẽtia spiritus:seruitutẽ cõminuitur.Assurgit si laudatur:& in spẽ sui bonã adducitur.Sed eadẽ ista insolẽtiã & iracũdiã genetãt.Sic itaq; inter utrũq; regẽdus est:ut modo frenis utatur:modo stimulis.nihil humile:nihil seruile patiatur.Nunq̃ illi necesse sit rogare simpliciter:nec prosit rogasse:potius causæ suæ & prioribus factis & bonis in futurũ ꝓmissis donetur,In certaminibus æqualiũ nec uinci illũ patiamur:nec irasci.Demus operã ut familiaris sit hic cũ q̃bus cõtendere solet:ut in certamine assuescat nõ nocere uelle sed uincere.Quotiẽs superauerit:& dignũ aliqd laude fecerit:attolli nõ gestire patiamur.Gaudiũ enim exultatio:exultationẽ tumor:& nimia extimatio sui seqtur.Dabimus aliquod laxamẽtũ.In desidiã uero ociumq; nõ resoluemus: & procula cõtactu delitiarũ retinebimus Nihil enĩ magis fecit iracũdos q̃ educatio mollis & blanda,Ideo unicis quo plus indulgetur:pupillisq; quo plus licet:corruptior animus est.Non resistet offensis cui nihil unq̃ negatũ ẽ:lachrymas solicita semp mater abstergit:cui de pedagogo satisfactũ ẽ Nõ uides ut maiorẽ quamq; fortunã maior ira comitetur.In diuitibus nobilibusq;:& magistratibus præcipue apparet:cũ quicqd leue & inane in aĩo erat:secunda se aura sustulit.Fœlicitas iracundiã nutrit:ubi aures superbas assentatoꝝ turba circũstetit:tibi enim ille respõdeat:nõ pro fastigio tuo metiris:ipse te proiicis q̃bus uix sane & ab initio bene fundate mẽtes restiterũt. Longe itaq; ab assentatione pueritia remouẽda est. Audiat ueꝝ & timeat interim uereatur:semp maioribus assurgat.Nihil per iracundiã exoret.Quod flenti negatũ fuerat quieto afferatur:& diuitias parẽtũ in cõspectu habeat nõ i usum.Exprobẽtur illi perperã facta.Pertinebit ad rẽ:præceptores, pedagogosq; pueris placidos dari.Proximis applicatur oẽ qd' tenerũ est:& in eorũ similitudinẽ crescit.Nutritiũ & pedagogorũ retulere mox in adolescẽtia mores.Apud Platonẽ educatus puer:cũ ad parẽtes latus esset:uociferatẽ uideret patrẽ.Nunq̃ inqt apud Platonẽ uidi.Nõ dubito quin citius patrẽ q̃ Platonẽ imitatus sit,Tenuis ante oĩa uictus:& nõ preciosa uestis:& similis cultus cũ equalibus nõ iratscetur:aliquẽ sibi cõparati quẽ ab initio multis parẽ fecerit.Sed hæc ad liberos nostros ptinẽt i nobis qdẽ sors nascẽdi & educatio:nec uitii locũ nec iã ꝓcepti hꝫ, Sequẽtia ordinãda sũt Cõtra ꝓmas itaq; cãs pugnare debemus.Cã aũt iracũdiæ opino iniuriæ ẽ:cũ nõ facile credẽdũ ẽ.nec aptis qdẽ manifestisq; statim accidendũ est.Quædã enĩ falsa:ueri speciẽ ferunt.Dandũ semp est tempus.Veritatem enim dies aperit.Ne sint aures criminãtibus faciles.Hoc humanæ naturæ uitiũ suspectũ:no-

tumq; nobis sit. Quodq; inuiti audiamus: libēter credimus: & anteq; iudicemus irascimus. Quodq; nō criminationibus tantū: sed suspitionibus impellimur: & ex uultu risuq; alieno peiora interpretanti innocētibus irascimur: Itaq; agenda cōtra se causa absentis: & in suspēso ira retinenda. Potest enī pœna dilata exigi: nō potest exacta reuocari. Notus est ille tyrannicida: [illegible] to opere comprehēsus: & ab imperio tortus ut cōscios indicaret: circūstantes amicos tyranni nominauit: quibus q̄ maxime charam salutē eius sciebat. Et cū ille singulos ut nominati fuerant occidi iussisset: interrogauit pro antiquis: & quis supereſſet? Tu inquit solus: neminē enim aliū cui charus esses reliqui: efficit ira ut tyrannus tyrānicidæ manus accōmodaret: & presidia sua gladio suo cederet. Quanto animosius Alexādet: qui cū legisset epistolā matris qua admonebatur: ut a ueneno Philippi medici caueret: acceptā potionem nō ueritus bibit: plus igitur de amico suo credidit: dignus fuit qui innocentem haberet: dignus qui faceret: Hoc ergo magis in Alexādro laudo: quia nemo tam obnoxius iræ fuit. Quo maior autem moderatio in regibus: hoc laudāda magis est. Fecit hoc: &. C. Cæsar ille qui victoria ciuili: clemētissime usus est. Cū sententiā deprehendisset epistolarum ad Pompeium missarū ab his qui uidebātur: aut in diuersis: aut in neutris fuisse partibus cōbussit: q̄uis immoderate soleret irasci maluit tamē nō posse. Gratissimū putant genus ueniæ: nescire quod quisq; peccasset: plurimū mali crudelitas facit: Sed ne audiendū quidē est: quoniam quibusdā rebus satius est decipi q̄ diffidere. Tollenda ex animo suspicio & cōiectura: fallacissima irritameta. Ille me parum humane salutauit. Ille osculo meo nō adhæsit. Ille inchoatum sermonē cito arrupit. Ille ad cœnam nō uocauit. Illius uultus aduersior uisus est. Nō deerit suspitionis argumentatio. Simplicitate opus est: & benigna rerū extimatione. Nihil enim qd in oculos icorret manifestūq; erit credamus. Et quotiens suspitio nostra uana apparuerit: obiurgemur crudelitatem. Hec enim castigatio cōsuetudinem efficiet non facile credendi.

Nde illud sequitur: ut minimis sordidisq; rebus non exacerbemur. Parū agilis est puer: aut u tepidior aqua potui erogata: aut turpatus thorus: aut mēsa negligētius posita. Ad ista cōcitari insania est: & ægræ: & infœlicis ualitudinis est: quē leuis aura cōtraxit. Affecti oculi quos cādida uestis obturpat Dissolutus delitiis cuius latus alieno labore condoluit. Mindē aiunt fuisse ex Imbarū ciuitate: qui cū uidisset fodientē: & alterius raſtrū alleuantē lassum se fieri: questus uetuit illud opus in cōspectū suo facere: bilem habere sæpius questus est q̄ soliis roscē duplicati incubuisset. Vbi animum simul & corpus uoluptates corrupere: nihil tolerabile uidetur: non quia dura sed quia molles patimur. Quid enim est cur tussis alicuius: aut sternutamētum: aut musca parū curiose fugata nos in rabiē agat: aut obuersatus canis: aut clauis negligētis serui manibus elapsa. Feret ista æquo aīo ciuile cōuitiū. & i gestā & in cūtione curiaue maledicta. cuius aures tracti subsellii stridor offendit. Perpetietur hic famē: & æstiuæ expeditiōis sitim: q̄ puero male diluēti nucē irascitur: Nulla itaq; res magis iracūdiā alit q̄ luxuria. Intēperās & īpatiēs dure cōtractādus aius ē: ut ictū nō senti at nisi grauē. Irascimur aut his a qb⁹ nec accipere iniuriā potuimus aut his a qbus iniuriā accipe posuimus. Ex prioribus quædā sine cōsensu sunt: ut librū quē minutioribus litteris scriptū sæpe proiecimus: & mēdosum lacerauimus: ut uestimenta quæ quia displicebant scindimus. His irasci q̄ stultum est: quæ iram nostrā nec meruerūt nec sentiunt: sed nos offendunt uidelicet qui illa fecerūt. Primum sæpe anteq̄ hoc apud nos distinguamus irascimur. Deinde fortasse ipsi quoq; artifices excusationes iustas afferent: Alius nō potuit melius facere q̄ fecerit: nec ad tuam contumeliā parum dixit. Alius non in hoc ut te offenderet fecit. Ad ultimū quid est dementius qua bilem in homines collectā: in res effundere. At qui ut his irasci demētis est quæ anima carēt: & sic mutis animalibus q̄ nullam iniuriā si a cōsilio profectā. Nocere itaq; bonis possunt: ut ferrū aut lapis: iniuriā quidē facere non possunt. Atqui contēni se quidē putant: ubi equi idem obsequētes: alteri equiti: alteri contumaces sint tanq̄ iudicio nō cōsuetudine & arte contractād. Quædā quibusdam subiectiora sunt. At qui ut his irasci stultū est: ita pueris a puerorū prudentia non multū distātibus. Omnia enim ista peccata apud æquū iudicem pro innocētia habent imprudentiā. Quædā sunt quæ nocere nō possunt: nullamq; uim nisi beneficā & salutarem habent. Vt dii immortales qui nolunt obesse nec possunt. Nā enim illis nitis & placida est: tam longe remota ab aliena iniuria q̄ a sua. Demētes itaq; & ignari ueritatis illis imputāt seuitiam maris: immodicas imbres: pertinaciā hyemis. Cum interim nihil horum quæ nobis nocent prosuntq; ad nos proprie dirigātur. Nō enim nos cū mundo sumus hyemem æstatēq; referēdi: suas ista leges habent quibus diuina exercētur. Nimis nos suspicimur si digni nos uidemus ꝓpter quos tanta moueātur. nihil ergo horū in nostra iniuria fit: imo cōtra. Nihil parēteſq; & ꝓceptores & iudices: quoꝝ castigatio sic accipiēda ē: quomodo scalpellū & abstinētia: & alia q̄ ꝓsutura torquēt. Affecti sum⁹ pœna. Succurrat nō tātū qd patiamur sed qd fecerimus i cōsiliū de uita mutant. Si uero ueꝝ ipsi dicere nobis uoluerimus: pluris litē nr̄am extimabimus. Si uolumus æq oium reꝝ iudices eē: hoc primū nobis suadeamus: Neminē nr̄umeē sine culpa. Hinc. n. maxia īdignatio oritur nihil peccaui: nihil feci: imo nihil feceris. Indignamur aliq̄ admonitiōe aut coertione nos castigatos: cū illo ipso tpe peccemus quo adiicimus malefactis arrogātiā & cōtuma

ciam. Quis est iste qui se profitetur omnibus legibus innocētē? ut hoc ita sit q̄ angusta innocētia est ad legem omne bonum q̄ latius officiorum patet: q̄ iuris regula: q̄ multa pietas humanitas: liberalitas: iustitia: fides exigunt. Quæ omnia extra publicas tabulas sunt: Sed ne ad illam quidem artissimā innocentiæ formulam præstare nos possumus: alia fecimus: alia cogitauimus: alia optauimus: aliis fauimus. In quibusdā innocentes sumus: quia non succesſit. Hoc cogitantes æquiores sumus: delinquentibus credamus: obiurgantibus ntiq; nobis ne irascamur. Cui enim non si nobis quoq; minime diis. Non enim illorū sed lege mortalitatis patimur quicquid incōmodi accidit. At morbi doloreſq; incurrunt, utiq; aliquo fugiendū est: domiciliū putre sortitis dicetur. Aliquis male de te locutus: cogita an prior feceris: cogita de q̄ multis loquaris. Cogitemus inq̄ alios non facere iniuriam sed reponere. Alios per nos facere. Alios coactos facere. Alios ignorantes: & eos qui uolentes scienteſq; faciunt: ex iniuria nostra: nō ipsam iniuriam petere aut dulcedine urbanitatis prolapsus est. Aut fecit aliquid non ut nobis obesset: sed quia cōsequi ipse non poterat: nisi nos repulisset. Sæpe adulatio dum blanditur offendit. Quisquis ad se retulerit quotiens ipse in suspitionē falsam inciderit: q̄ multis officiis suis fortuna speciē iniuriæ induerit: q̄ multos post odium amare cœperit: & potetit nō statim irasci utiq; si sibi tacitus ad singula quibus offenditur dixerit. Is qui nullius non uxorē concupiscit: & satis iustas causas putat amandi: quod aliena est. Idē uxorē suā aspici nō uult: & fidei acerrimus exactor est perfidus: & mendacia prosequitur ipse periurus: & litē sibi inferri ægerrimæ calūniator patitur: Pudicitiam seruorū suorū attentari non uult, qui non pepercit suæ. Aliena uitia in oculis habemus: a tergo nostra sunt. Inde est q̄ tēpestiua filii conuitia pater deterior filio castigat. Nihil alienæ luxuriæ ignoscit: qui nihil suæ negauit: & homicidæ tyrannus irascitur: & punit furta sacrilegus. magna pars hominū est quæ non peccatis irascitur: sed peccātibus: Facier nos moderatiores respectus nostri: si cōsulerimus nos. Nunquid & ipsi aliqd tale cōmisimus? Nunquid sic erraui mus? Expedit ne nobis ista dānare. Maximum remediū est iræ mora. Hæc ab illo pœnæ initio nō ut ignoscat: sed ut iudicet: desinet si expectat. nec uniuersam illam tentabis tollere. graues habet impetus primos. tota uincetur. dum partibus carpitur.

X his quæ nos offendūt: alia renūciantur nobis: alia ipsi audiuimus aut uidemus. De his q̄ e narrata sunt non debemus cito credere. Multi ementiūtur ut decipiāt: multiq; decepti sunt.

Alius crimināte gratiam captat: & fingit iniuriā: ut uideatur doluisse factam. Aliquis malignus & qui amicitias cohærentes diducere uult. Est suspicax & qui spectare ludos cupiat: & ex longinquo tutoq; speculatur quos collisit. de paruula summa iudicaturo tibi res sine teste non probaretur: Testis sine iureiurādo nō ualeret. Vtriq; parti dares actiones: dares tempus. nō semel audires. Magis enim ueritas elucet. quo sæpius ad manū uenerit. Amicū condemnas de præsentibus anteq̄ audias: anteq̄ interroges: anteq̄ illi aut accusatorē suū nosse liceat aut crimen: irasceris. Iam uerum iamq; quod utriq; diceretur audisti. Hic ipse qui ad te detulit desinet: de re si probare debuerit. Nō est inquit q̄ me protrahas. Ego productus negabo. Alioquin nunq̄ tibi dicā. Eodem tēpore & instigat & ipse se certamini & pugnæ subtrahit. Qui dicere tibi nisi clam non uult: pene nō dicit. Quid ē iniquius q̄ secreto credere: palam irasci. Quorundā ipsi testes sumus. In his naturā excutiemus uoluntatemq; facientiū. Puer est: ætati donetur: nescit an peccet. pater est: aut tantum prosunt: ut illi cū iniuria eius sit: an fortasse ipsum hoc meritū eius est quo offendimur. Mulier est: errat. Iussus est necessitati nisi iniquus succesſit læsus est. Non est iniuria pati q̄ prior feceris. Iudex est plus illius credas sententiæ qui tuæ. Rex est: si nocentē punit cede iustitiæ: si innocentē cede fortunæ: Mutū animal est: aut simile muto: imitaris illud si irasceris. Morbus est aut calamitas leuius transiliet sustinētem: deus est tam perdis operam cum illi irasceris q̄ cum illū alteri præcaris iratū. Bonus uir est qui iniuriam fecit: noli credere. Malus noli mirari: dabit pœnas alteri quas dedit tibi: etiā sibi dedit qui peccauit. Duo sunt: ut dixi: quæ iracundiā concitant: Primū si iniuriā uidemur accepisse: de hoc satis dictū est. Deinde si inique accepisse: de hoc dicendū est. Iniqua quædā iudicaui hoies: quia pati non debuerunt: quædā quæ non sperauerint. indigna putauimus quæ inopinata sunt. Itaq; maxime cōmouent quæ contra spem expectationēq; euenerunt. Nec aliud est quare in domesticis minima offendant. In amicis iniuriā uocemus negligentiā. Quomodo ergo inquit inimicorū nos iniuriæ mouent? quia non expectauimus illas: aut certe non tantas. hoc efficit amor noster nimius iniolatos nos etiā inimicis iudicamus esse debere. Regis quisq; intra se animū habet. & licētiam sibi dari uelit in se nolit alteri. Aut ignorantia nos itaq;: aut insolentia iracūdos facit. Ignorantia rerum? Quid enim mirū est malos mala facinora ædere? Quid noui est: si inimicus nocet? Amicus offendit: filius labitur: seruus peccat: Turpissimā iactabat Fauius Imperatori excusationē eē: nō putaui. Ego turpissimā hoī puto. Oia puta. Specta eū i bonis moribus aliqt exisset aspius. Fert humana natura insidiosos aios: fert ingratos: fert cupidos: fert impios. Cū de moriḃ unius iudicabis: de publicis cogita. Vbi maxime gaudebis: maxime metues. Vbi tranqlla tibi oia uidētur: tibi nocitura nō defūt: sed qesciūt. Semp futuꝝ aliqd qd te offēdat existima. Gubnator nunq̄ ita tutos sinus explicuit securus: ut nō expedite ad cōtrahēdū armamēta disponeret. Illud ante oia cogita fœdā eē & execrabilē uim nocendi. & alienissimā homini cuius beneficio etiā sæua mansuescūt. Aspice elephantorū iugo col

la submissa:taurorum pueris pariter ac feris persultantibus terga impune calcata:& repetes intra pocula sinusq; innoxio lapsu dracones & intra domum ursorum leonumq; ora placida tractantibus adulantibusq;.Non ergo feras pudebit cum animalibus permutasse mores.Nefas est uocere patriæ ergo cuiq;.Nam hæc pars patriæ est.Sanctæ partes sunt:si uniuersum uenerabimur ergo & homini.Nam hic in maiore tibi urbe ciuis est.Quid si nocere uelint manus pedibus? manibus oculi? ut omnia inter se membra consentiunt:quia singula seruari potius interest.Ita homines singulis parcent: quia ad cœtum geniti sunt.Salua autem esse societas nisi amore & custodia partium nō potest.Ne uiperas quidem & natricem:& siqua morsu aut ictu noceant effugeremus:si in reliqua mansuefacere possemus aut efficere:nec nobis aliisue periculo essent.Ergo ne homini quidē nocebimus quia precauit:sed ne peccet.Nec unq; ad præteritum sed ad futurum pœna transfertur.Non enim irascitur:sed cauet.Nam si puniendum est cuiq; paruum maleficiumq; ingenium est:pœna neminem excipiet.At enim ira habet aliquam uolūtatem.& dulce est dolorem reddere Minime.Non enim ut in beneficiis honestum est merita meritis repensare:& iniuria iniuriis.Illic uinci turpe est.Hic uincere.Inhumanum uerbum est:& quidem pro iusto receptum:ultio & talio nō multum differt nisi ordine:qui dolore regitur tantum exculatius peccat.M.Catonem ignorans in balneo quidam percussit imprudens.Quis enim illi sciens facere iniuriam? Postea satisfacienti Cato non memini inquit percussum me.Melius putauit non agnoscere q; uindicare.Nihil inquis illi post tantam petulantiā mali factum est.Immo multum boni cœpit Catonem nosce re.Magni animi est iniurias despicere. Vltionis contumeliosissimum genus est non esse uisum dignum ex quo peteretur ultio.Multi leues iniurias despicere altius sibi dimisere dū uindicant.Ille magnus & nobilis est qui more magnæ feræ latratus minutorū canum securus exaudit.Minus inquit contemnemur si uendicauerimus iniuriam si tanq; ad remediū uenimus sine ira.Veniamus non quasi dulce sit uindicari:sed quasi utile

De simulanda iniuria.

Aepe autem satius fuit dissimulare q; ulcisci:potentiarum iniuriæ hilari uultu non patien
ter tantum ferendæ sunt.Facient iterum si se fecisse crediderint.Hoc habent pessimum: animi magna fortuna insolentes quos læserunt oderunt.Notissima uox est eius qui in cultu regum consenuerat.Cum illum quidam interrogaret:quoniam rarissimam rem in aula consecutus est.Iniurias inquit accipiendo & gratias agendo de ipsis sæpe adeo iniuriam uindicare non expedit:ut ne fateri quidem expediat.C.Cæsar pastoris splendidi equitis romani filium cum in custodia habuisset:immundiciis eius & incultioribus capillis offensus rogantr patre:ut salutem sibi filii concederet quasi de supplicio eius admonitus:ad mortem duci protinus iussit.Ne tamen omnia inhumanæ faceret aduersum patrem ad cœnam illū inuitauit eo die:uenit pastor nihil uultu eius exprobante propinauit illi Cæsar heminam:& posuit illi custodem:perdurauit miser:nō aliter q; si filii sanguinem biberet.Vnguentum & coronas misit:& obseruare iussit an sumeret.Sum psit eo die quo filium extulerat.Iacebat conuiua centesimus:& potiones uix honestas natalibus liberorum podagricus:senex hauriebat:cum interim non lachrymas emisit:nec dolorem aliquo signo erumpere passus est.Cœnauit tanq; pro filio exorasset:Quæris q; re? Habebat alterum.Quid ille Priamus non dissimulauit iram:& regis genua complexus est? Funestam perfusamq; cruore filii manum:ad os suum retulit & cœnauit:sed tantum sine unguento:sine coronis:& illum hostis senissimus multis solatiis ut cibum caperet hortatus est:non ut pocula ingentia super caput posito ca stode siccaret:contempsisset romanum patrem sibi timuisset.Nūc iram compescuit pietas.Dignus fuit in eum permitteret a conuiuio ad ossa filii legenda discedere.Ne hoc quidē permisit benignus Interim & comis adolescens propitiationibus senem crebris ut cura leniretur admonens lacesse bat.Contra ille se lætum & oblitum quid eo esset actum die predixit.Periret alter filius si carnifici conuiua non placuisset.Ergo ira abstinendum est siue par est qui lacessendus est:siue superior:siue inferior.Nam cum pare contendere anceps est.Cum superiore furiosum.Cum inferiore sordidū: Pusilli hominis & miseri est repetere mordentem:ut mures & formicæ:ad quas si manum admoueris ora conuertant.Imbecilla se lædi putant si tangūtur.Faciet nos mitiores si cogitauerimus q; aliquando nobis profuit ille cui irascimur:& meritis offensam redimere.Illud nobis occurrat quantū commendationis nobis allatura sit clementiæ fama.& q; multos uenia amicos utiles fecerit.Ne iracamur inimicorum & hostium liberis.Inter syllanæ crudelitatis exemplar est quod a.R.P.liberos proscriptorum submouit.Nihil est inquius q; aliquem hæredem paterni odii fieri.Cogitemus quotiens ad ignoscendum difficiles erimus:an expediat omnes nobis inexorabiles esse. Quā sæpe uenia qui negauit petit: q; sæpe pedibus eius aduolutus est:quem suis repulit.Quid est gloriosius q; iram amicitia mutare? quos Po.Ro.feliciores habet socius fidelioresq; q; uictoribus? Irascetur aliquis.Tu contra:beneficiis prouoca.Cadit statim simultas ab altera parte deserta nisi pariter non pugnat:sed si utrinq; certabit ira cōcurritur:Ille est melior qui prior pedē ab ira retulit.Victus ē q; uicit pcussit te.Recede.Referēdo eni:& occasionē sæpius feriēdi dabis:& excusationē nō poterit reuelli cū uolet.Nunq; uelit q̄q; tā grauiter hostē ferire:ut relinq̄t manū i uulnere:& se ab ictu reuocari nō possit.Atq; tale ira telū ē:ut uix retrahat.Arma nob expedita,pspicim⁹ gladiū cōmodū & habilē.nō

ustabimus impetus animi his graues magis furiosos & irrecabiles. Ea demum uelocitas placet quæ ubi iussa est uestigium fixit:nec ultra destinata percurrit:& quæ flecti & a cursu ad gradum reduci potest. Aegros scimus neruos esse:ubi inuitis nobis mouētur.Senex autē infirmi corporis est: qui cū ambulare uult currit. Animi motus eos putemus sanissimos ualidissimoq; q nostro arbitrio ibūt nō suo ferentur.Nihil tam æque profuit:q̄ primū intueri deformitatē rei:deinde periculū.Nō est ullius affectus facies turbatior:pulcherrima ora fœdauit:tortos uultus ex trāquillissimis reddit. Linquit decor omnis iratos:etiam si amicius illius irati compositus sit ad legē:retrahent uestē:omnemq; curam sui effundent.Si capillorū natura uel arte iacentium nō informis est habitus:cum in animo inhorrescūt & tumescunt uenæ.Concutietur crebro spiritu pectus:rabida uocis eruptio colla distendit.Tunc artus turbidi inquietæ manus totius corporis fluctuatio.Quidem intro putas eē animum:cuius extra imago tam fœda est? Quanto illi intra pectus terribilior uultus est:acrior spiritus:intensior impetus rupturus se nisi eruperit:Quales sunt hostium uel ferarū cæde madentiū:aut ad cædem euntiū aspectus.Qualia poetæ inferna monstra finxere:succincta serpēbus & igneo flatu.Quales ad bella excitanda:discordiamq; in populos dirimendā.pacemq; lacerandam deterrime inferum exeunt furiæ.Talē nobis iram figuremus:flammā:lumina ardentia:libilo:mugituq;:& gemitu:& stridore:& siqua his inuisior uox est perstrepentē tela manū utranq; quatientem Neq; enim illi tegere secura est toruam cruētamq; & cicatricosam ex uerberibus suis hirudam incessu suæ famei effusam:multa caligine incursitantē:uastantē:fugantemq;:& omnium odio laborantem:sui maxime si aliter nocere non possit:terras:maria:cælum ruere cupientem infestam pariter inuisamq;.Vel si uidetur qualis sit apud uates nostros.Est sanguineū quatiens dextra letiq; flagellum.Aut scissa gaudens uadit discordia palla.Aut si magis dira facies excogitari diri affectus potest.Quibusdā: ut ait Sestius:iratis profuit aspexisse speculū.perturbauit illos tanta mutatio sui:uelut in rem præsentē adducti non agnouerūt se.& quantulū ex uera deformitate imago illa speculo repercussa recidebat animus si ostendi:& si in ulla materia per lucem posset intuentes nos confunderet.At maculosus; æstuas & distortus & timidus.Nunc quoq; tanta deformitas eius est per ossa carnesq;:& tot impedimenta effluens.Quid si nudus ostenderetur speculo qui neminem detentum ab ira credit.Quid ergo qui ad speculū uenerat:ut se mutaret iam mutauerat.Iratis quidem nulla est formosior effigies q̄ atrox & horrida:qualesq; esse etiam uideri uolunt.Magis illud uidēdum est q̄ multis ira per se nocuerit.Alii nimio feruore rupere uenas:& sanguinē supra uires elatus clamor ægescit:& luminum suffudit aciem.In oculos uehementius humor ægestus:& in morbos ægri recidere:nulla celsior ad insaniam uia est.Multi itaq; continuauerunt iræ furorē:nec q̄ expleuerant mentē unq; receperunt: Atacem in mortem ægit furor:in furorē ira:mortem liberis:ægestatē sibi:ruinam domui imprecātur.& irasci se negant:nō minus q̄ insanire furiosi.Amicissimis hostes:uitandiq; charissimis.Legē nisi quam nocent immemores ad minima mobiles.Non sermone:nō officio adiri faciles.Per omnia uim gerunt.gladiis & pugnare parati:& incumbere.Maximum enim malum illos cœpit:& omnia exuperans uitia.Alia paulatim uitia.Alia intrant repentina & uniuersa uis eius est:omnes deniq; alios effectus sibi subiicit.Amotē ardentissimū uincit.Transfoderunt itaq; amata corpora & in eorum quos occidunt & tacuere complexibus.Auaritiā durissimū malum minimumq; flexibile ira calcauit.Adapta opes suas spargere:& domui rebusq; in unum collatis inicere ignem.Quid non ambitiosus? Magno extimata ira proiecit.Insignia honorem q; delatum depulit:Nullus affectus est in quem non ira dominetur.

Lucii Annei Senecæ ad Nouatum Liber tertius de Ira.

Vod maxime desiderasti Nouate nunc facere:tentabimus iram excidere animis:aut certe refrenare:& impetus eius inhibere.Id aliquando palam aperteq; faciendum est: ubi minor uis mali patitur.Aliquando ex occulto:ubi nimium ardet:omniq; impedimento exasperatur & crescit.Refert quantas uires quamq; integras habeat:Vtrum ne uerberāda & agenda sit:an credere ei debeamus? dum tempestas prima desæuit.ne remedia ipsa secum ferat.Consiliū pro moribus cuiusq; capiendū erit.Quosdam enim preces uincūt. Quidam insultant instantq; submissis.Quosdā terrendo placabimus.Alios obiurgatio.Alios confessio:Alios pudor cœpto deiecit.Alios mora lētum præcipitis mali remediū:ad quod nouissime descendendum est.Cæteri enim affectus dilationem recipiunt:& curari tardius possunt.Hæc incita & seipsam rapiens uiolentia:non paulatim procedit:sed dum incipit tota est.Nec aliorum more uitiorū solicitat animos:sed abducit & impotētes sui:cupidosq; uel cōmunis mali exagitat.Nec in ea tantum in quæ destinauit:sed in occurentia obitus fuit.Cætera uitia impellunt animos:ira præcipitat.Cæteris etiam si resistere contra affectus suos non licet:aut certe affectibus ipsis licet stare:hæc nō secus q̄ flumina,pcellæq;:& si qua alia irreuocabilia sunt:quia nō eunt;sed cadūt:uim suā magis ac magis tēdit.Alia uitia a ratione hæc a sanitate desiliit.Alia accessus lenes habēt:& incremēta sallētia:in irā deiectus animo ē.Nulla itaq; resurget magis attonita::& uires suas,pna.& siue successit supba:siue frustra insana:ne repulsa qdē i tediū acta ubi aduersarū fortuna subduxit i seipsa morsus suos uertit.Nō refert q̄tū sit ex quo resurrexerit.Ex leuissimis eni i maxia euadit.Nulla trāsit ætatē

Nullum hominū genus excipit. Quædā gentes beneficio ægestatis non nouere luxuriā. Quædam quia exercitæ & uagæ sunt effugere pigriciā: quibus incultus mos agrestisq; uita est. Circūscriptio ignota est: & fraus & quodcunq; in foro malum nascitur: Nulla gens est quam non ira instiget: tam inter Graios q̄ barbaros potens. Non minus pernicioſa leges moriuentibus quibus iura distinguit modus uirium denicq; cæteta singulos corripiunt: hic unus affectus est qui interdū publice cōcipitur. Nunq̄ uniuersas populus fœminæ amore flagrauit. Nec in pecuniam aut lucrū tota ciuitas spem suam misit. Ambitio uirium omnes occupat. Impotētia non est malū publicum. Sæpe in iā uno agmine itum est: uiri: fœminæ: senes: pueri: principes: uulgusq; consensere. & tota multitudo paucissimis uerbis concitata ipsum concitatorem anteceſſit. Ad arma protinus igneſq; discursum est: & indicta finitimis bella aut gesta cum ciuibus. Totæ cū stirpe omni crematæ domus: & modo eloquio fauorabilis: habitus in multo honore iram suæ concionis excepit. In Imperatorē suum legiones pila torserunt: discedit plebs tota cum pluribus: publicum consilium senatus: non expectatis delectibus: nec nominato Imperatore subito iræ suæ duces legit: ac per tecta urbis: nobiles consectatus uiros suppliciū manu sumpsit. Violat legationes rupto iure gentium. Rabieſq; infanda ciuitatē tulit. Nec datū tempus quo resideret tumor publicus: sed deductæ protinus classes: & oneratæ tumultuario milite. Sine more sine auspiciis populus ductu iræ suæ egressus: fortuita raptaq; pro armis gessit: Deinde magna clade temeritatē audacis iraseluit. Nic barbaris forte uiuentibus in bella exitus est: cum mobiles animos species iniuriæ pertulit aguntur statim: & qua dolore traxit ruinæ modo regionibus incidunt incompositi: intenti: incauti pericula appetentes sua: gaudent ferri: & instare ferro: & tela corpore urgere: & per suum uulnus exire. Non est inquis dubium quin magna ista & pestifera sit uis. Ideo quemadmodū sanari debeat monstra. At qui ut in prioribus libris dixi: stat Aristoteles defensor iræ: & uetat illa nobis execari. Calcar ait esse uirtutis. Hac erepta inermem animū & ad conatus magnos pigrum: & inermēq; fieri. Necessariū est itaq; editatē eius: ac feritatem coarguere: & ante oculos ponere quantum monstri sit homo in hominem furens: quā toq; impetu ruat. non sine pernitie sua pernitioſus: & ea deprimens quæ mergi nisi cum mergente non possunt. Quid ergo sanum hunc aliquis uocat: qui uelut tempestate correptus non it sed agitur: & furenti malo seruit? Nec mandat ultionē suam: sed ipse eius exactor: animę simul ac manu iæ uit. Charissimorū eorumq; mox amissa flecturus est carnifex. Hunc aliquis affectum uirtuti adiutorem comitemq; dat. consilia sine quibus uirtus gerit nihil obturbātē. Caducæ sinistræq; sunt uires: & in malum suū ualidæ in quas ægrum morbus & accessio erexit. Non est ergo q̄ me putes tēpus in superuacuis consumere q̄ iram quasi dubiæ apud omines opinionis sic in infamen: cum aliquis sit. Et quidem de illustribus philosophis qui illi indicat operas: & tanq̄ utilem ac spiritus subministrantem in prælia in actus rerum ad omne quodcunq; calore aliquo gerendum est nocet. Ne quē fallat tanq̄ aliquo tēpore aliquo loco profutura. Ostendēda est rabies eius effrenata & attonita: apparatusq; illi reddendus est suus eculeus & fidiculæ: & ergastula: & cruces: & circundati defossis corporibus ignes: & cadauera quoq; trahens uncus: uaria uinculorum genera: uaria pœnarū: lacerationes membrorū: inscriptiones frontis: & bestiarū immanium cauernæ. Inter hæc instrumenta collocetur ira: dirum quiddam atq; horridū strides omnibus per quæ fuerit deterior: ut de cæteris dubiū sit: nulli certe affectui peior est uultus: quē in prioribus libris descripsimus: asperum & acré. Et nūc subito reuerſo sanguine fugatoq; pellantem: nunc in os omne calore ac spiritu uerſo subrubicūdū & similem cruento: uenis tumentibus oculis nunc tepidis & exilientibus. Nunc in uno obtutu desixis & hærentibus. Adiice nunc dentium inter se arietatorum: & aliquem esse cupientiū non alium sonum q̄ est apris, tela sua attritu accuentibus: Adiice articulorum crepitū cum se ipse manus frangunt: & pulsatū sæpius pectus anhelitus: crebros tractosq; altius gemitus: instabile corpus: incerta uerba: subitis exclationibus trementia: labra interdūq; complexa: & dirum quiddam exhibilantia. Ferarum mehercules siue illas fames exagitas: uel infixum uiſceribus ferrum: minus tetra facies est: etiam cum uenatorem suum semianimes morsu ultimo petunt: q̄ hominis ira flagrantis. Age si ex audire uoces ac minas uacet: qualia excarnificati animi uerba sunt nonne reuocare se quisq; ab ira uolet cum intellexerit illam a suo primum malo incipere. Non uis ergo admoneā eos qui irā summa potentia exercent: & argumentū uirium existimant: & in magnis magnæ fortunæ bonis ponūt paratam ultionē q̄ non sit potens immo nec liber quidem dici possit: iræ suæ captus? Non uis admoneam quo diligentior quisq; sit & ipse se circunspiciat: alia animi mala ad pessimos quosq; pertinere iracundiam etiam eruditis hominibus & in alia sanis irripere? adeo ut quidā simplicitatis iudicium iracundiam dicāt: & uulgo credatur facilimis quisq; huic obnoxius. Quorsus inquis hoc pertinet? Vt nemo se iudicet tutum ab illa cum lentos quoq; natura & placidos in fœuitiā ac uolentiam euocet. Quemadmodū aduersus pestilentiam nihil potest firmitas corporis: & diligens ualitudinis cura. Promiscue enim imbecilla robustaq; inuadit. Ita ab ira tam inquietibus moribus periculum est: q̄ compositis & remissis quibus eo turpior ac periculosior est: quo plus in illis mutat. Sed cum primū sit non irasci. Secundum detinere. Tertium alienæ iræ mederi. Dicam primum quemadmodum in iram non incidamus. Deinde quemadmodum ab illa liberemur. Nouissime quemad-

modum irascentem retineamus placemusq;: & ad sanitatē reducamus. Ne irascamur præstabimus: si omnia uitia iræ nobis subinde proposuerimus: & illā bene extimauerimus. Accusanda est apud nos: damnandā perscrutanda eius mala: & in medium protrahenda sunt: ut qualis sit appareat: cōparanda cum [illegible]. Auaritia acquirit & contrahit quo aliquis melior utatur. Ira incendit paucis gratuita est. Iracundus dominus quosdam in fugam seruos ægit: quosdam in mortem quanto plus irascendo q̄ id erat propter quod irascebatur amisit. Ira patri luctum: marito diuortium attulit: magistratui odium: candidato repulsam. Potior est inquam luxuria quoniā illa sua uoluptate fruitur: hæc alieno dolore uincit malignitatem & inuidiam. Ille enim infelicem fieri nolunt: hæc facere. Ille fortuitis malis delectantur: hæc non potest expectare fortunam. Nocere ei quem odit nō noceri uult. Nihil est simultatibus grauius: has ira conciliat. Nihil est bello funestius: in hoc potētium ira corrumpit. Cæterum etiam illa plebeia ira: & priuata: inerme & sine uiribus bellum est. Præterea ira. ut seponamus quæ mox secutura sunt damna: insidias: perpetuam ex certaminibus mutuis solicitudinem dat penas dum exigit. Naturam hominis uitat: Illa in amorem hortatur: hæc in odium. Illa prodesse iubet: hæc nocere. Adiice q̄ cum indignatio eius animi suspecta eueniat: & animosa uideatur: pusilla est & angusta. Nemo enim non eo a quo se contemptum iudicat minor est. At ille ingens animus & uerus extimator sui non iudicat iniuriam: quia non sentit: ut tela a duro resiliunt & cum dolore cedentis solido feriuntur. Ita ulla magnum animum iniuria ad sensum suum adducit. Fragilior eo quod petit. Quanto pulchrius uelut nulli penetrabilem telo: omnes iniurias contumeliasq; respuere. Vltio doloris confessio est. Non est magnus animus quē incurrit iniuria. Aut potentior te: aut imbecillior læsit. Si imbecillior parce illi. Si potentior: tibi. Nullum est argumentum magnitudinis cercius q̄ nihil posse quo instigeris accidere. Pars superior mūdi & ordinatior ac propinqua syderibus: nec in nubem cogitur: nec in tempestatem impellitur: nec uersatur in turbinem: omni tumultu caret: inferiora fulminantur. Eodem modo sublimis animus: quietus semper: & in statione tranquilla collocatus: intra se præmens quibus ira contrahitur: modestus & uenerabilis est & depositus. Quorum nihil inuenies in irato. Quis enim traditus dolori & furens non primam reiecit iniuriam? Quis impetu turbidus & in aliquem ruens non quicquid in se uerecundi habuit abiecit? Cui officiorum numerus aut ordo consistit incitato? Quis linguæ temperauit? Quis ullā partem corporis tenuit? Quis se regere potuit in immensum? Proderit nobis illud Democriti salutare preceptum: quo mōstratur tranquillitas: sine quo priuatim: neq; publice multa: aut maiora uiribus nostris ægerimus. Nunq̄ tam fœliciter in multa discurrenti negocia dies transit: ut non aut ex homine: aut ex re offensio nascatur: quæ animum in iras paret quemadmodum per frequentia urbis loca properanti in multos incursitandum est: & alicubi labi necesse est: alicubi retineri: alicubi aspergi. Ita in hoc uitæ actu dissipato & uago multa impedimenta: multæ querelæ incidunt. Alius spem nostram fefellit: alius distulit: alius intercepit. Non ex destinato proposita fluxerunt. Nulli fortuna tam dedita est. ut multa tentanti ubiq; respondeat. Sequitur ergo ut is cui contra quæ proposuerat aliqua cesserunt: impatiens hominum rerumq; sit. Ex leuissimis causis irascitur: nunc personæ: nūc negocio: nunc loco: nunc fortunæ: nunc sibi. Itaq; ut quietus possit esse animus: nō est iactādus: nec multarum: ut dixi: rerum actu fatigandus: nec magnarum supra uires appetitarum. Facile est leuia aptare ceruicibus: & in hanc aut in illam partem transferre sine lapsu. At qui alienis in nos manibus imposita ægre sustinemus: uicti in proximo effundimus: & dum stamus sub sarcina impares oneri uacillamus. Idem accidere in rebus ciuilibus ac domesticis scias. Negocia expedita & habilia sequūtur actorem. Ingentia & supra mensuram agētis: nec dant se facile: & si occupata sunt præmunt atq; adducunt administrantem: qui non quæ facilia sunt aggreditur: sed uult facilia esse quæ aggressus est. Quotiens aliquid conaberis te simu. & ea quæ paras quibusq; paratis ipse metire. Faciet enim te asperum pœnitentia operis infecti. Hoc interest utrum quis feruidi sit ingenii: aut frigidi: aut humilis. Generoso repulsa iram exprimet: languido inertiq; tristitiam. Ergo actiones nostræ: nec paruæ sint: nec audaces nec improbæ. In uitium spes exeat. Nihil conemur quod mox adepti quoq; succesisse meremur. Demus operam ne accipiemus iniuriam quam ferre nescimus. Cum placidissimo & facilimo & minime obnoxio morosoq; uiuendum est. Sumuntur a conuersantibus mores. Et ut quædam in cōtractis corpore uitia transiliunt: ita animus mala sua proximis tradit. Ebriosus conuictores in amorem uini traxit. Impudicorum cœtus fortemq; & si liceat uirū emollit. Auaritia in proximos uirtus suum transtulit. Eadem ex diuerso ratio uirtutum est: ut omne quod secum habēt mitigent. Nec tam ualitudini profuit utilis regio & salubrius cœlum q̄ animis parum firmis in turba meliore uersari. Quæ res quanto possit intelliges: si uideris feras quoq; conuictu nostro māsuescere. Nulliq; immani bestiæ uim suam permanere si hominis contubernium diu passa est. Recondit omnis asperitas paulatimq; inter placida dediscitur. Accedit huc q̄ non tantum exemplo melior sit: qui cum quietis hominibus uiuit: sed q̄ causas irascendi non inuenit. nec uitium suum exercet. Fugere itaq; debebit omnis quos iraturos iracundia sciet. Qui sunt inquit isti? Multi ex uariis causis idem facturi. Offendet te superbus contemptu: diues contumelia: petulās iniuria: liuidis malignitate pugnax contentione: uentosus & mendax uanitate. Non feres a suspitioso timeri: a per

tinace uinci:a delicato fastidiri.Eligi, simplices:faciles:moderatos:qui iram tuam nec euocent & se rant.Magis adhuc proderunt sumiss, & humani & dulces:non tamen usq; in adulationem.Nam ira cundos nimia assentatio offendit:Erat certe amicus noster uir bonus sed iræ partioris:cui non ma gis erat tutum blandiri q̄ maledicere.Cælium oratorem fuisse iracundissi[illegible]stat.Cum quo ut aiunt cœnabat in cubiculo lectæ patientiæ clients:sed difficile erat illi in crapulam coniecto rixā eius cum quo edebat effugere.Optimum iudicauit quicquid dixisse sequi secundans agere.Nō tu lit Cælius assentientem sed exclamauit.dic aliquid contra:ut duo scimus.Sed ille quoq; q̄ non ira sceretur iratus cito sine aduersario desit.Eligamus ergo uel os potius si conscii nobis iracundiæ su mus:qui uultum nostrum ac sermonem sequantur:Facient quidem nos delicatos:& in malam cō suetudinem inducent:nihil contra uoluntatem audiendi:sed proderit uitio suo interuallū & quie tem dare.Difficilis quoq; & indomiti naturam blandientem feret.Nihil asperum tetrumq; palpan ti est:quotiens disputatio longior & pugnatior erit.In prima resistamus anteq̄ robur accipiat:aut se ipsam cōtētio:& dimissos altius tenet.Facilius est se a certamine abstinere:q̄ abducere.Studia quoq; grauiora iracundis obmittenda sunt:aut certe citra lassitudinem exercenda.Et animus non inter plura uersandus:sed artibus amœnis tradendus.Lectio illum carminum obleuiat & historia fabu lis detineat:mollis delicatiusq; tractetur.Pythagoras perturbationes animi lyra componebat.Quis autem ignorat lituos & tubas concitamenta esse:sicut quosdam cantus blandimenta.quibus mens resoluatur?Confusis oculis prosunt uirentia & quibusdam coloribus infirma acies acquiescit:quo rundam splendore constringitur.sic mentes ægras studia læta permulcent.Forum:aduocationes: iudicia:fugere debemus & omnia quæ exulcerant uitium:æque cauere lassitudinem corporis.Con sumit enim quicquid in nobis mite placidumq; est:& acria concitantur.Ideo quibus stomachus su spectus est:processuri ad res agendas maioris negocii bilem cibo temperent:q̄ maxime mouet fati gatio:siue quia calorem media compellit:& nocere sanguini cursum.q; eius uenis laboratibus sistit siue corpus:quia attenuatum & infirmum incumbit animo.Certe ob eandem causam iracūdiores sunt ualitudine aut ætate fessi.Fames quoq; & sitis ex eisdem causis uitāda est.exasperat enim & in cendit animos.Vetus dictum est.A lasso rixam quæri.Aeque autem & ab esuriente & a sitiēte & ab omni homine quem aliqua res urit.Nam ut ulcera ad leuem tactum:deinde etiam ad suspitionem tactus condolescunt,Ita animus affectus:minimis offenditur:adeo ut quosdam salutatio:epistola: oratio:& interrogatio litem euocent.Nunq̄ sine querela ægra tanguntur.Optimum est itaq; ad pri mum mali sensum mederi:sibi tamen uerbis suis quoq; minimum libertatis dare & inhibere impe tum.Facile est autem affectus suos cum primū oriuntur deprehendere.Morbum signa præcurrunt, Quemadmodum tempestatis ac pluuiæ ante ipsas nota eueniunt:ita iræ amoris omniumq; istarū procellarum animos uexantium sunt quædam prænuncia.Qui comitiali uitio solent corripi:iam aduentare ualitudinem intelligunt:si calor summe deseruit:& incertum lumē neruorumq; tepida tio est:si memoria sublabitur caputq; uersatur.Solitis itaq; remediis incipientem causam occupat: & odore gustuq; quicquid est quod alienat animos repellitur:aut fomentis contra frigus:rigoreq; pugnatur:aut si parum medicina profecit uitauerunt turbam:& sine teste ceciderunt.Prodent mor bum suum nosse:& uires eius anteq̄ spatiētur opprimere.uideamus quid sit quod nos maxime cō citet.Alium uerborum:alium rerū contumeliæ mouent.Hic uult nobilitati suæ:hic formæ suæ par ci.Ille elegantissimus haberi cupit:ille doctissimus.Hic superbiæ impatiens est,hic contumaciæ.Ille seruos non putat dignos quibus irascitur:hic intra domum sæuus:est fortis:mittis.Ille rogari inui diam iudicat:hic non rogari contumeliam.Non omnes ab eadem parte feriuntur.Scire itaq; opor tet quid in te imbecillum sit:ut id maxime protegas.Nō expedit omnia uidere:omnia audire.mul tæ nos iniuriæ transeant:ex quibus pleraq; non accipit qui nescit.Non uis esse iracūdus:ne scis cu riosus.Qui inquirit quid in se dictum sit:qui malignos sermones etiam si secreti habiti sint euertit: se ipse inequitat.Quædam interpretatio eo producit ut uideantur iniuriæ.Itaq; differēda sunt: alia diuidenda:alia donanda.Circunscribenda multis modis ira est.Plæraq; in lusum iocumq; uertan tur.Socratem aiunt colapho percussum nihil amplius dixisse:q̄ molestum esse q; nescirēt homines quando cum galea prodire deberent.Non quemadmodum facta sit iniuria refert:sed quemadmo dum lata.Nec uideo quare difficilis sit moderatio:cum sciam tyrannorum quoq; tumida & fortu nata licentia ingenia familiaremq; sibi sæuitiam repressisse Philistratum certe athenienſium tyran num memoriæ proditur:Cum multa in crudelitatem eius ebrius conuiua dixisset:nec deessent qui uellent maius ei moderare:& alius hinc:alius illinc:faces subderet,placido animo tulisse:& hoc itri tantibus respōdisse non magis illi se succensere:q̄ aliquis obligatis oculis in se occurrisset.Magna pars querelas manu fecit:aut falsa suspicando:aut læuia aggrauando.Sæpe ad nos ira uenit Sæpius nos ad illam quæ nunq̄ accersenda est:etiam cum incidit reiciatur.Nemo dicit sibi hoc propter qd irascor haud fecisse potuit.Nemo animum facientis:sed ipsum extimat factum.At qui ille intuen dus est an uoluerit an inciderit coactus sit an deceptus odium secutus sit an præmium,sibi morem gesserit:an manum alteri cōmodauerit?aliquid peccantis ætas facit:aliquid fortuna ut ferre:aut pa ti:aut humanum:aut humile sit.Eo loco nos constituamus quo,ille est cui irascimur.Nunc facit ira

cundos iniqua nostri æstimatio & quæ facere uellemus pati nolumus:nemo se differt.At qui maxi ximum remedium iræ dilatio est:ut primus eius feruor relanguescat:caligo quæ præmit mentem: aut residat:aut minus densa sit.Quædam ex his quæ te præcipitem ferebant hora non tantum di es mollier.Qu[illegible]toto euanescent.Si nihil petita aduocatio apparebit iudicium nō esse iram quicquid uoles quale sit scire tempori trade.Nihil diligenter in fluctu cernitur.Nō potuit impetra re Plato a se tempus cum seruo suo iratsceretur:sed ponere illum statim tunicam:& præbere scapu las uerberibus iussit sua manu ipse percussurus.Postq̄ intellexit irasci se sicut sustulerat manum su spensam detinebat:& stabat percussori similis.Interrogatus deinde ab amico:qui forte interuene rat:quid ageret.Exigo inquit pœnas ab homine iracundo:uelut stupens gestum illum seruitori de formem sapiēti uiro seruabat:oblitus iam serui:quia alium quem potius castigaret inuenerat.Itaq; abstulit sibi in suos potestatem:& ob peccatum quoddam commotior.Tu inquit Speusippe seruu lum istum uerberibus obiurga:nam ego irascor ob hoc nō cecidi propter quod alius cecidisset.Ira scar inquit plus faciam q̄ oportet.Libentius faciam.Non sit tste seruus in eius potestate:qui in sua non est.Aliquis nullo irato committi ultionem cum Plato sibiipse imperium abrogauerit.Nihil tibi liceat dum irasceris.Quare?quia uis omnia licere.Pugna tecum ipse:si iram uincere non po tes:ulla te incipit uincere:si abscondit:si illi exitus non datur.Signa eius obruamus:& illam q̄tum fieri potest occultam secretamq; teneamus.Cum magna id nostra molestia fiet.Cupit exilire & in cendere oculos:& mutare faciem:sed si eminere illi extra nos licuit:supra nos est,In imo pectoris se cessu recondatur.Feraturq; non ferat.Immo in contrarium omnia eius iudicia flectamus:Vultus re mittatur,Vox lenior sit:Gradus lentior,Paulatim cum exterioribus interiora formantur.In Socra te iræ signum erat uocem submittere:loqui partius.Apparebat tunc illum sibi obstare:Deprehen debatur itaq; a familiaribus coargaebatur.Nec illi exprobatio latitantis iræ ingrata.Quid ni con gauderet q̄ iram suam multi intelligerent:nemo sentiret.Sensisset autem nisi uis amicis obiurgan di se dedisset:sicut ipse sibi in amicos sumpserat.Quanto magis hoc nobis faciendum est.Roge mus amicissimum quemq; ut tunc maxime aduersus nos libertate utatur:cum minime illam iram pati poterimus.nec assentiatur iræ nostræ contra nos potens malum & apud nos generosum dum conspicimus:dum nostri sumus aduocemus.Qui uinum male ferunt & ebrietatis suæ temeritatem ac petulantiam metunt:mandant suis ut conuiuio auferantur.In temperantiam in morbo suo ex perti parere sibi in aduersa ualitudine uetant.Optimum est notis uitiis impedimenta prospicere & ante omnia componere animum ut & grauissimis rebus subditisq; cōcursus iram aut non sentiat aut magnitudinem inopinatæ iniuriæ exortam in alium retrahat:nec dolorem suum profiteatur. Id fieri posse apparebit si pauca ex ingenti turba exempla protulero:ex quibus utrunq; discerne li cet.Quantum mali habeat ira ubi hominum non præpotentum potestate tota utitur q̄tum sibi im perare possit ibi mœtu maiore cōpressa est.Cambysen regem nimis deditum uino Traxhexaupes unus ex charissimis monebat ut partius biberet turpem esse dicens ebrietatem in Rege:quem oculi hominum:aures q; sequerentur.Ad hoc ille ut scias inquit quemadmodum nunq̄ excidam mihi ap probabo iam & oculos post uinum in officio esse & manus.Bibit deinde liberalius q̄ alias capatio ribus cyphis & iam grauis & uinolentus ac uiolentus obiurgatoris sui filium procedere ultra limē iubet alleuataq; super caput sinistra manu staret.tunc intendit arcum & ipsum cor adolescentis (id enim se petere dixerat) figit(reciso q; pectore hærens)in ipso speculum ostendit:ac respiciens patrem an satis certam haberet manum interrogauit.At ille negauit Appollinem potuisse certius dimitte re.Dii illum male perdant animo magis q̄ conditione mancipium.Eius rei laudator fuit cuius ni mis erat spectatorem fuisse.Occasionem blanditiarum putauit:pectus filii in duas partes diductū & cor sub uulnere palpitans.Controuersiam illi facere de gloria debuit:& reuocare iactum ut Re gi liberet in ipso patre certiorem manum extendere, O Regem cruentum.O dignum in quem sui arcus uertantur.Cum execrati fuerimus illum conuiuia suppliciis,funeribusq; soluentem:tamē sce leratius telum illud laudatum est q̄ missum.Videmus quomodo se pater gerere debuerit:stans su per cadauer filii sui.cædemq; illam cuius & testis fuerat & causa:Id de quo non agitur apparet iram supprimi posse.Non maledixit Regi:nullum emisit me calamitosi quidem uerbū, Quod cū æque cor suum q̄ filii transfixum uideret potest dici merito deuorasse uerba.Nam si quid tanq̄ iratus di xisset nihil tanq̄ pater facere potuisset:Potest inquam uideri sapientius se in illo cursu gessisse q̄ cū de potandi modo præciperet:quem satius erat unum q̄ sanguinem bibere cuius manus poculis oc cupari pax erat.Accessit itaq; ad numerum eorum:qui magnis cladibus ostenderunt:q̄ constarent Regum amicis bona consilia.Non dubito quin Arpalus quoq; tale aliquid Regi suo persarū; sua serit:quo offensus liberos illi epulandos apposuit:& subinde quæsiit an placeret conditura.Dein de ut satis illum plenum malis suis uidit afferri capita illorum iussit.& quomodo esset acceptū in terrogauit.Non defuerunt misero uerba:non os concurrit.Apud regem inquit omnis cœna incū da est:Quid hac adulatione profecit?ne ad reliquias inuitaret,Nō uero patrem damnare Regis sui factum.Non uero querere dignam tam truci prorēto pœnam.Sed hoc interim intelligo:posse etiā exigentibus malis nascentem iram,abscondit:& ad uerba contraria sibi cogi.Necessaria est ista do

sortis refrenatio:utiq; hoc sortitis uitæ genus:& ad regiam adhibitis mensam. Sic dicitur apud illos: sic bibitur:sic respondetur. Funeribus suis arridendum est. An tanti sit uita uidebimus. Alia ista quæ stio est. Non consolabimur tam triste ergastulum:nō adhortabimur ferre imperia carnificum. ostendemus in omni seruitute apertam libertati uiā si æger animus & suo uitio [illegible] Hic miserias sibi uiri secum licet. Dicam & illi qui in Regē incidit:lagittis pectora amicorum petēte:& illi cuius dominus liberorum uiscera patres saturat:quid genus demens? quid expectas in te? Aut hostis aliquis per exitum gentis tuæ uindicet:aut Rex a longinquo potens aduolet. Quocunq; respexeris ibi malorū finis uidetur. Vides illum præcipitē locū illac ad libertatem descenditur:uides illud mare: illud flumen:illū puteum. Libertas illic in imo sedet. Vides illam arborē: breuē:horridam: infœlicem. pendet inde libertas. Vides iugulū tuū:guttur tuū:cor:effigia seruitutis sunt. Nimis mihi operosos exitus monstras:& multū animi ac roboris exigentis. Quæris quod sit ad libertatē iter? Quælibet corpore in tuo uena. Quādiu quidem nihil tam intolerabile nobis uidetur:ut nos expellat e uita iram in quocunq; erimus statu remoueamus. Permitiosa est seruiētibus. Omnis enim indignatio in tormētū suū proficit:& imperia grauiora sentit quo cōtumacius patitur. Sic laqueos fera dū iactat. astringit:sic aues uiscum dum trepidantes excutiunt plumis oibus illiniunt. Nulli tam artum est iugum quod non minus lædat ducentē q̄ repugnantē. Vnū est leuamentu malorum ingētium pati:& necessitatibus suis obsequi:sed cū utilis sit seruiētibus affectum suorū:& huius præcipue rapidi atq; effreni continētia utilior est. regibus. perierunt omnia ubi quantū suadet ira fortuna permittit, nec diu potest quæ multorū malorū exercetur potentia stare. Periclitantur enim ubi eos, qui separatim gemunt:cōmunis mœtus uinxit pleroſq; itaq; modo singuli mactauerūt:modo uniuersi:cum illos conferem in unum iras publicus dolor coegisset. At qui plerique sic iram quasi insigne regnū exercuerunt. Sic Darius qui primus post ablatū magorū imperū:persas & magnam partem orientis obtinuit. Nam cū bellū scythis indixisset orientē cingentibus rogatus ab oraborto nobili sene: ut ex tribus liberis unum in solatiū patri relinqueret. duorū opera uteretur plus q̄ rogabatur pollicitus. Omnes se illi dixit remissurū & occisos in cōspectu parētis abiecit crudelis futurus si omnes abduxisset. At quanto xerses facilior qui Pithio quinq; filiorū patri unius uacationē petēti quē uellet eligere permisit. deide quē eligerat in partes duas distractū ab utroq; uiæ latere posuit. Et hac uictima lustrauit exercitum. Habuit itaq; quē debuit exitū uictus:& late longeq; fusus:ac stratā ubiq; ruinam suā cernens mediis inter ſ. orū cadauera incessit. hæc barbaris Regibus feritas in ira fuit quos nulla eruditio:nullus litterarū cultus imbuerat. Dabo tibi ex Aristotelis sinu regē Alexandrū qui. Clitum charissimū sibi & uita educatū inter epulas transfodit manu quidē sua. Parū adulantē & pigre ex macedone ac libero in persicā seruitutē transeuntē. Nā Lysimachū æque familiarē sibi Ieoni obiecit. Nūquid ergo hic Lysimachus fœlicitate quadā dentibus leonis elapsus:ob hoc cū ipse regnaret mitior fuit. Nam Theleſſorū rhodiū amicū suū undiq; decurtatū:cū aures illi nasumq; abscidisset:in cauea uelut nouū animal aliquid & inusitatū diu pauit:cū oris detrūcati mutilatiq; deformitas humanā faciē perdidisset. Accedebat fames & squalor & illuuies corporis in stercore suo destituti:collosis super hoc genibus manibusq; quas in usum pedū angustiæ loci cogebant. Lateribus uero ex attritu exulceratis:non minus fœda q̄ terribilis erat forma eius uidētibus. Factusq; pœna sua monstrū mammā quoq; amiserat:tamē cum dissimilis esset homini qui illa patiebatur:dissimilior erat qui faciebat. Vtinā ista senitia inter peregrina mansisset exempla:nec in romanos mores, cū aliis aduētitiis uitiis supplicioru irrarūq; barbariæ transisset. M. Mario cui uitanti populus statuas posuerat cui thure & unō. N. supplicat. L. Sylla perfringi crura:erui oculos:amputari manus iussit:& quasi totiens occideret quotiēs uulnerabat. Paulatim & per singulos artus lacerauit. Quis erat huius imperii minister? Quis nisi Catelina? Iam omne facinus Marius exercens:si illū ante bustum. Quinti catuli carpebat:grauissimus mitissimi uiri cineribus supra quos uir mali exēpli populares tamen:& nō tam immento q̄ nimis amatus per stillicidia sanguinem dabat. Dignus erat Marius qui illa pateretur. Sylla qui iuberet. Catelina qui faceret. Sed indigna. R. P. quæ in corpus suum pariter & hostium & iudicum gladios recideret. Quid antiqua perscrutor? Modo. C. Cæsar Sextū papinium cui pater erat consularis. Bethenum bassum questorē suū procuratoris sui filium:alioſq; & equites romanos & senatores uno de flagellis:cecidit. Torsit nō quæstionis sed animi causa. Deinde adeo impatiens fuit differendæ uoluntatis q̄ ingentē crudelitas sine dilatione poscebat. Vt in Cirrha maternorū hortorū quæ porticum a ripa separat inambulans quosdam ex illis cū matronis atq; alliis senatoribus ad lucernā decollaret. Quid instabat? quod periculū aut priuatum aut publicum una uox minabatur? quantū fuit lucem expectare? Denicq; ne senatores populi romani scelera tus occideret q̄ fuit crudelitas eius superba? adhuc pertinet scire: q̄q̄ aberrare aliquādo possimus uideri:& in deuium exire. sed hoc ipsum pars erit iræ super solita seuientis. Ceciderat flagellis senatores: ipse effecit:ut dici posset solet fieri. torserat per omnia quæ in rerum natura tristissima sunt: fidiculis tabularibus:eculeo:igne:uultu suo. Et hoc loco respondebitur magnam rem si tres senatores quasi nequam mancipia inter ueſperam & flammas diuisit. Homo qui de toto senatu trucidando cogitabat:qui optabat ut populus romanus unam ceruicem haberet:ut scelera sua tot locis ac tem-

poribus diducta in unum [illegible]cum & unum diem cogeret. Quid tam mauditum quā nocturnum supplicium? Cum latrocinium tenebris abscondi soleat. Animaduersiones quo notiores sunt. plus ad exemplum emendationēq; proficiant & hoc loco respondebitur mihi quid tantopere admiraris? Isti beluæ qui [illegible] est:ad hoc uiuit:ad hoc uigilat. Nemo certe inuenietur alius qui imperauerit omnibus his in quos animaduerti iubebat. Os inserta spongia includi:ne uocis emittēdæ haberet facultatem. Cui unq̄ morituro non est relictū qua gemeret:timuit ne q̄ liberiorē uocē extremus dolor mitteret:ne quid quod nollet audiret. Sciebat autē inumerabilia esse quæ obiicere illi nemo nisi periturus auderet. Cum spongiæ non inuenirentur:scindi uestimenta miserorum:& in os farciri pānos imperauit. Quæ ista seuitia est? liceat animū non per uulnus emittere. Adiicere his longū est quos patres occisorū eadē nocte dimissis per domos centurionibus adhuc homo misericors luctu liberauit. Non enim Caii seuitiā. sed iræ malū propositū est scribere: quæ non tantū in unum furit: sed gentes totas lacerat: sed urbes: sed flumina exuta ab omni sensu doloris conuerberat. Sicut Rex persarū totius populi naret recidit in Syria tindentio colura loci nomē est. Peperciſſe illum iudicas q̄ non tota capita præcidit. Nouo genere pœnæ delectatus est. Tale aliquid passi forent Aethiopes qui ob longissimū uitæ spatium macrobici appellantur. In hos enim quia nō supinis manibus exceperant seruitutē: missisq; legatis libera responsa dederant: quæ cōtumelioſa Reges uocant. Cambyses fremebat:& prouisis cōmeatibus non exploratis itineribus per inuia per arentia trahebat omnem bello utilē turbā: cui inter primū iter deerant necessaria: nec quicq̄ subministrabat sterilis & inculta humanoq; ignota regio. sustinebant famē primo tenerrima frondiū:& acumina arbotū: tum coria in ignē mollita. Et quicquid necessitas cibū fecerat. Postq̄ inter harenas radices quoq; & herbas defecerāt apparuitq; inops etiā animaliū solitudo. decimū quemq; sortiti alimentū habuerunt fame sæuius. Agebat adhuc ira regē præcipitē: cum partē exercitus amisisset: partē comedisset. donec timuit ne & ipse uocaretur ad sortē tum demū signum receptui dedit. Seruabantur interim illi generosæ aues:& instrumēta epularū camelis uehebantur. Cū sortirētur milites eius quis male peiret: quis peius uiueret. Hic iratus fuit genti:& ignotæ & imerite sensere tantū Citus fluuium. Nam cum babiloniā oppugnaturus festinaret ad bellū cuius maxima mōēta in occasionibos sunt: gāgen late fusum amnem nando trāsire tentauit: quod uix tutū est:& cum sensit estatē:& ad minimū deductus est. Ibi unus ex his equis qui trahere regiū currū alibi solebant abreptus uehementer commouit regē. Iurauit itaq; amnem illū Regis cōmeatus auferentē eo se redacturū: ut transiri calcariq; etiam a fœminis posset. Huc deinde omnē transtulit bellū apparatū:& tandiu assedit operi donec c. &. lxxx. cuniculis diuisum alueum in. ccc. &. xl: riuos dispergeret. & siccum dimitteret in diuersum fluentibus aquis periit itaq; tēpus:& magna in magnis rebus iactura:& militū ardor quē inutilis labor fregit & occasio aggrediēdi imparatos: dum ille bellū inductū hosti cū flumine gerit hic furor Quid enim aliud uoces: romanos quoq; contingit. C. enim Cæsar ustilla in herculanensi pulcherrimā: quia mater sua aliquādo in illa custodita erat diruit: fecitq; eius per hoc notabilē fortunam: statem enim prænauigabamus: nunc causa dirutæ queritur. Et hæc cogitanda sunt exēpla quæ uites: & illa econtrario quæ sequaris moderata leuia: quibus nec ad irascendū causa defuit: nec ad ulciscēdum potestas. Quid enim facilius fuit Antigono q̄ duos manipulares duci iubere: qui incūbentes Regi tabernaculo faciebant quod hoies & periculosissime & libentissime faciunt. de Rege suo male existimant. Audierat omnia Antigonus: ut pote cū interdicentē & audiētē parum interesset: quē ille leuiter cōmouit: & longius inquit discedite ne uox rex exaudiat. Idem quadā nocte cum quosdā ex militibus suis exaudisset: omnia mala imprecātes Regi: qui ipsos in illud iter & in extricabilē lutum deduxisset: accessit ad eos qui maxime laborabāt: & cum ignorantes a quo adiuuarentur explicuisset. Nunc inquit maledicite Antigono cuius uitio in has miserias incidistis. Ei autē bene optate qui uos ex hac uoragine eduxit. Idem immitati animo hostium suorū maledicta q̄ ciuiū tulit. Itaq; cum in paruulo quodā castello græci obsiderentur: & fiducia loci contēnentes hostem: multa in deformitatē Antigoni iocarentur: & nunc statura humilē: nunc collisum nasum deriderent. Gaudeo inquit Rex & aliquid boni sponsi in castris meis si hoc est si mei de me mala loquūtur: leuum habeo: cū hos dicaces fames domuisset: captis sicut mos est: ut eos qui militiæ utiles erant in cohortes describeret: cæteros præconio subiiceret. Idq; se negauit facturum fuisse: nisi expediret his dominū habere qui tam malam haberent linguā. Huius nepos fuit Alexander qui lanceā in conuiuos suos torquebat: qui ex duobus amicis: quos pauloante retuli: Alterum feræ obiecit: alterum sibi. Ex his duobus tamen qui leoni obiectus est uixit. Non habuit hoc adiutus ille uitiū ne paternū quidē. Nam si qua alia in Pphilippo uirtus fuit: & contumeliarū patientia ingens instrumentū ad tutelā regni Democharis ad illū parasiades ob nimiā & procacem linguā appellatus inter alios athenienſium legatos uenerat. Audita benigne legatiōe Philippus: dicite inquit mihi facere quid possum qd sit athenienſibus gratū. Excepit Democharis te inquit suspendere indignatio circunstantium ad tā inhumanū responsum exorta: quos Ppilippus conticescere iussit: & Thesitam illū saluū incolumēq; dimittere. At uos cæteri legati inquit nunciate athenienſibus multo superbiores esse qui ista dicūt q̄ qui impune dicta audiunt. Multa & diuus Augustus digna memoria fecit: dixitq; quibus apparet

illi iram non imperasse: Timagines hi⟨storiarū⟩ scriptor: quædā in ipsum: quædam in uxorē eius: & in tota domū eius dixerat: nec perdidit dicta magis enim circunferebat: & in ore hominū est temeraria urbanitas. Sæpe enim illum Cæsar monuit ut moderatius lingua uteretur: perseuerāti domo⟨s⟩ sua interdixit. Postea Timagines in contubernio Pollionis Asinii cōsenuit: ⟨ac⟩ceptate directus est. Nullum illi lumē præclusa Cæsaris domus abstulit: historias quas postea scripserat recitauit: & combussit: & libros acta Cæsaris Augusti continentes in ignē. Inimicitias gessit: Cū Cæsare Augusto. nemo amicitiā eius extimuit. Nemo quasi fulguris ictum refugit. Fuit qui preberet tam alte cadenti sinum: tulit hoc ut dixi Cæsar patienter. ne eo quidē motus q̄ laudibus suis rebusq; gestis manus attulerat. Nunq̄ cum hospite inimici sui quæstus est hoc duntaxat Pollioni asinio dixit Therio trophis paranti. demus excusationē: obstitit. fruere inquit mi Pollio fruete. & cū Pollio diceret si iubes Cæsar statim illi domū meam interdicā. Hoc me inquit putas facturū: cū ego uos in gratiam reduxerim. Fuerat enim aliquādo Timagini Pollio iratus: nec ullam aliā habuerat causam desinēdi q̄ Cæsar cœperat. Dicat itaq; sibi quisq; quotiens lacessitur. Nunquid potentior sum Philippo? Illi tamen impune maledictū est. Nunquid enim in domo mea plus possum q̄ toto orbe terrarum diuus Augustus potuit? Ille tamen contentus fuit conuitiatore suo secedere. Quid est? quare ergo serui mei hilarius respōsum & contumaciorē uultū & non peruenientē usq; ad me murmurationem flagellis & compedibus expiem. Quis sum? cuius aures lædi nephas sit. Ignouerunt multi hostibus. Ego nō ignoscam pigris & negligētibus garrulis? Puerum ætas excuset: fœminā sexus: extraneum libertas: domesticū familiaritas. Nunc primū offendit: cogitemus q̄diu placuerit. Sæpe & alias offendit. Feramus quod diu tulimus. Amicus est: fecit quod noluit. Inimicus est: fecit quod debuit: Prudentiori credamus Stultiori remittamus. pro quocunq; illud respondeamus nobis sapientissimos quoq; uiros multa delinquere. Neminē esse tam circunspectū: cuius nō diligentia aliquādo sibi ipsa excidat. Neminē tam maturū cuius nō grauitatem in aliquod feruidius factū casus impingat. Neminē tam timidū offensarum qui nō in illas dum uitat incidat. Quomodo homini pusillo solatiū iniquis fuit. Etiam magnorū uirorū titubare fortunā: & æquiore animo filiū in angulo fleuit: qui uidit acerba funera etiam ex regia duci. Sic animo æquiore feret ab aliquo lædi: ab aliquo contēni: circumq; uenit in mentē nullam esse tantam potentiā in quam non incurrat iniuria. Quod si etiā prudentissimi peccāt. cuius nō error bonā causam habet. Respiciamus quotiens adolescent: a nostra in officio parū diligens fuerit: in sermone patū modesta: in uino parum temperans. Si iratus est: demus illi spatium quo respicere quod fecerit possit. Ipse castigabit. Deniq; dabit pœnas. Non est quod cum illo paria faciamus. Illud nō uenit in dubium quin⟨ is⟩ se exemerit turbæ: & altius steterit quisq; despexit lacessentes. proprium est magnitudinis uere non sentire percussum. Sic immanis fera ad latratum canum lenta respexit. Sic irritus ingenti scopulo fluctus assultat. Qui nō irascitur: incōsusus iniuria persistit. Qui irascitur motus est. At ille quē modo altiorem omni incōmodo posui: tenet quodā amplexu summū bonum. Nec homini tantū sed ipsi fortunæ respondet. omnia licet facias minores q̄ ut serenitatē meā obducas. Vetat hæc rario cui uitam regendam dedi. Plus mihi nocitura est ira q̄ iniuria. Quid ni plus? Illius modus certus est. Ista quo usq; me latura sit incertum est. Non possum inquis pati. Graue est iniuriam sustinere. Mentiris. Quis enim iniuriā non potest ferre? qui potest iram? Adiice nunc q̄ agis ut & iram feras & iniuriam. Quare fers ægri rabiē: & frenetici uerba? puerorum proteruas manus? Nempe quia uidentur nescire quid faciunt. Quid interest quo quisq; uitio siat imprudens: imprudentia par in omnibus patrocinium est. Quid ergo inquis? impune illi erit. Puta te uelle. Tamen non erit. Maxima est enim facta iniuria pœna fecisse. nec quisq̄ grauius afficitur: q̄ qui ad supplicium pœnitentiæ traditur. Deniq; ad conditionem rerum humanarum respiciendum est. Vt omnium accidentium æqui iudices simus. Iniquus autem qui cōmune uitium singulis obiecit. Non est æthiopis inter suos insignitus color. Nec russus crinis & coactus in nōdū. Apud germanos utrumq; decet. Nihil in uno iudicabis notabile aut fœdū quod genti suæ publicum est. Et ista quæ rettuli unius regionis atq; anguli cōsuetudo defendit. Vide nunc quanto in his iustior uenia sit: quæ per totum genus humanum uulgata sunt. Omnes incōsulti & improuidi sumus: omnes incerti: querulti: ambitiosi. Quid leuioribus uerbis publicum abscondo. Omnes mali sumus. Quicquid itaq; in alio reprehenditur: id unusquisq; in suo sinu inuenit. Quid illius pallorem? illius maciem notas? Pestilentia est. Placidiores itaq; inuicē sumus. Mali inter malos uiuimus. Vna res nos facere potest quietos. Mutuæ fœlicitatis cōuentio. Ille mihi iā nocuit. Ego illi nondum. Sed iam aliquem fortasse læsisti. Sed lædes. Noli existimare hanc horam: aut hunc diem. Totum inspice mentis tuæ habitum: etiam si nihil mali fecisti: potes facere. Quanto satius est sanari iniuriam q̄ ulcisci. Multum temporis ultio assumit. Multis se iniuriis obiicit dum una dolet. Diutius irascimur omnes q̄ lædimur. Quanto melius est abire in uniuersum: nec uitia uitiis componere. Num quis satis constare sibi uideatur. si mulam calcibus repetat: & canem morsu. Ista inquis peccare se nesciunt. Primum q̄ iniquus est apud quem hominem esse ad impetrandā uenia nocet. Deinde si cætera animalia hic iræ tuæ subdunt: q̄ consilio careant: eo loco tibi sit quisquis consilio caret. Quid enim refert an alia multis dissimilia: hanc caliginem mētis peccauit. Hoc

enim primum. Hoc enim extremum. Non est quod illi crebras etiam si dixit iterū nō faciam. Et iste peccabit: & in istum alius: & tota uita inter errores uolutabitur. Mansuete imansueta tractāda sunt. Quod in luctu dici efficacissime & in ira dicetur. Vtrum aliquando desines: an nunq̄. Si aliquando facturus es: ira relinquere. q̄ ab ira relinqui. An semper hæc cogitatio durabit. Vide impacatam quæ tibi denuncies uitam: qualis erit enim semper timentis. Adiice nunc q̄ bene te ipse succenderis: & subinde causas quibus stimulis renouaberis: sua sponte ira discedet: & uires illi dies subtrahet. Quanto satius est a te illam uinci q̄ a se. Huic irascaris: deinde illi seruis: deinde libertis parentibus: deinde liberis notis: deinde ignotis. Vbiq; enim causæ supersunt ubi deprecator animus accessit. Hinc te ille furor rapiet. & illinc alio. & nouis subinde irritamentis orientibus continuabitur rabies. Age infœlix & quando amabis? O q̄ bonum tempus in re mala perdis. Quāto nunc satius erat amicos parare: inimicos mitigare. R. P. administrare: transferre in res domesticas operam q̄ circunspicere quicquid alicui possis facere mali: quod aut dignitati aut patrimonio: aut corpori uulnus infringas. Cū id tibi contingere sine certamine aut periculo non possit: etiam si cū inferiore concurses: uictū licet accipias: & ad arbitriū tuum omni patientiæ expolitum: sæpe nimia uis cedētis: aut articulum loco mouit: aut neruum in his quos fregerat dentibus fixit. Multos iracundia mancos: multos debiles fecit: etiam ubi patientia est nacta materiā. Adiice nunc q̄ nihil tam imbecille natum est ut sine elidetis periculo pereat. Imbecillos ualentissimis: alias dolor: alias casus exæquat. Quid q̄ pleraq; eorum propter quæ irascimur offendunt nos magis q̄ lædunt. Multum autem interest utrum aliquis uoluptati meæ obsteterit an desit: eripiat an non det. At qui in æquo ponimus utrum aliquis auferat an neget. Vtrum spem nostram præcidat aut differat. Vttrum contra nos faciat an per se. Amore alterius an odio nostri. quidā uero non tantū iustas causas standi contra nos sed etiā honestas habent. Alius patrem tuetur: alius fratrem: alius patruum: alius amitum. His tamen nō ignoscimus id facientibus quod nisi facerent improbaremus. Immo quod est incredibile sæpe de facto bene existimamus: de faciente male. At mehercule uir magnus ac iustus fortissimum quemq; ex hostibus suis & pro libertate ac salute patriæ pertinacissimū suspicit: & talem sibi ciuem: talem militē contingere optat. Turpe est odisse quē laudes. quanto uero turpius ob id aliquē odisse propter quod misericordia dignus est. Si captiuus in seruitutem subito depressus reliquias libertatis tenet: nec ad sordida ac laboriosa ministeria agilis occurrit. Si ex ocio piger æquum uehiculumq; domi cursu non exæquat: si inter quotidianas uigilias sessum somnus oppressit: si rusticum laborem recusat: aut nō fortiter obiit: a seruitute urbana & feriata translatus ad durū opus. Distinguamus utrum aliquis non possit: an nolit. Multos absoluemus si cœperimus ante iudicare q̄ irasci. Nunc autem primū impetum sequimur. Deinde quis uana nos concitauerint: perseueramus ne uideantur cœpisse sine causa & quod iniquissimū est pertinaciores nos facit iniquitas iræ. Retinemus enim illā & augemus: quasi argumentū sit iuste irascentis grauiter irasci. Quanto melius est initia ipsa perspicere q̄ leuia sint q̄ innoxia. Quod accidere uides in animalibus mutis: idem in homine deprehēdes. Friuolis turbamur & inanibus. Taurum color rubicundus excitat: ad umbrā aspis exurgit. Vrsos leonesq; mappa proritat. Omnia quæ natura fera ac rabida sunt consternantur ad ima. Idem inquietis & stolidis ingeniis euenit: rerum suspitione feruntur. Adeo quidē ut interdū iniurias notent: modica beneficia u quibus frequentissima certe acerbissima iracūdiæ materia est. Charissimis enim irascimur q̄ minora nobis præstiterint q̄ mente concepimus q̄ quæ alii tulerint: cū utriusq; rei paratū remediū sit. magis alteri indulsit. nostra nos sine comparatione delectent. Nunq̄ erit fœlis quem torquebit fœlicior. Minus habeo q̄ speraui. Sed forte plus speraui q̄ debui. Hæc pars maxime metuenda est. Hinc pernicio⟨sissimæ⟩ iræ nascuntur: & sanctissima quæq; inuasuræ. Diuū Iulium plures amici cōfecerūt q̄ inimici: quorum non expleuerat spes inexplebiles. uoluit quidem ille. Neq; enim quisq̄ liberalius uictoria usus est: ex qua nihil sibi uindicauit: nisi dispensandi potestatem: sed quemadmodum sufficere tam improbis desideriis posset: cum tantum omnes cōcupiscerēt quantum poterat unus. Vidit itaq; strictis circa sellam suā gladiis cōmilitones suos. Cimbarū Tullium acerrimum pauloante suarum partiū defensorem aliosq; post Pompeium: demū post pompeianos. Hæc res sua in Reges arma conuertit fidissimosq; eo cōpulit. ut de morte eorū cogitarent. pro quibus & ante quos uotū moti habuerant. Nulli ad alia respicienti sua placent. Inde diis quoq; irascimur q̄ aliquis nos antecedat: obliti quantū sequatur a tergo ingentis inuidæ. Tanta tamen importunitas hominum est: ut q̄is multū acceperint: iniuriæ loco sit plus accipere potuisse. Dedit mihi prætura: sed consulatum sperauerā. Dedit duodecim fasces: sed nō fecit ordinariū consulem. A me numerari uolūt annū: sed deest mihi ad sacerdotiū puo aptatus in collegiū sum. Sed cur in unum cōsumam dignitatē meā: sed patrimonio nihil contulit: & dedit mihi quæ debebat alicui dare: de suo nihil protulit. Age potius gratias pro his quæ accepisti. Reliqua expecta: & nondum plenū te esse gaude inter uoluptates est superesse quod speres. Omnes uicisti. Primū te esse in animo amici tui letare. Multi te uincunt. Cousidera quanto antecedas plures q̄ sequaris. Quod sitiente maximū uitium quæris: falsas rationes conficis. Data magno extimas: accepta paruo. Aliud in alio nos deterreat. Quibusdā timeamus irasci. Quibusdā uereamur. Quibusdā fastidiamus. Magnā rem sine dubio fecerimus: si seruulū in-

fœlicem in ergastulũ miserimus quor properamus uerberare statim cur protinus frangere. Non peribit potestas ista si differetur: siue tẽpus ueniat quo ipsi iubeamur. Nũc ex imperio iræ loquemur: cum illa abierit tunc uidebimus quanto sit ista lis extimanda. In hoc enim præcipue fallimur ad ferrũ uenimus: ad capitalia supplicia: & uinculis: carcere: fame: uindicamus rẽ castigandã leuioribus. Quomodo inquis nos iubes itueri q̃ omnia per quæ lædi uideamur ex: gua misera puerilia sint. Ego uero nihil magis suaserim q̃ sumere ingentẽ animũ: & hæc propter quæ litigamus: di scurrimus: anhelamus: uidere q̃ humilia & abiecta sint. Nulli qui altum quiddam aut magnificum cogitant respicienda. Circa pecuniã plurimũ uociferationis est. hæc fora defatigat: patres liberosq̃ cõmittit. Venena miscet. Gladios tã percussoribus q̃ legionibus tradit. Hæc est sanguine nostro delibuta. Propter hanc uxorũ maritorũq̃ noctes strepunt litibus: & tribunalia magistratuum præmit turba. Reges sæuiunt rapiuntq̃ & ciuitates longo seculorũ labore cõstructas euertũt. Vt aurũ argẽtumq̃ in cinere urbiũ scrutentur. Libet intueri fiscos in angulo iacentes. Hi sunt propter quos oculi clamore exprimantur. Fremitu iudiciorũ basilicæ resonant. aduocati ut longinquis regionibus iudices sedeant iudicaturi: utrius iustior auaritia est. Quid si non propter fiscũ quidẽ: sed pugnum æris: aut imputatũ a seruo denariũ: senex sine hærede moriturus stomacho dirũpitur? Quid si propter usuram aut milesimã ualitudinarius fœnerator distortis pedibus & manibus ad cõparãdum nõ relictis: clamat: per uadimonia asses suos in ipsius morbi accessionibus uinpicat: Si tota mihi ex omnibus metallis quæ cũ maxime deprimimus pecuniã proferas. Si in mediũ proiicias quicquid thesauri tegunt: auaritia iterũ sub terras referente quæ male gesserat: omnẽ istam congeriẽ non putem quæ frontẽ uiri boni contrahat. Quanto risu prosequẽda sunt quæ bonis lachrymas educunt. Cedo nũc persequere cætera: cibos: potiones: horumq̃ causa paratã: ambitionẽ: munditias: & uerba: contumelias: & motus corporũ parũ honorificos: & suspitiones: & cõtumacia iumenta: & pigra mancipia interpretatores malignos uocis alienæ: quibus efficitur ut inter iniurias naturæ numeretur sermo homini datus. Crede mihi leuia sunt propter quæ non leuiter excãdescimus: qualia quæ pueros in rixam & iurgiũ cõcitant. Nihil ex his quæ tam triste agimus seuũ est mihi magnum. Inde inquã nobis ira & insania ẽ: q̃ exigua magna existimatis. Auferre hic mihi hæreditatẽ uoluit. Hic me diu spem supremã captatus tunc criminatus est. Hic scortũ meũ cõcupiuit. Quod uinculũ amoris esse debeat: seditionis atq̃ odii causa est. Idem uelle iter angustũ: rixas transeuntiũ cõcitat: diffusa & late patens uia ne populos quidẽ collidit. Ista quæ appetimus quia exigua sunt nec possunt ad alterũ nisi alteri erepta transferri eadẽ affectãtibus pugnam & iurgia excitat. Respõdisse tibi indignaris libertũq̃ & uxorẽ & clientem. Deinde idem de. R. P. libertatẽ iublatã quæris quã domi sustulisti. Rursus si tacuit interrogatus contumaciã uocas. & loquatur & taceat & rideat corã domino inquis imo corã patrefamiliæ. Quid clamas? Quid uociferaris? Quid flagella media cœna petis q̃ serui loquãtur q̃ non eodẽ loco turba cõcionis est: & silẽtiũ solitudinis. In hoc habes aures ut non nisi modulata tantum & mollia & ex dulci tracta cõpositaq̃ accipiant: & risum audias oportet: & fletum: & blãditias: & lites: & prospera: & tristia: & horum uoces: & fremitus animaliũ: latratusq̃. Quid miser expauescis: & ad clamorẽ serui: & ad tinnitum æris: aut ianuæ impulsum? cũ tam delicatus fueris: tonitrua audiẽda sunt. Quod de auribus dictũ transferunt ad oculos: qui nõ minus fastidio laborant si male instituta sunt: macula offenduntur: & sordibus & argento parũ splendido: & stagno non ad solem perlucẽte. Hi nempe oculi qui nõ ferunt nisi uanũ ac recenti curru nitens marmor: qui mensam misi crebris distinctã uinis: qui nolunt domi nisi auro preciosa calcare æquissimo animo foris & scabras lutosasq̃ semitas spectent: & maiorẽ partẽ occurrentiũ squalidã parietes insulæ exesos. ruinosos: inæquales. Quid ergo aliud est quod illos in publico non offendat: domi moneat: q̃ opinio illic æqua & patiẽs: domi morosa & querula. Omnes sensus perducẽdi sunt ad firmitatẽ naturã patientes sunt: si animus illos desit corrũpere: qui quotidie ad rationẽ reddendã uocãdus est. Faciat hoc quod Sextius. Vt cõsumato die cũ se ad nocturnã quietẽ recepisset: interrogaret animũ suũ q̃ hodie malũ tuũ sanasti: cui uitio obstitisti: qua parte melior es: desinet: ira & erit moderatior qui sciet sibi quotidie ad iudicẽ esse ueniendũ. Quid ergo pulchrius hac consuetudine excutiendi totũ diẽ: qualis ille somnus post recognitionẽ sui sequitur: q̃ tranquillus altus ac liber: cũ aut laudatus est animus: aut admonitus: & speculator sui censorq̃ secretus cognoscet de moribus suis. Vtor ac potestate: & quotidie apud me causam dico. cũ sublatũ e conspectu lumen est: & cõticuit uxor: moris iam mei conscia: totũ diem mecũ scrutor: facta ac dicta mea remetior. Nihil mihi ipse abscondo: nihil transeo: quare enim quicquid ex erroribus meis timeã cũ possum dicere: uide ne istud amplius facias ne tibi ignosco. In illa disputatione pugnatius locutus es. Noli postea cõgredi cũ imperitis. Nolunt discere qui nunq̃ didicerũt. Illũ liberius admonuisti q̃ debebas. itaq̃ nõ emẽdasti sed offendisti. De cætero uide ne non tantũ an uerũ sit quod dicis: sed an ille cui dicitur ueri patiens sit. Admoneri bonus gaudet: Pessimus quisq̃ correptorem asperrime patitur. In cõuiuio quorundã te sales: & in doloré tuũ iactauerba tetigerũt. Vitare uulgares conuictus memento: solutior est post uinum licẽtia: quia ne sobrius quidẽ pudor est. Iratũ uidisti amicũ tuum hostiario causidici alicuius: aut uidisti q̃ intrantẽ submouerat: & ipse pro illo iratus extremo mancipio fuisti. Irasceris ergo ca-

thenario cani: & hic cũ multum latrauit obiecto cibo manducescit. Recede longius & ride. Nũc iste aliquẽ se putat q̃ custodit: ligatorq̃ turba limẽ obsessum. Nec ille q̃ intra iacet fœlix fortunatusq̃ ẽ: & beati hominis hac potentis iudicat indicium difficilem iam uam. nescit durissimum esse hostium. carcerem in pectore animo multa: esse tibi patienda. Num quis se hyeme algere miratur? Num quis in mare nauseare? in uia concuti? fortis est animus ad quæ præparatus uenit minus honorato locq̃ positus. irasci cœpisti conuiuatori. uocatori: ipsi q̃ tibi præferebatur. Demens quid interest quam lecti præmas partem. Honestiorem te aut turpiorem potest facere puluinus? Non æquis quendam oculis uidisti: quia de ingenio tuo male locutus est. Recipis hanc legem. Ergo te Ennius quo nõ delectaris odisset: & Hortensius simultates tibi indiceret. & Gicero si derideres carmina eius inimicus esset. Vis tu æquo animo pati candidatus suffragia. Contumeliam tibi fecit aliquis. Nunquid maorem q̃ Diogeni philosopho stoico. Cui de ira tum maximo differenti adolescenti adolescens protervus insputt. tulit hoc leuiter ac sapienter. Non quidem iquit irascor: sed dubito tamẽ an irasci oporteat. quãto uidetur melius cui cum causam agenti in frontem mediam q̃tum poterat attracta pituita saliua repuisset. lentulus ille patrum nostrorum memoria facetus & impotens absterso faciem: & affirmabo inquit omnibus Lentule falli eos qui te negant os habere. Contingit iam nobis Noua te bene componere animum si aut non sentit iracũdiam: aut superior est. Videamus quo aliena irã leniamus. nec enim sani esse tantũ uolumus sed sanare. Primã iram non audebimus oratione mulcere: surda est & amens: dabimus illi spatium. remedia in remissionibus prosunt nec oculos tumẽtes tantabimus uim rigentem nomendo incitaturi: Nec cætera uitia dum feruent iniria morborũ quies curat. Quãtulũ inquis prodest remedium tuũ. si sua sponte desinentẽ irã placat? Primũ ut citius desinat efficit. Deide custodierit ne recidat: ipsũ quoq̃ impetũ quẽ nõ audet lenire fallet. Remouebit oia ultionis instrumẽta. Simulabit iram ut tanq̃ adiutor & doloris comes plus auctoritatis in cõsiliis habebat: moras nectet: & dum maiorem petit pœnã præsentem differt. Omni arte requiẽ factori dabit: Si uehementior erit: aut pudorem illi cui con restit incutier: aut mœtum. Si infirmior: sermones infert uel gratos: uel nouos: & cupiditatẽ cognoscendi uocabit. Medicum aiunt cum regis filiã curare deberet: nec sine ferro posset dũ tumentem mãmã leuiter fouet: scapellũ spongia rectũ induxisse. Repugnasset puella remedio palã admoto: eadem quia non expectauit: dolorem tulit. Quædam non nisi decepta sanantur. Alteri dices. Vide ne inimicis iracũdia tua uoluptati sit. Alteri: uide ne magnitudo animi tui creditũq̃ apud plæroſq̃ robur cadat. indignior mehercule & non iuenio delẽdi modũ si tps expectãdũ ẽ: dabit pœnas. Serua istud i aio tuo cũ potueris & p mora reddes. castigare uero irascentẽ & ultro obuiã ire ei incitari est. Varie aggredieris blãdeq̃ nisi forte tãta persona eris ut possis irã cõminuere: quẽadmodũ fecit diuus Augustus cũ cœnaret apd Nediũ pollionẽ fregerat unus crystallinũ ex seruis: morte rapi eũ Nedius iussit: nec uulgari quidem peritur morte murenis obiici iubebatur: quas ingens piscina continebat. Quis nõ hoc illũ putaret luxuriæ causa facere: seuitia erat. Euasit e manibus puer: & cõfugit ad Cæsaris pedes: nihil aliud petiturus q̃ ut aliter piret ne esca fieret. motus ẽ nouitate crudelitatis Cæsar: & illũ qdẽ dimitti: & crystallina ante oĩa corã se frãgi iussit: cõpleriq̃ piscinã. Fuit Cæsari sic castigãdus amicus: bũ usus est uiribus suis. E cõuiuio rapi hoies iperas: & noui genetis pœnis lacerari? Si calix tuus fractus uiscera hois distrahẽtur Tantũ tibi placebis: ut ibi aliquẽ duci iubeas ubi Cæsar est. Sic instandũ potẽtiæ est. ut ira ex superiori loco aggredi possit: male tractantẽ ac talẽ dũtaxat qualẽ mõ retuli. Ferã imanẽ sanguinariã: q̃ iã insanabilis est: nisi maius aliquid extimuit. Pacẽ demus animo quã dabit præceptorũ salutariũ assidua meditatio actusq̃ rerũ boni: & intenta mens ad unius honesti cupiditatẽ. Conscientiæ satisfiat. nil in famã laboremus: sequatur ut mala de bene meritis. At uulgus animosa miratur: & audaces in honore sunt. Placidi pro inertibus habentur: primo forsitã aspectu: sed simulat: q̃litas uitæ fidem facit. Nõ segnitiẽ illã ai eẽ sed pacẽ. Veneratur idẽ populus illos idẽ colitq̃. Nihil ergo hs i se utile teter istæ & hostilis affectus. At omnia econtrario mala. ferum: ignes: pudore calcato: cædibus inquinauit: manus membra liberorum disperxit. Nihil uacuum reliquit a scelere: non gloriæ memor: nõ iſaamiæ metuens inemendabilis cũ ex ira in odiũ obcaluit. Careamus hoc malo: purgemusq̃ mentem: & extirpemus radicitus ea uitia: quæ q̃is tenuia undecũq̃ exierint renascentur. & iram non tẽperemus: sed ex toto remoueamus. Quod enim male rei temperamentum est? Poterimus autẽ: admitamur modo. Nec ulla res magis ꝓderit q̃ cogitatio mortalitatis. Sibi quisq̃ & alteri dicat. Quid iuuat tanq̃ in eternũ genitos iras indicere. & breuissimã ætatẽ dispare? Quid iuuat dies quos in uoluptatem honestã ipendere licet in doloré alicuius tormentũq̃ trãsferre? Non capiũt res istæ iacturã: nec tẽpus uacat perdere. Quid ruimus in pugnã? Quid certamina nobis accersimus? Quid ibecillitatis obliti ingentia odia suscepimus? & ad frangendũ fragiles cõsurgimus? Iam istas inimicitias quas iplacabili gerimus animo: febris aut aliud malũ corporis uetabit geri. Iam per acerrimum media mors dirimet. Quid tumultuamur? & uitam seditiosi cõturbamus. Stat super caput fatum: & pereuntis dies iputat ꝓpiusq̃ ac ꝓpius accedit. Istud tẽpus qd alienæ destinas morti fortasse circa tuã est. Quin potius uitam breuem colligis placidãq̃: & tibi & cæteris præstas. Quin potius amabilem te dum uiuis: oibus desiderabilem cum excesseris reddis & cõtentũ: sed superioribus acidum ac mo

lestum exterrete uiribus tuis tentas. Quid seruo? Quid dominos? Quid reges? Quid clienā tuo irascēris? Sustine paulū. Venit ecce mors: quæ nos pares faciat. Videre solemus iter matutina harenæ spectacula: tauri & ursi pugnam inter se colligatorum: quos cum alter alterum uexarit suus cōfector spectat: idem facimus. Aliquē nobiscū alligatum lacessimus: cum uicto uictorique fines equidem [illegible] tus immineat. Quieti potius pacatique quātulūcunque supererit exigamus. nulli cadāt nostrū iaccat inuisum. Sæpe rixam conclamantium in uicinio incendium soluit: & interuētus fere latronem uiatorēque diducit. Colluctari cū miorib⁹ malis nō uacat: ubi mœtus maior appuit. Quid nobis cum dimicatione & insidiis? Nunquid amplius isti cui irascēris mortem optas etiam requiescente moriētur: perdis operam. Facere uis quod futurum est Nolo inquis utique occidere: sed exilio: sed exilio: sed ignominia: sed dāno afficere. Magis ignosco ei qui uulnus inimici: q̄ qui insulam comcupiscit, hic.n. non tantum mali animi est sed pusilli: siue de ultimis suppliciis cogitat: siue de leuioribus: q̄tulum ē temporis: quo aut ille pœna sua torqueatur: aut tu malum gaudium ex aliena percipias. Iā ipsum spiritum expuimus. Interim dum trahimus: dum inter homines: sumus: colamus humanitatem. non timor. cuiq̄ non periculo simus: detrimenta: iniurias: conuitia: uelicationes conteñamus & magno aio breuia feramus icōmoda. dūre spicimus q̄d aiūt uersamusq̄ nos imortalitās aderit.

Explicit liber de Ira.

LVCII ANNEI SENECAE. LIBER INCIPIT DE MVNDI GVBERNATIONE DIVINA PROVIDENTIA. ET Q_ALITER MVLTA MALA BONIS VIRIS ACCIDVNT.

q Væsistia me Lucili qd ita si diuina prouidentia mundum ageret: multa bonis uiris: accidere mala: hoc cōmodius in contextu operis redderetur: cum ptæsse uniuersis prouidentiam probaremus: & interesse nobis deum. Sed quoniam a toto particulam reuelli placet: & unam contradictionem manente lite integra soluere: faciam rem non difficilem causam deorum agenti. Superuacuum est in præsentia ostendere non sine aliquo custode tantū opus stare: nec hunc syderum certum cursum & discursum fortuiti impetus esse: & q casus incitat sæpe turbari & cito arietare: hanc in offensam uelocitatem procedere æternæ legis imperio tantum terra mariq̄ gestantē. tantū clarissimorū luminum ex dispositione lucentium non eē materiæ errantis. Hunc ordinem: neq̄ quæ temere exierunt tanta arte pendere: ut terrarum grauissimum pondus sedeat immotum: & circa se properantis cæli fugam spectet: ut infusa ualibus maria molliant terras: nec ullum incrementum fluminum sentiant: ut ex minimis seminibus nascantur gentia. Nec illa quidem quæ uidentur confusa & incerta: pluuias dico nobesq̄ & hiisorum fluminum iactus: & incendia ruptis montium uerticibus effusa: tremores labētis soli: alia quæq̄ multuosa ps rerum circa terras mouet sine rōne q̄uis subita sint accidunt. Sed & illa causas habent non minus q̄ quæ alienis locis conspecta miracula sunt: ut in medijs fluctibus calentes aquæ: & noua insularum in uasto exilientium mari spatia: Iam uero siquis obseruauerit nudari littora pelago in se recedentem eademq̄ intra exiguum tempus opiri credent certā quadam uolutione modo contra hi undas: & introrsum agi: modo erūpere & magno cursu repetere sedem suam cū ille interim portionibus crescunt: & ad horam ad diem subeunt ampliores minoresq̄ prout illas lunare sydus eliciuit. ad cuius arbitriū oceanus exundat: suo ista tempori reseruentur. Ego quidē magis quo tu non dubitas de prouidentia: sed quæris in gratiam te reducā cum diis aduersus optimos optimus sis. neq̄ enim natura patitur ut unq̄ bona bonis noceant. Inter bonos uiros ac deum amicitia est conciliāte uirtute. Amicitiam dico imo etiam necessitudo & similitudo: quoniam quidem bonus tempore tantū adeo differt. discipulus eius æmulatorq̄ ex natura prouenit. quē parens ille magnificus uirtutum non lenis exactor sicut seueri patres durius educat. ltaq̄ cū uideris bonos uiros acceptosq̄ diis laborare: sudare: per arduū extendere: malos aūt lasciuire & uoluptatibus fluere: cogita filiorū nos molestia delectari uernulæ licētia. Illos disciplina triftiori cōtineri. Alios audacia. Idē tibi de deo liqueat. Bonū uirū in delitijs non habet. Expetitur: indurat: sibi illum præparat.

De sustinendo impetū aduersitatis. Rubrica.

q Vare multa bonis uiris aduersa eueniunt? Nihil accidere bono uiro mali pōt. Non miscēē contraria. quē admodū tot amnes tantum superne deiectorum imbrium: tanta meditarraneorum uis fontium non mutant saporem maris. neq̄ remittunt quidem. Ita ad uersarum impetus rerum uiri fortis non uertit animū Manet in statu: & quicquid euenit: in suum colorem trahit. Est enī oibus externis potentior: nec hoc dico. Non sentit illa sed uincit. Alioquin qetus placidus. q̄ cōtra incurrētia attollitur. Oīa aduersa exercitiones putat quis aūt uir mō erectus ad honesta nō est laboris appetēs iusti: & ad officia cū periculo promptus? Cui nō industrio ociū pœna est. Athletas uidemus quibus uiriū cura est cū fortissimis q̄busq̄ cōfligere: q̄ exigere ab his p quos certamini p̄parātur: ut totis cōtra ipsos uiribus utātur: cædi uexariq̄ patiūtur: & si nō iueniūt singulos pes pluribus simul obiiciūtur. Marcet sine aduersario uirtus. Tuc appet q̄ta sit q̄tūcunq̄ ualeat: polleatq̄ cū qd possit patiētia ostēdit. Scias licet idē uiris bonis eē faciendū: ut dura ac difficilia non formidēt: nec de fato q̄rantur. Quicqd accidit bonicōsulant: in bonum uertant: Non quid: sed quemadmodum feras interest. Nō uides q̄to aliter: pfes aliter mattes

idulgeāt. Illi exercitari iubeāt liberos ad studia obeūda mature. fætiatis quoq̄ diebus nō patiūtur eē ociosos: & sudorē illis & interdum lachrymas excutiunt. Et matres fouere in sinu continere uma uolunt. Nunq̄ flere: nunq̄ cōtristari: labore. Paternum deus habet aduersus bonos uiros animū. & illos [illegible] & operibus: doloribus: ac dāns exagitat: ut ueræ colligant robur. Lāgnetp iertia saginata: nec labore tantū sed motu: & ipso sui onere deficiunt. Non fert illum ictū illæsa fœlicitas. At ubi assidua fuit cum incommodis suis rixas callum per iniurias duxit nec ulli malo cedit: sed etiam si succederit de genu pugnat. Miraris tu si deus ille bonorum amantissimus: qui illos q̄optimos atq̄ excellentissimos uult: fortunam illis cum qua exerceantur assignat? Ego uero non miror si aliquando impetum capiunt. Spectant dii magnos uiros colluctantes cum aliqua calamitate. Nobis interdum uoluptati est: si adolescens constantis animi irruentem feram uenabulo excipit: si leonis incursum interitus pertulit. tantoq̄ spectaculum est gratius: quanto id honestius fecit. Non sunt ista quæ possunt deorum in se uultum conuertere. Hæc puerilia & oblectamenta humanæ leuitatis. Ecce spectaculum dignum ad quod respiciat intētus operi suo deus. Ecce par deo dignum. Vir fortis cum mala fortuna compositus utiq̄ si & prouocauit. Non uideo inq̄ quid habeat in terris. Iuppiter pulchrius: si conuertere animum uelit: q̄ ut spectet Catonem iam partibus non semel fractis stantem nihilominus inter ruinas publicas rectum. Licet inquit omnia in unius conditione concesserit custodiantur legionibus terræ: classibus maria: & cæsarianus portas miles obsideat. Cato qua exeat habet. Vna manus latam libertatem nostram faciet. Ferrum istud in ciuili bello purum & innoxiū: bonas tandem ac nobiles ædet operas. Libertatem quā patriæ non potuit dare: Catoni dabit. Agre dere animæ diu meditatum opus. Eripe te rebus humanis. Iam petræ uis & iuba corruerunt: iacētq̄ alter alterius manu cæsi: fortis & egregia fati contentio: Sed quæ non deceat magnitudinem nostram. Tam turpe est Catoni mortem ab ullo petere q̄ uitam. liquet mihi cū magno expectasse gaudio deos. Quoniam ille uir acerrimus sui uindex: alienæ saluti consulit: & instruit discedentium fugam: dum etiam studia noctæ ultima tractat: dum gladium sacro pectori infigit: dum uiscera spargit: & illam sanctissimam animam indignamq̄ quæ ferro contaminaretur: manu educit. Inde credi derim fuisse parum certum & inefficax uulnus. non fuit diis mortalibus satis spectate Catonem semel retenta ac reuocata uirtus est: ut in difficiliori parte se ostenderet. Non eni tam magno animos mors immittitur q̄ reperitur. Quid ni libenter spectarent alumnum suum tam claro ac memorabili exitu euadentem. mors illos consecrat quorum exitum etiam qui timent laudant.

Ed iam procedente oratione ostendam q̄ non sint quæ non uidētur mala: nunc illud dico. Ista quæ tu uocas aspera: quæ aduersa & abominanda. Primum pro ipsis eē quibus accidunt. Deinde pro uniuersis quorum maior diis cura est q̄ singulorum. Post hæc uolētibus accidere: ac dignos malo esse si nolint his adiiciam: facto ista sic esse recte eadem lege nobis euenire: quia sunt boni. persuadebo deinde tibi ne unq̄ boni uiri miserearis. potest enim miser dici: nō potest esse. Difficillimum ex omnibus quæ proposui uidetur pro ipsis esse quibus eueniūt ista quæ horremus ac tremimus. Pro ipsis est inquit in exilium proiici: in ægestatem deduci: liberos: coniugem: hæc ferre ignominiam: afficī: debilitari. si miraris hoc pro aliquo esse: miraberis quosdam ferro & igne curari: nec minus fame ac siti. Sed si cogitaueris tecum remedii causa quibusdam & radi ossa: & legi: & extrahi uenas & quædam amputari membra quæ sine totius pernicie corporis hærere non poterant. hoc itaq̄ patieris probari tibi quædam incommoda pro his esse quibus accidunt. Tam mehercule q̄ quædam quæ laudantur atq̄ appetuntur contra eos esse quos delectauerunt: simillima crudelitatibus: ebrietatibusq̄: & cæteris quæ necant per uoluptatem. Inter multa magnifica, Demetrii nostri & hæc uox est. Aqua recens sum: sonat adhuc & uibrat in auribus meis. Nihil inquit mihi uidetur infœlicius eo: cui nihil unq̄ aliquid euenit aduersi. Non licuit enim illi se experiri ubi ex uoto illi fluxerunt omnia: ut ante uotum. male tamen de illo dii iudicauerunt. Indignus uisus est a quo uinceretur aliquando fortuna quæ ignauissimum quēq̄ refugit. Quasi dicat: Quid ergo istum aduersarium mihi assumā? statim arma submittet. Non opus est in illū tota patiētia mea leui cōminatione pelletur. Non potest sustinere uultum meum. Alius enim conspiciatur cum quo confetre possimus manum: putet cōgredi cum homine uinci parato. Ignominiā iudicat gladiator cum inferiore componi: & scit eum siue gloria uinci qui sine periculo uincitur. Idem facit fortuna fortissimos sibi pares quærit: quosdam fastidio transit contumacissimuq̄ quēq̄ & rectissimum aggreditur aduersus quē suam uim intendat. Ignēq̄ experitur in Mutio. Paupertatem in Fabricio. Exilium in Rutilio. Torméta in Regulo. Venenum in Socrate. Magnū exemplū nisi mala fortuna nō inuenit. Infœlix est Mutius q̄ dextera ignes hostium præmit: & ipse a se exigit erroris sui pœnas: q̄ Regem quē armata manu non potuit exusta fugat. Quid ergo fœcilior esset si in sinu amicitiæ foueret manū. Infœlix est Fabricius q̄ rus suum quātum a.R.P. uacauit bellum fodit. quod bellum tam cum pyrrho q̄ cum diuitijs gerit: q̄ ad focum cœnat illas ipsas radices & herbas quas in agro triūphalis senex euulsit. Quid ergo fœlicior esset si in uentrem suū lōginq̄ littoris pisces: & peregrina aucupia cōgereret? Si cochyliis superbi atq̄ inseri maris prigricia stomachi nauseantis exigeret? Si i gēti pomoq̄ strue cigeretur? Primæ formæ feras captas multa cæde uenātiū. Infœlix ē. Ru

tilius: q̄ qui illū dānauerūt causam dix̄nt omnibus sæculis: q̄ æquore lo passus est se ēripi: q̄ si
bi exilium: quod syllæ dictatori solus aliquid negauit & reuocatus non tantum retro cessit: sed lon
gius fugit uiderunt inquit hoc isti quos Romæ deprehendit fœlicitas tua. Videant largum in for
sanguinem & supra seruilianum lacum. Id enim proscriptionis Syllanæ spoliarium [illegible] im
capita: & passim uagationes per urbem percussorum greges: & multa milia ciuiuum Romanorum
uno loco post fidem: imo per ipsam fidem trucidata. Videant ista qui exulare non possunt. Quid er
go fœlix est Lucius Sylla: q̄ illi descendenti ad forum giagius submonetur: q̄ capita consularium
uirorum patitur ostendi: & precium cædis per quæstorem ac tabulas publicas minuant. & hæc om
nia facit ille qui legem corneliam tulit. Veniamus ad Regulum. quid illi fortuna nocuit? quid illi
documentum fidei: documentum patientiæ fecit? figunt cutem clauis: & quocunq; fatigatū corpus
reclinauit: uulnere incumbit: & in perpetuam uigiliam suspensa sunt lumina. Quanto per torméti
plus erit gloriæ. Vis scire q̄ non pœniteat hoc precio æstimasse uirtutem? refice tu illum: & mitte in
senatum: eádem sententiam dicet fœliciorergo tu Mecœnatem putas: cui amoribus anxiæ & mo
rose uxoris quotidiana repudia deflenti somnis per symphoniarum cantum ex longinquo leue
resonantium queritur: mero se licet sopiat & aquarū fragoribus aduocet: & mille uoluptatibus mē
tem anxiam fallat: tam uigilaut in pluma q̄ ille in cruce. Sed illi solatium est pro honesto dura to
lerare: & ad causam a patientia respicit. Hunc uoluptatibus marcidum & fœlicitate nimia laboran
tem. Magis his quæ patitur uexat causa patiédi. Non usq; eo in possessionem generis humani uitie
uerūt: ut dubiū sit an electiõe facti data plures Reguli nasci q̄ Mecœnates uelint. Aut siqs fuerit
q̄ audeat dicere mecœnatē se q̄ Regulū nasci maluisse. Idē iste taceat, ḷ nasci se, Terētia maluit. male
tentatum Socratem iudicas: q̄ illam potionem publice mixtam non aliter q̄ medicamentum imor
talitatis abduxit: & de morte disputauit usq; ad ipsam. Male cum illo actum est: congelatus est san
guis: ac paulatim frigore inducto uenarum uigor constitit. Quantomagis huic inuidendum est. q̄ il
lis quibus gemma mistratur. Quibus exoletus omnia pati doctus, exactæ uirilitatis: haud dubiæ su
spēsam auro niuem diluit. Hi quicquid biberint uomitu remittunt tristes. & bilem suam reguſtan
tes. At ille uenenum lætus & bibens hauriet. Quid ad Catonem pertinet? Satis dictum est: suamq; il
li fœlicitatem contigisse consensus hominum fatebitur: Quoniam rerum natura delegit: cum quo
metuenda colliderer inimicitiæ potentum graues sunt. Apponantur simul. Põpeio Cæsari & Cras
so. Graue est a deterioribus honore ante iri. Vatinio post ferantur. Graue est ciuilibus bellis itereſſe
toto terarum orbe pro causa bona tam fœliciter q̄ pertinaciter militet, Graue est si manus afferre fa
ciat. Quid per hoc consequar? ut omne faciant nõ esse hæc mala quibus ego dignū Catonē putaui.

De Prosperitate.

Rospera sed in plæbem ac uilia ingenia deueniunt: At calamitates terrores q; mortaliū
p sub iugum mittere proprium magni uiri est. Semper uero esse fœlicē & sine morsu ani
mi transire uitam: ignorasse est rerum naturæ alteram partem. Magnus es uir: sed unde
scio? si tibi fortuna non facultatem exhibendæ uirtutis. Descendisti ad olympia: sed ne
mo præter te olympiam coronam habet. Non gratulor tanq̄ uiro forti: sed tanq̄ consu
latum præturāue adepto honore auctus es. Idem dicere & bono uiro possum: sed illi nullam occa
sionem difficilior casus dedit in qua una uim sui animi ostenderet. Miserum te iudico q̄ non fuisti
miser: transisti sine aduersario uitam. Nemo sciet quid potueris: nec tu quidem ipse. Opus est enim
ad noticiam sui experimento: quod quidem quisq; posset nisi tentando non didicit, Itaq; quidā ul
tro se cessantibus malis obtulerunt: & uirtuti iter in occasionem per quam enitescerent quesierunt.
Gaudent inquit magni uiri aliquando rebus aduersis: non aliter q̄ fortes milites belli triūpho. Ego
Murmillionem sub. C. Cæsare de raritate munerum audiui querentem. Quam bella quidem ætas
perit. Auida est periculi uirtus. & quo tendit non quid passura sit cogitat. Quoniam & quod passura
est gloriæ pars est. Militares uiri gloriantur uulneribus: læti fluentem melior casu sanguinem ostē
tat. Idem licet fecerint qui integri reuertuntur ex acie: magis spectatur qui saucius redit. Ipsis inquā
deus consulit quos esse q̄ honestissimos cupit: quotiens illis materiam præbet aliquid animose for
titerq; faciendi. Ad quam rem rem opus est aliqua rerum difficultate. Gubernatorem in tēpestate:
in acie militem intelligas. Ande possum scire q̄tum aduersus paupertatē tibi animi sit: si diuitiis de
fluis? Vnde possum scire q̄tum aduersus ignominiam & infamiam: odiumq; populare constantiæ
habeas: si inter plausus senescis: si te inexpugnabilis & inclinatione quadam mentiū pronus fauor
sequitur? Vnde scio q̄ æquo animo laturus sis orbitatem filiorum: si quoscunq; sustulisti uides? Au
diui te cum alios consolareris tunc conspexissem: si te ipse consolatus esses: si te ipse dolore uetuis
ses. Nolite obsecro uos expauescere ista quæ dii immortales uelut stimulos admouent animis. Ca
lamitas uirtutis occasio est. Illos merito qui dixerit miseros qui nimia fœlitate compescūt: quos
uelut in mari lento tranquillitas itineris detinet. Quod quid illis inciderit nouum uenit. Ma
gis urgent sæua inexpertos. Graue est ferro ceruicibus iugum ad suspitionem uulneris tyro pal
lescit. Audaciter uereranus cruorem suum spectat: qui scit se sæpe uicisse post sanguinem. Hos itaq;
deus. quos probat: quos amat: indurat: recognoscit: exercet. Eos autem quibus indulgere uidetur: q

bus pcere mõles uenturis: malis seruat. Errātis, n. sequē iudicio exceptū. Sed ueniet ad illū diu fœli
cem sua portio. Quisquis uidetur dimissus esse: dilatus est. Quare deus optimū quēq; aut mala uali
dine: aut luctu: aut incommodis afficit? quare in castris quæq; periculosa fortissimis iperantur?
dux lectissimos [illegible] qui nosturnis hostes agrediantur insidiis? At explorent iter: aut præsidium
locum deiiciant. Nemo eorū qui exeunt dicit male de me iperator meruit: sed bene iudicauit. Idem
dicant qcunq; iubētur pati timidis, ignauisq; flebilia. Digni uisi sumus deo in qbus experiretur q̄tū
humana natura posset pati. Fugite delitias. Fugite eneruatā fœlicitatē: quā ai ptimescunt. & nisi ali
quid iteruenit qd humanæ sortis admoueat uelut ppetua ebrietate sopiti. Quē specularia aflatu ab
eundi cauerunt: cuius pedes iter fométa subinde mutata repuerunt? cuius cœnationes subditus &
parietibus circūfusis calor tēperauit hunc leuis aura nõ sine periculo stringit. Cū oía quæ excesserint
modū noceant: periculosissima fœlicitatis itemperantia est. Mouet cerebrū in uarias imētes & imagi
nes euocat: multū inter falsum ac uerū medicæ caliginis fundit. Quid ne id satius sit? ppetuā infœ
licitatem aduocat a uirtute sustinere: q̄ infinitis atq; modicis bonis rūpi. Leuior ieiunio mors ē: cru
ditate dissiliunt. Hanc itaq; rõnē dii sequūtur in bonis uiris: quā in discipulis sui pceptores: qui plus
laboris ab his exigunt in qbus certior spes est. Nunqd tu inuisus esses Lacædemonijs: liberos suos
erudis (quoꝝ experiūtur indolē) publice uerberibus admotis? Ipsis illos patres adhortātur: ut ictus
flagellorū fortiter perferāt: & laceros ac semianimes rogāt: perseueranter uulnera præbere uulneri
bus. Quid mirū si dure generosos spiritus deus tentat? Nunq̄ uirtus molle documentū est: uerberat
nos & lacerat fortuna patimur. Nõ est sæuitia. Certamē est: quo sepius adierimus fortiores erimus,
Solidissima pars est corporis quā frequens usus agitauit. Prædendi fortunæ sumus: nt cõtra illā ab
ipsa duremus. Paulati nos sibi pares faciat. Cõtēptū piculoꝝ assiduitas piclitādi dabit. Sic sunt nau
cla corpora efferēdo mari dura. Agricolis manus terræ. Ad excutiēda tela militares lacerti ualent.
Agilia sunt mēbra cursoribus. Idē quoq; solidissimū est qd exercuit. Ad contenendā patriā uel ma
lorū potētiā aius patiētia puenit. Quæ qd in nobis efficere possit scies: si aspexeris, q̄tū nationibus
nudis & iopia fortioribus labor pstet: Oēs cõsideratēs in qbus romana pax desinit. Germanos
dico: & qcd circa istrum uagarū gentiū occursat ppetua illos hyems: triste cælū præmit. Maligne
solū sterile sustenta: timbrē culmo aut fronde defendūt: sup durata glacie stagno prosultāt in ali
mentū feras captant. Miseri tibi uidentur. Nihil miserū est qd in natura cõsuetudo pduxit. Paulati
eni uoluptati sunt: quæ necessitate cœperūt. Nulla illis domicilia, nullæq; sedes sunt: nisi quas lassi
do in diē posuit. Vilis & hic q̄rendus est manu uictus horrēda iniqtas cæli in tecta corpora hoc qd
tibi calamitas uidetur tot gentiū uita est. qd miraris bonos uiros ut cõfirmentur cõcuti. Non est ar
bor solida nec fortis nisi in quā frequens uentus icursat: ipsa eni uexatione cõstringitur: & radices
certius figit. Eragiles sunt quæ in aprica ualle creuerūt. pro ipsis ergo bonis uiris est ut esse interriti
possint. Multū iter formidolosa uersari: & æquo aio ferre q̄ non sunt mala nisi male sustinenti.

Dice nunc qd pro oibus est optimū quēq; ut ita dicā militare & ædere operas. Hoc est ppo
a situm deo q̄ sapiēti uiro ostēdere hæc quæ uulgus appetit: quæ reformidat nec bona esse
nec mala. Apparebūt autē bona esse si illa nõ nisi bonis uiris tribuerit: & mala eē si malis tā
tum irrogauerit. De testabilis erit cæcitas si nemo oculos pdiderit: nisi cui eruēdi sunt, Itaq; careant
luce Appius & Metellus. Nõ sunt diuitiæ bonū. Itaq; habeat illas & Ellius leno: ut hoies pecuniam
cū in tēpus cõsecrauerint uideant: & in fornice. Nullo mõ magis põt deus cõcupita trāsducere q̄ si
illa ad turpissimos differt: ab optimis abigit. At iniquū est bonū uirū debilitari: aut cõtingi: aut alli
gari. malos integris corporibus solutos ac delicatos incedere. Quid porro nõ est iniquū fortes arma
sumere: & in castris pnoctare: & pro uallo obligatis stare uulneribus. Interim in urbe securos eē pro
cisos & professos ipudicitiā. Quid porro non est iniquum nobilissimas uirgines ad sacra facienda
noctibus excitari. Altissimo somno inqtas frui. Labor optimus citat. Senatus per totū diē cõsuluit
sæpe cum illo tempore uilissimus quisq; aut in cãpo ocium suū oblectet: aut in põda lateat: aut tem
pus in aliquo circulo terat. Idem in hac re magna publica fit. boni uiri laborant ipediuntur, Volen
tes qdē non trahuntur a fortuna: sed sequuntur illam: & æquo gradu si scissent antecessissent: Hanc
quoq; animosam Demetrii fortissi uiri uocem audisse me memini. Hoc unum inquit dii immorta
les quæri possum q̄ non ante mihi uoluntatē uestram notam fecistis. Prior enim ad ista uenissem
ad quæ nunc uocatus assum. Vultis liberos sumere illos uobis offero. Vultis aliquā partē corporis
sumite: Non magnā rem promitto: cito totū relinquā. Vultis spiritū Quid ni nullā morā faciā quo
minus recipiantis qd dedistis? A uolēte feretis qcqd patieritis. Quid ergo est: maluissem offerre q̄
tradere. Quid opus fuit auferre? accipere potuistis: sed ne nunc quidem auferetis. Quid? nihil eripi
tur nisi retinenti. Nihil cogor. Nihil patior iuitus: uec serui deo sed assentio. Eo quidem magis quo
scio oía certa: & in æternū dicta lege decurrere. Fata nos ducūt: & q̄tū cuiq; tēporis restet: prima na
scentium hora disposuit. Causa pendet ex causa priuata ac publica: lõgus ordo rerū trahit. Ideo for
titer oē faciendū est. Quia nõ ut putamus ĩcidūt cuncta sed ueniūt. Si cõstitutū est qd gaudeas: qd
fleas: & quis magna uideatur uarietate singuloꝝ uita distingui: summa in unū uenit. Accepimus pi
tura pituri. Quid ita idignamur? qd q̄rimur? Ad hoc parati sumus. Vtatur ut uult suis nã corpoꝝ

Nos læti ad oĩa & fortes cogitemus nihil pĩre de nostro. Quid est boni uiri præbere se fato? Grãde solatiũ est cũ uniuerso rapi. Quid ẽ q̃, nos sic uiuere: sic mori iussit? eadẽ necessitate & deos alligat: irreuocabilis humana pariter ac diuina cursus uehit. Ille ipse omniũ cõditor ac rector scripsit quidem fata: sed sequitur. Semper paret: semel iussit. Quare tũ deus tam iniquus in distribuendis malis bonis uiris pauptatẽ uulnera & acerba funera ascriberet. Non põt artifex mutare mãm. Hæc passa est. Quædam separi a quibusdã non possunt: cohærẽt: indiuidua sunt: languida ingenia: & in somnũ itura: aut in uigiliã somno simillimã: inertibus nectuntur elemẽtis: ut efficiatur uir: cũ cura dicens fortiore fato opus est. Nõ erit illi planũ iter sursum oportet ac deorsum eat: fluctuetur ac nauigium in turbido regat. Cõtra fortunã illi tenẽdus est cursus. Multa accident dura: aspera: q̃ molliãt & cõplanent. Ipse ignis aurũ, pbat: miseria fortes uiros. Vide q̃ alte extẽdere debeat uirtus: sciens illi nõ per secura uadendũ eẽ. Ardua pria uia est: & q̃is inanis recẽtes, senitantur eq medio est altissima cælo: Vnde mare & terras ipsi mihi sæpe uidere fit. Timor & pauida trepidet formidine pectus. Vltima pena uia est: & reget moderamine certo. Tunc quæ ẽt me subiectis excipit undis. Ne ferar in præceps. Thetis solet ipsa uereri. Hæc cũ audisset ille generosus adolescens. Placet inq̃t uia. Ascẽdo. Est tanti p ista ire casuro. Non desunt quæ te terrãt: at tene animũ mœtu teritate. Vtq; uiã teneas; nulloq; error traharis: Per tamẽ aduersi gradieris cornua tauri. Hemoniosq; arcus: uiolentiq; ora leonis. Post hæc ait, Finge datos currus his qbus deterrime putas. icitor. Libet illic stare ubi ipse sol trepidat. humilis & inertis est tuta secare per alta uirtus est.

q Vare tamẽ bonis uiris patiatur aliqd mali deus fieri. Ille uero nõ patitur. Oĩa mala ab illis remouit: scelera & flagitia: & cogitationes iprobas: & auida cõsilia. & libidinẽ cæcã: & alieno imminentẽ auaritia. Ipsos tuetur aut uendicat. Nunqd hæc quoq; adeo aliqs exigit: ut bonorum uiroꝝ ẽt sarcinas seruet. Remittũt ipsi hãc deo. Curã. Externa cõtẽnunt. Democritus diuitias proiecit: & onus illas bonæ mẽtis existimans. Quid ergo miraris si id deus bono accidere patitur: qd̃ uir bonus aliquãdo uult sibi accidere? Filios amittut uiri boni: qd ni cũ aliquãdo & occidant: in exilũ mittuntur. Quid ni cũ aliquãdo ipsi patriã nõ repetituri relinquãt occiãtur. Quid ni cũ aliquãdo ipsi sibi manus inferãt: qui ẽt quedã dura patiũtur: ut alios pati doceãt. Nati sunt in exẽplar. Puta itaq; deũ dicere. Quid habetis qd̃ de me q̃ri possitis uos qbus recta placuerũt. Aliis bona falsa circũdedi: & aios inanes: uelut lõgo fallaciq; somnio lusi. Auro illos argẽto & ebore adornaui. Inrus boni nihil est isti quos pro fœlicibus aspicitis si nõ qua currũt: sed qua latẽt uideritis: miseri sũt: sordidi: turpes. ad simi itudinem parietũ suoꝝ extrinsecus culti. Nõ est ista solida & syncera fœlicitas: crustã est eqdẽ tenuis. Itaq; diũ illis licet stare: & arbitriũ suũ ostẽdi nitent & iponũt. Cũ aliqd inciderit qd disturbet ac detegat: tũc apparet q̃tũ alte ac uære fœditatis alienus splẽdor obsconderit. Vobis dedi bona certa mãsura quãtomagis uersaueritis: & undiq; ispexeritis. Meliora maioraq; pmisi uobis: metuẽda cõtẽnere: cupiditates fastidire. Nõ fulgetis extrisecus. Bona uestra introrsus obuersa sunt. Sic mũdus exteriora cõtẽpsit spectaculo sui lætus. Intus oĩa posuit, bonũ. Nõ egere fœlicitate: fœlicitas uestra est. At multa icidunt tristia: horrẽda: dura toleratu. Quia nõ poterã uos istis subducere: aios uestros aduersus oĩa armaui forte fortiter: hoc ẽ q̃ deũ ãncedatis. Ille extra patiẽtiã maloꝝ est: Nos supra patientiã. Cõtẽnite pauptatẽ. Nemo tã panp uiuit q̃ natus est, Cõtẽnite doloremẽ: qa aut soluetur: aut soluet. Cõtẽnite fortunã. Nullũ illi telũ quo ferret aium dedi. Ante oĩa caui ne qs uos teneret iuitos. Patet exitus. Si pugnare nõ uultis licet fugere. Lõq; ex oĩbus rebus q̃s eẽ uobis necessarias uolui: mihil fecifacilius q̃ mori. Prono aiam loco posui. Trahitur. Attẽdite mõ & uidebitis q̃breuis ad libertatẽ: & q̃ expedita ducat uia. Non tã lõgas in exitu uobis q̃ intrantibus moras posui. Alioqn magnũ in uos regiũ fortuna tenuisset si hõ tã tarde moreretur q̃ nascitur. Oẽ tẽpus oĩs uos locus doceat q̃ facile sit renũciare naturæ: & munus suũ illi ipigere. Iter ipsa altaria & solẽnes sacrificatiũ ritus: dũ optatur uita mortẽ cõdiscat: corpora opima tauroꝝ exiguo cõcidunt uulnere: & magnarũ uiriũ aialia humanæ manus ictus ipulit: tenuit ferro cõmissura ceruix: arrumpitur: & cũ articulus ille q caput collũq; cõmittit incisus est tãta illa moles corruit. Nõ in alto latet spiritus nec utiq; ferro eruẽdus est. Nõ sunt uulnere, ipresso scrutata præcordia. In proxio mors est. Nõ certũ ad hos ictus æstimaui locũ. Qucũquæ ui puuũ est ipsum illud qd̃ uocatur mori quo aia discedit a corpore breuius est q̃ sentire tãta uelocitas possit: siue fauces nodus elisit: siue spiramẽtũ a qua pcluserit: siue ui corpus lapsum subiacẽtis soli duritia cõminuit: siue haustus ignis cursum animæ remeantis intercidit. Quicquid est, pperat: & quicquid erubescitis q̃ tam cito sit timetis diu.

Explicit liber de prouidentia dei.

INCIPIT LIBR LVCII ANNEI SENECAE AD GALIONEM DE VITA BEATA.

Iuere Galio frater oĩs beate uolũt. Sed ad prouidendũ quid sit q̃ beatã uitã efficiat caligant. A deoq; nõ est facile cõsequi beatam uitã ut ab ea quisquæ eo lõgius precedat quo

u ad illã cõcitatius feretur. Si uia cõcitatius lapsus est: q̃ ibi in cõtrarium ducit ipsa uelocitas maioris iterualli cã sit. Proponendũ est itaquæ primũ qd sit qd̃ appetamus. Tũc circunspiciendum est qua cõtendere illo celerrime possimus. intellectum in ipso itinere: si modo rectũ erit q̃tũ quotidie, pficiamus: q̃toq; propius ab eo simus ad, quos nos cupiditas nãlis im

pelit. Quãdiu qdem passim uagamur nõ ducẽ secuti: sed fremitũ & clamorẽ dissonum i diuersa uocantiũ: cõteretur uita inter errores breuis etiam si dies noctesq; bonæ mẽti laboremus. Decernatur quo & quo tendamus: & qua nõ sine periro aliquo cui explorata sint ea in quæ, pcedimus. Quoniã qdem nõ ẽadem hic qui in cæteris pegrinationibus cõditio est. In illis cõprehensus aliqs limes: & i terrogati incole nõ patiuntur errare. At hic certissima quoq; uia & celebertima maxime decipit. Nihil ergo magis præstandum est q̃ ne pecorum ritu sequamur antecedentiũ gregẽ pergẽtes nõ quo eundũ est: sed quo itur. Atqui nulla res nos maioribus malis iplicat q̃ q, ad rumorem cõponimur. optima rati ea quæ magno essensu recepta sunt: qdq; exempla bonis multa sunt: nec ad rationẽ sed similitudiuem uiuimus. Inde ista tanta coaceruatio aliorum supra alios tuentium. Quod in strage hominũ magna euenit cum ipse populus premit. Nemo ita cadit: ut non alium in se attrahat. Primi exitio sequẽtibus sunt. Hoc in omni uita accidere uideas. licet nemo sibi tantũ errat, sed alieni erroris causa & auctor est: Nocet enim applicari antecedentibus: & dũ unusquisq; mauult credere q̃ iudicare. Nunq̃ de uita iudicatur semper creditur. Veriatq; non & precipitat traditus per manus error alienisq; perimus exemplis. Sanabimur si modo separemur a cœtu. Nunc uero stat contra rationẽ defensor mali sui populus. Itaq; idem uenit quod in comitiis: in quibus eos factos prætores idẽ qui fecere miratur: cũ se mobilis fauor circũegit. Eadem iprobamus: & eadem iprobamus & reprehẽdimus. Hic exitus est oĩs iudicii in quo secundum plures datur cum de beata uita agetur. Non ẽ q̃ mihi illud dissensionum more respondeas. Hæc pars maior esse uidetur. Ideo enim peior. Non tam bene cum rebus humanis geritur: ut meliora pluribus placeant. Argumentum pessimi turba ẽ. quæramus quid optime factum sit: non quid usitatissimum: & quod nos in possessionẽ fœlicitatis æternæ cõstituat. Non quid uulgo ueritas pessimo interprete, pbatũ sit. Vulgus autem tam chlamydatos q̃ coronatos noco. Non enim colorẽ uestium quibus prætexta corpora sunt aspicio. Oculis de homine non credo. Habeo melio cetiusq; lumen quo a falsis uera diiudicem. Animi bonũ animus inueniat. Hic si unq̃ ille respirare & recedere in se uacuerit. O q̃ si ipse uerum tortus a se fatebitur ac dicet: quicquid feci adhuc infectum esse mallẽ. Quicquid dixi cum recogito in multis uideo. Quicquid ptaui inimicorum execrationem puto. Quicquid timui dii boni quãto leuius sunt q̃ quæ cupiui. Cum multis amicitias gessi: & in gratiam ex odio si modo ulla inter malos gratia est redii. mihiipsi nondum amicus sum. Omnem operam dedi ut me multitudini educere: & aliquã dotem notabilem facerem. Quid aliud q̃ telis me opposui etiam maliuolentiæ quod morderet ostẽdit. Vides tu istos qui eloquentiam laudant. qui opes sequuntur: qui gratiæ adulantur: qui potentiam extolluntur? Omnes autem sunt hostes: aut quod in æquo est eẽ pñt. Quã mirãtiũ magnus magnus inuidentiũ populus est. Quin potius q̃ro aliqd usũ bonũ qd̃ sentiã nõ ostẽdã. Ista q̃ spectãtur ad q̃ consistitur: quæ alter alteri stupens monstrat: foris nitent itrorsus misera sunt. Quæramus aliquod nõ in specie bonũ: sed solidum & æquale: & a secretiore parte formosius. Hoc eruamus. Nec longe positum est iuenietur. Scire tantũ opus est quo manũ porrigas. Nunc uelut in tenebris uicinia transimus: offensantes ipsa quæ desideramus: sed ne te per circuitus traham: aliorum quidẽ opiniones præteribo. Nam & enumerare illas longum est: & coarguere. Nostram accipe. Nostrã uero cũ dico non alligo me ad unum aliquẽ ex Stoicis proceribus. Est & mihi censcendi uis. Itaq; aliquem seq̃r: aliquẽ iubebo sententiã diuidere. Fortasse & post oĩs citatus nihil iprobabo ex his quæ priores decreuerint: & dicã. Hæc amplius censeo. Interim q̃ oĩs stoicos cõuenit rerũ naturæ assentio. Ab illa non deerrare: & ad illius legẽ exẽplũq; formari sapiẽtia est. Beata est ergo uita cõuenẽs naturæ suæ: quæ nõ aliter cõtingere põt: q̃ si primũ sana mens est: & in ppetua possessione sanitatis suæ. Deinde sit fortis ac uehemens: pulcherrima & patiens anxii apta tpis corporis sui ptinentiũq; ad id curiosa nõ anxia. Tamẽ illarũ rerũ quæ uitã istruunt diligens sine admiratione cuiusq; usura fortunæ munere ribus nõ seruitura. Intelligis ẽt si nõ adiicia sequi ppetuã tranquillitatẽ: libertatẽ. Depulsis hisq; aut irritant nos: aũt tentãt nos. Nã uoluptatibus ẽt, p illis quæ pua aut fragilia sunt: & ipsis flagitiis noxia. Ingens gaudiũ subit incõcussum & equale: & pax & concordia animi: & magnitudo cum mansuetudine. Omnis enim ex infirmitate feritas est. Quẽadmodũ idẽ exercitus mõ latius pãditur: mõ in angustũ coartatur. Et aut in cornua summata: media pte curuatu. aut tecta frõte explicatur. Vis illi utcũq; ordinatus est: eadẽ est & uolũtas pro eisdẽ partibus stãdi. Ita diffinitio sumi boni alias diffundi põt & porrigi: alias colligi: & in se cogi: Idẽ utiq; erit si dixero. Sũmũ bonũ est animos fortuita despiciẽs: uirtute lætus: aut inuicta uis animi: pita, reꝝ placida in actu cũ humanitate multa: & cõuersantiũ cura cura. Libet itaq; diffinire ut beatũ dicamus hoiem illũ: cui nullũ bonũ maluq; sit: nisi bonus malusq; animus. Honesti cultor: uirtute cõtentus: quẽ nõ extollũt fortuita nec frangunt: q̃ nullũ maius bonũ eo qd̃ sibiipse dare põt nouerit. cui nã uolũtas erit uoluptatũ cõtẽtio. Licet si euagari uelis idẽ in aliã atq; aliã faciem flua & itegra potestate trãsferre. Quid enim, phibet nos beatũ dicere liberũ animũ: & erectũ: & iteritũ: ac stabilẽ extra mœtũ: extra cupiditalẽ positũ. Cui unum bonũ sit honestas: unũ malũ turpitudo? Cætera uilis turba rerũ. Nec datrahens qcq̃ beatæ uitæ: nec adiiciens sine actu ac detrimẽto summi boni ueniens ac recedens. Hunc ira fundatũ necesse ẽ uelit nolit, sequatur hilaritas cõtinua: & leticia alta atq; ex alto uentẽs. Vt q̃ suis gaudeat. nec maiora do-

mesticis cupiat. Quid in ista perisset lene cum inimicis & friuolis & non perseuerantibus corpuscu-
li motibus. Quo die infra uoluptatem fuerit: in dolore erit. Vides autem q̄ malam & noxiam seru-
utem seruiturus sit: quæ uoluptates: dolorescq; incertissima diuina: ipotentiſſimaq; alterius po-
bunt. Ergo exeundum ad libertatem est. Hunc nō alia res tribuit q̄ fortunæ negli- mam. Tam illud
oritur in extimabile bonū: quies mētis i tuto collocare: & sublimitas expulsisq; terroribus ex cogni
tione ueri gaudiū grande & imotū cōmitansq; & diffusio animi qbus delectabitur nō ut bonis: sed
ut ex bono suo ortis. Quoniā liberaliter agere cœpi: potest beatus dici qui nec cupit nec timet: be-
neficio rationis. Quoniā & saxa timore & tristitia carent: nec minus pecudes. Non ideo tamen qsq̄
fœlicia dixerit: qbus non est fœlicitatis intellectus. Eodem loco pone homines quos in numerum
pecoꝝ & animaliū redegil habes natura & ignoratio sui. Nihil interest hos & illa. Quoniām illis
nulla ratio est. His praua: & malo suo atq; in peruersum solers. Beatus enim nemo dici pot extra ue-
ritatem proiectus. Beata ergo uita est in recto certoq; iudicio stabilita & inmutabilis. Tūc ei pura mēs
est: & soluta omnibus malis: cū non tantū lacerationes sed etiam uellicationes effugerit statura sem
perubi constitit: ac sedem suam etiam irata & infestante fortuna uendicatura. Nā quod ad uolupta
tem pertinet licet circūfundatur undiq; per omnes uias inctuat: animūq; blandimentis suis leniat.
Alia quæ ex aliis admoueat. Quibus notasq; partes nostri solicitent? Quis mortalium cui ullū sup-
est nullū hominis uestigium: per diem noctēq; titilari uelit: & deserto animo corpori operam da
re. Sed & animus quoq; inquit uoluptates habebit suas. Habeat sane sedeatq; luxuriæ & uoluptatū
arbiter impleat se omnibus eis quæ oblectare sensus solent. Deinde præterita respiciat & exoletarū
uoluptatum memor exultet prioribus: futurisq; iā imineat. Ac spes ordiet suas. Et dū corpus in præ
senti saguia iacet: cogitationes ad futura premittat. Hoc mihi uidetur miserior: quoniam mala pro
bonis amplecti dementia est. Nec sanitate quisq; beatus est: nec sanus cui futura pro optimis appetū
tur: Beatus est. ergo iudicii rectus Beatus est præsentibus qualiacū q; sunt contentus amicusq; rebus
suis. Beatus his cui omnem habitū rerum suarum ratio cōmendat. Videant & in illis qui summum
bonum dixerint: q̄ turpi illud loco posuerit. itaq; negant posse uoluptatem & a uirtute debucit: &
aiunt nec honeste quēq̄ uiuere: ut non iucūde: ut non honeste quoq;. Non uideo quomō ista diuer
sa in eandem copulam coniiciantur. Quid est oro uos cur separari uoluptas a uirtute non possit: ui
delicet quod omne bonis ex uirtute principium est. Ex huius radicibus etiam ea quæ uos & amatis
& expeditis oriuntur. Sed si ista indiscreta essent non uideremus: quædam iucūda & honesta. Quæ
dam uero honestissima sed aspera: per dolores exigenda. Adiice nunc q; uoluptas etiam ad uita tut
pissimam uenit. At uirtus malam uitam non admittit Et infœlices quidam non sine uoluptate im
mo ab ipsa uoluptate sunt: quod non eueniret si uirtuti se uoluptas immiscuisset. Quia uirtus sæpe
caret nunq̄ indiget. Quid dissimilia imo diuersa compositis. Altum quidam est uirtus excelsum &
regale: inuictum: insatigabile. Voluptas: humile: seruile: imbecillum: caducum: cuius stario ad domi
cilium fornices & popinæ sunt. Virtutem in templo inueniens: in foro: in curia: pro muris stantem
pulueulētam: coloratam: callosas habentē manus. Voluptatē latitātē sæpius: ac tenebras captantē,
Circa balnea ac sudatoria: ac loca ædilem metuentia mollem eneruem. Mero atquæ unguento ma
dentem: pallidam ac focatam: & medicamentis pollutam. Summum bonum imortale est: nescis ex
ire: nec satietatem habet nec: pœnitentiam. Nunq̄ recta mens uertitur: nec sibi odio ē nec quicq̄ mu
tauit: quia semper secuta est optima. At uoluptas tunc cum maxime delectat extinguitur. Nec mul
tum loci habet itaq; cito implet: & tedio est: & post primum ipetum marce. Nec id unq̄ cer um est:
cuius in motu natura est. Ita non potest quidem ulla eius esse, substantia quod uenit transitue celer
rime in ipso usu sui periturum. Eo enim peruenit ubi desinit: & dum incipit spectat ad ūnem. Quid
qđ tam bonis q̄ malis uoluptas ineſt. Nec minus turpes dedecus q̄ honestos egregia delectant. Iōq;
præceperunt ueteres optimam sequi uitam: non iucundissimā: ut recte ac bonæ uoluptates nō dux
sed comes uoluptas sit. Natura enim duce utendum est. Hanc ratio obseruat: hanc cōsulit. Idem est
ergo beate uiuere & secundum naturā. Hoc quid sit iā aperiam: si corporis dotes & apta naturæ con
seruabimus diligenter: & ipauidæ tanq̄ in diē data & fugacia: si non subierimus eorū seruitutē. nec
nos aliena possiderint: si corpori grata & aduentitia eo nobis loco fuerit: quo sunt in castris auxilia
& armatura leuis. Seruiat ista nō iperet. Ita demū utilia sunt menti. Incorruptus uir sit externis & in
superabilis: miratoq; sui tātū fidens aio atq; in utrūq; paratus artifex uitæ. Fiducia eius nō sine scié
tia sit: non sine constantia. Maneant illi semel placida: nec ulla in decretis eius litura sit. Intelligitur
etiam si non adiecero compositum ordinatūq; fore tamen uirū: & in his quæ aget cū comitate ma
gnificum erit uera ratio sensibus insita. & capiens inde principia. Nec enim habet alium unde cone
tur. Aut unde ad uetum ipetum capiat: & in se reuertatur. Nam mundus quoq; cuncta complectēs:
rectorq; uniuersi deus: in exteriora quidem tendit & redit. Idem nostra mens faciat cum secuta sen
sus suos per illos se ad externa porrexit: & illorum & sui potens sit. Hoc modo una efficietur uis ac
tās concors sibi: & ratio illa certa nascetur: non diffidens nec hæsitans in opinionibus comprehē
sionibusq;: nec in sua persuasione. Quæ cum se disponit: & partibus suis consensit: & ut ita dicā con
cinnit: summū bonum tetigit. Nihil enī parui: subiti supest: nihil in quo aritet aut labet. Oia faciet

ex imperio suo. Nihilq; inopinatū facier. Sed quicq̄d aget in bonū exibit facile & parate: & tergiuer
satione agentis. Nā pigritia & hæsitatio pugnā & incōstantiā ostēdit. Quare audacter licet profitea
mur summū bonum esse animi concordiam. Virtutes enī ibi esse debebunt: ubi cōsensus atq; unitas
erit. Dicierit fortia: sed tu quoq; inquis uirtutem non ob aliud colis q̄ quia aliquā ex illa speras uo
luptatem. Primū uero si uoluptatē præstatura uirtus est: ideo, ppter hanc petitur. Non enī hanc præ
stat: sed nec hunc laborat. Sed labor eius q̄uis aliud petat: hoc quoq; assequetur. Sicut in agro quod
segeti procisum est aliqui flores inrernascuntur. Non ramen hic herbulæ q̄uis delectet oculos tantū
operis in sumptū est. Aliud fuit serenti ppositū. Hoc supuenit. Sic uoluptas non est merces: nec cau
sa uirtutis: sed accessio. Nec quia delectat placet: sꝫ quia placet delectat. Sūmū bonū in ipso iudicio
est: & habitu optimæ mētis: quæ cū sinū ipleuit: & finibus se suis cinxit. Cōsumatum est summū bo
nū: nec qcq̄ amplius desiderat. Nihil est extra totū non magis q̄ ultra finē. Itaq; erras cū interrogas
quid sit illud ppter quod uirtutē petam. Quæris enī aliquid supra sūmū. Interrogas quid petā extra
uirtutem ipsam. Nihil enī habet melius: ipsa precium sui est. An hoc parum magnum est. Cum tibi
dicam summū bonū est infrangibilis animi rigor: & prouidentia: subtilitas: sanitas: & libertas: con
cordia: & decor. Aliquid etiam nunc exigis maius ad quod ista referuntur: quid mihi uoluptatē no
minas hominis bonum. Quæro nō uentris: qui pecudibus ac beluis laxior est dissimulas nunquid
quid a medicatur. Ego enim nego quēq̄ posse iucunde uiuere: nisi simul & honeste uiuat. Quod nō
potest mutis contingere animalibus: nec bonum suū cibo me sentibus. Clare inq̄ ac palam testor
hanc uitam quam ego iucundam uoco: non sine adiecta uirtute contingere. At q̄squis ignorat ple-
nissimos esse uoluptatibus uestris stultissimos: & nequitiam abundare iucūdis: animūq; ipsum nō
tantum genera uoluptatis praua, sed multa suggerere. In primis insolentiam & nimiam æstimatio
nem sui: timoremq; elatū super cæteros: & amorē rerum suarum: cæcum & iprouidū. Delitias fluē-
tes ex minimis ac puerilibus causis exultationē iam dicacitatem & loquacitatem: ac superbiam cō
tumeliis gaudentem: desidiam: dissolutionēq; segnis animi idormientis sibi. Hæc omnia uirtus di
scuit: & aurem perpellit: & uoluptates æstimat anteq̄ admittat: nec quas, pbauit magnipēdit. Vtiq;
admittit: nec usu ea: sed tēperātia læta est. Tēperantia aūt cū uoluptates minuat sūmi boni iniu
ria ē. Tu uoluptatē cōplecteris: ego cōspeco. Tu uoluptate frueris. ego utor. Tu illā sūmū bonū pu
tas: ego nec bonū. Tu oia uoluptatis cā facis: ego nihil cū dico me nihil uoluptatis cā facere: de il-
lo loquor sapiente: cui soli cōcedis uoluptatē. Nō uoco autem sapiētē supra quem quicq̄ est: nedū
uoluptas. at qui ab hac occupatus: quomodo resistet labori ac periculo ægestati: & tot humanā uitā
circūstrepentibus minis. Quomodo conspectum mortis: quomodo doloris feret? quomodo mun
di fragores: & acerrimorum hostium tam molli aduersario uictus. Quicqd uoluptas suaserit, faciet.
Age: non uides, q̄ multa suasura sit. Nihil inquis potetit suadere turpiter. quia adiuncta uirtuti ē. Nō
tu uides iterum quale sit summum bonum cui custode opus ē: ut bonum sit. Virtus autem, quomo
do uoluptatem reget: quē sequatur: cum se qui parentis sit: regere iperantis. A tergo ponis quod im
perat. Egregium autē uirtutis apud nos officiū uoluptates præstare. Sed uidebimus an apud quos
tam contumelioſe tractata uirtus est: adhuc uirtus sit: quæ habere nomen suum nō potest sibi loco
cessit. Interim de quo agitur multos ostendam uoluptatibus obsessos: in quos fortuna oia munera
sua effudit: quos fatearis necesse est malos. Aspice Momentaneum & Rapicium: terrarum ac maris
ut isti uocant bona conquerentes: & super mensam recognoscentes omnium generum animalia. Vide
hos eosdem e successuros: expectantibus popinam suam: aures uocum sono spectaculis oculos. Sa
poribus palatum suum delectantes: mollibus lenibusq; fomētis: totum lacessit: ur eorum corpus. Et
ne nares interim cessent: odoribus uariis inficitur locus ipse: in quo luxuriæ parentatur. Hos esse in
uoluptatibus dices: nec tantum illis bene erit: quia non bono gaudent. Male inquit illis erit: qa mul
ta interueniunt quæ perturbant animum. Et opiniones inter se cōtrariæ mentē inquietabūt. Quod
ita esse concedo. Sed nihilominus illi ipsi stulti: & inequales. & sub ictu pænitentiæ positi: magna
persipiunt uoluptates. Vt fatendum sit tam lōginquum illos ab omni molestia abesse: q̄ a bona mē
te. Et quod plærisq; contingit hilarem insaniam: insanire ac per risum furere. At contra sapientiū re
missæ uoluptates & modestæ: ac pene languidæ sunt cōpressæq;: ut uix notabiles. Vt quæ neq; acces
sitæ ueniant: nec quis per se accesserint: in honorem sint. Neq; ullo gaudio percipientium exceptæ.
Miscent enim illas & interponunt uitæ: ut ludum locūq; inter seria. Desinant ergo inconuenientia
iungere: & uirtuti uoluptatem implicare. Per quod uitium pissimis quibuscūq; adulantur. Ille effu-
sus in uoluptates: ac uagabundus semp atq; ebrius: quia sit se cū uoluptate uiuere credit & cū uirtu
te audit enim uoluptatem a uirtute separari non posse. Deiade uitiis suis sapientiam inscribit: & ab
scondenda profitetur. Itaq; non ab Epicuro repulsi luxuriantur: sed uitiis dediti luxuriam suam phi
losophiæ sinu absconderunt. Et eo concurrunt: ubi audiant laudari uoluptatem. Nec æstimabitur
uoluptas illa Epicuri, Ita mehercule enim sentio q̄ sobria ac sicca sint: sed ad nomē ipsum aduolāt:
querentes libidinibus suis patrocinium aliquod ac uelamentū. Itaq; quod unum habebāt in malis
bonū perdūt peccandi uerecundiam. Laudant etenim ea quibus erubescant & uitio gloriantur. Iō-
q; ne resurgere quidem adolescentiæ licet honestus turpi desidiæ titulus accessit. Hæc est cur ista uo

Iuptatis laudatio pernicioſa ſit:quia h̄ neſta præcepta intra latent quod corrupit:apparet in ea qui-
dem ipſa ſententia.Sunt inuitis hæc noſtris popularibus dicam.Sancta Epicurum & recta præcipe-
re:& ſi propius acceſſeris triſtitia.Voluptas enim illa ad pronum & exile reuocatur.Et quā nos
tuti legem dicimus:eam ille dicit uoluptati.Iubet illam parere naturæ.Parum eſt a[illegible]:quod
naturæ ſatis eſt.Quid ergo eſt ille quiſquis deſidioſum ocium:& gulæ ac libidinis uices fœlicitatē
uocat?Bonum malæ rei quærit auctorem:& dum ille uenit blando nomine inductus:ſequitur uo-
luptatē:nō quā audit:ſed quā attulit.Et uitia ſua cū cœpit putare ſimilia præceptis:idulget illis:nō
timide nec obſcure luxuriatur.etiam inde peracto capite.Itaq; non dico qđ plæriq; noſtrorū ſectam
Epicuri flagitiorum magiſtram eſſe.Sed illud dico male audit.Infans eſt:& imerito hoc ſcire quiſ-
q̄ poteſt:niſi interius admiſſerit.Frons ipſa dat locum fabulæ:& ad malam ſpem irritat.Hoc tale ē:
quale uir fortis ſtola indutus.Conſtante tibi pudicitia ueritas ſalua eſt.Nulli corpus tuum patiētiæ
uacat:ſed in manu tympanum eſt titulus itaq; honeſtus eligatur:& inſcriptio ipſa excitans animū i
quē ſtatim uenerunt uitia.Quiſquis ad uirtutem acceſſit:dedit generoſæ idolis ſpem.Qui uolupta
tem ſequitur uidetur enervis:fractus:degenerans uir peruenturus in turpia:niſi aliquis diſtinxerit il
li uoluptates.Vt ſciat quæ ex eis intra naturale deſiderium deſiſtant:quæ præceps ferātur:infinitaq;
ſint:& quo magis implentur:eo magis inexplebiles.Age dum uirtus antecedat:tutum erit omne
ueſtigium:& uoluptas nocet nimia.in uirtute non eſt uerendum:ne quid nimium ſit:quia i ipſa eſt
modus.Non eſt bonum quod magnitudine laborat ſua:rationabilem porro ſortius naturā: quæ
melius res q̄ ratio proponit.Et ſi placet illa iunctura. Si hoc placet ſcilicet ad beatā uitā ire comita-
tu.Virtus antecedat:comitetur uoluptas:& circa corpus ut umbra uerſetur.Virtutem quidem excel
lentiſſimam omnium uoluptati tradidere ancillam.nihil Nihil magnū aio capientis eſt.Prima uir-
tus ad hæc ferat ſigna.Habimus nihilominus uoluptatem:ſi domini eius & temperatores erimus.
Aliquid nos exorabit:nihil coget.At hi qui uoluptati tradidere principia utroq; caruere.Virtutem
enim amittunt.Cæterum non ipſi uoluptatē:ſed ipſos uoluptas haberent.Cuius aut inopia torquē
tur:aut copia ſtrangulantur.Miſeri ſi deſeruntur ab illa miſeriores ſi obruuntur.Sicut deprehenſi
mari ſyrtico:modo in ſicco relinquūtur:modo torrente unda fluctuātur.Euenit aūt hoc nimia intē
perantia:& amore cæcæ rei.Nam mala pro bonis petēti periculoſum eſt aſſequi.Vt feras cum labo
re:periculoq; uenamur:& captarū quoq; illarum ſolicita poſſeſſio eſt.Sæpe enim laniant dominos.
Ita habentes magna uoluptates in magnum malum euaſcere captaſq; cœpere.Que quo plures ma
ioreſq; ſunt.eo ille minor.Ac plurimum ſeruus eſt:quē fœlicem uulgus appellat.Permanere licet in
hanc etiam nunc huius rei imaginem.quēadmodum qui beſtiarum cubicula indagat.& laqueo ca-
ptare feras magno æſtimat:& laceratas canibus circūdare:intus ut illarum ueſtigia præmat: potio-
ra deſerit:multiſq; officiis renunciat.Ita qui ſectatur uoluptatem:omnia poſt ponit:& primā liber-
tatem negligit:ac pro uentre dependet.Nec uoluptates ſibi emit:ſed ſe uoluptatibus uendit. Quid
tamen inquit prohibet in unū uirtutem uoluptatemq; confunduī:& ita effici ſūmum bonū.Idem
& honeſtum & iucundum ſit.Quia pars honeſti non poteſt eſſe niſi honeſtum & iucūdū ſit.Nec ſū
mum bonum habebit ſynceritatem ſuam:ſi aliquid in ſe uiderit diſſimile meliori.Nec gaudium q
dem quod ex ulrtue oritur:q̄uis bonum ſit:abſoluti tamen boni pars eſt:nō magis q̄ lætitiæ tran-
quillitas:q̄uis ex pulcherrimis cauſis naſcantur.Sunt enim iſta bona:ſed conſequentia ſummū bo
num non conſumantia.Qui uero uoluptatis ueritatiſq; ſocietatem facit:& ne ex æquo quidem fra
gilitate alterius boni quicquid i altero uigoris eſt hæc uetat:libertatemq; illa uoluptas.Ita demū ſi
nihil ſe preciosius nouit in uitam ſub iugum mittit.Nāq; quod maxima ſeruitus eſt icipit illi opus
eſſe fortuna.Sequitur uita anxia:ſuſpicioſa:trepida:caſum patiens.Temporum ſuſpenſa momenta
ſunt.Non das uirtutis fundamentum:graue:imobile:ſed iubes illā in loco uolubili ſtare.Quid aūt
tam uolubile eſt q̄ fortuitorum expectatio:& corporis rerūq; corpus afficientium uarietas.Quomo
do hic poteſt deo parere:& quicquid euenit bono animo excipere.Nec de fato queritur caſum ſuo
tum benignus interpres:ſi ad uoluptatum dolorūq; punctiunculas concitatur.Sed nec patriæ qđē
bonus tutor:aut uindex eſt nec amicorū propugnator: ſi ad uoluptates uerget:Illo ergo ſummum
bonum aſcendat:unde nulle ui detrahitur:quo neq; dolori:neq; ſpei:nec timori ſit aditus.Nec ulli
rei que deterius ſummi boni ius faciat.Aſcendere autem illo ſola uirtus poteſt.Illius gradu cliuus
iſte frangendus eſt.Illa uirtus fortiter ſtabit:& quicquid euenerit feret:non patiens tantum: ſed etiā
uolens.Omnēq; tēporū difficultatem ſciet legē eē naturæ.Et ut bonus miles feret uulnera:enume
rabit cicatrices:& tranſuerberatus telis:moriēs amabit eum:pro quo cadet.Imperatorem. Habebit
in animo illud uetus præceptum:deum ſequere.Quiſquis autem cogitur:queritur:& plorat. & ge/
mit imperata facere:ui cogitur.& inuitus rapitur ad iuſſa nihilominus.Quæ autem demētia eſt po
tius trahi q̄ ſequi.Tam mehercule q̄ ſtultitia & ignorantia conditionis eſt ſuæ dolore:quod eſt ali-
quid tibi.Aut incidit dutius æque mirari:uel indigne ferre ea quæ tam bonis accidūt q̄ malis. Mor
bos dico:funera:debilitas:& cætera ex tranſuerſo in uitam humanam concurrentia.Quicqd ex uni
uerſa conſtitutione patiendum eſt:magno uiſu eripiatur animo.Ad hoc ſacramentū adacti ſumus
ferre mortalia:nec perturbari his quæ uitare noſtræ poteſtatis nō eſt.In regno nō eſt.In regno nati

ſumus:deo parere libertas eſt.Ergo in uirtute poſita ē uera fœlicitas.Quid hæc tibi uirtus ſuadebit:
Ne quid aut bonum aut malum exiſtimes.Quod nec uirtute nec malitia cōtingeret.Deinde ut ſis i
[illegible]tra malum ex bono:ut qua fas eſt deum effingas.Quid tibi pro hac expeditione pro
mittitur.Ingentia & æqua diuinis.Nihil cogeris.nullo indigebis:liber eris:tutus:indēnis.Nihil fru
ſtra tentabis:nihil prohiberis.Omnia tibi ex ſententia cedent.Nihil aduerſum accidet.Nihil contra
opinionem ac uoluntatem.Quid ergo? uirtus ad uiuēdū beate ſufficit perfecta illa & diuina. Quid
ni ſufficiat imo ſuperfluat:Quid enim deeſſe poteſt extra deſiderium omnium poſito? quid extrin
ſecus opus eſt ei qui omnia ſua in ſe collegit? Sed ei qui ad uirtutem tendit:etiam ſi multum proceſ
ſit:opus eſt enim aliqua fortunæ indulgentia. Adhuc inter humana luctādi dum nōdū illū exoluit:
& omne uinculum mortale.Quid ergo intereſt q̄ a me alligati ſunt:alii aſtricti: alii diſtricti quoq;.
Hic qui ad ſuperiora progreſſus eſt:& ſe altius extulit:laxam cathenam trahit nōdum liber: iam ta
men pro illo libero. Siquis itaq; ex iſtis qui philoſophiam conlatrant:quod ſolent dixerint. Quā
re ergo tu fortius loqueris q̄ uiuis. Quare ex ſuperiori uerba ſumitis & ad pecuniam neceſſa
riam tibi inſtrumentum exiſtimas & damno moueris: & lachrymas iungis audita: aut anima
morte dimittis: & reſpicis famam & malignis ſermonibus tangeris? Quare cultius rus tibi eſt
quam naturalis uſus deſiderat. Cur non ad præſcriptum tuum cænas? Cur tibi nitidior ſuppellex
eſt? Cur apud te uinum ætate tua ueſtuſtius bibitur? Cur autem domus diſponitur? Cur arbores p̄
ter umbram nihil daturæ conſeruantur? Quare uxor tua locupletis domus cenſum auribus gerit?
Quare pedagogus præcioſa ueſte ſuccingitur? Quare ars eſt apud te miniſtrare:nec temere: & ut li
bet collocatur argentum:ſi perire ſeruatur:& aliqs eſt ſcindendi obſonii magiſter? Adiice ſi uis cur
trans mare poſſides. Cur plura q̄ noſti turpiter:aut tā negligēs es:ut non noueris pauculos ſeruos.
Aut tam luxurioſus ut plures habeas q̄ quorum noticia memoriæ ſufficiat. Adiuuabo poſtmodū
conuitia:& plura mihi q̄ putas obiiciam. Nunc hoc reſpondeo tibi non tanq̄ ſapiens ſolum: ſed ut
maliuoſentiam tuam palcā. Nec erro. Exigo itaq; a me ut non optimis par ſim:ſed ut malis melior.
Hoc mihi ſatis eſt.quotidie aliqd ex uitiis meis demere:& errores meos obiurgare. Non peruenī ad
ſanitatem:ne ueniam quidem delinimenta magis q̄ remedia podagræ meæ compono: contentus
ſi rarius accidit:& ſi minus uera minatur. Veſtris quidem pedibus comparatus debilis curſor ſum.
Hæc pro me non loquor. Ego enim in alto uitiorum omnium ſum:ſed pro illo cui aliquid apti eſt.
Aliter inquit loqueris Aliter uiuis. Hoc per maligniſſima capita:& optimo cuiq; inimiciſſima. Pla
toni obiectum eſt Obiectum Epicuro. Obiectum Zenoni. Omnes enim iſti dicebant non quemad
modum ipſi uixerunt:ſed quemadmodum ipſis uiuendum eſſet. De uirtute non de me loquor. Et
cum uitiis conuitium facio. In primis meis facio:cum potuero uiuam quomodo oportet. Nec mali
gnitas me iſta multo ueneno contincta deterrebit ab optimis. Nec uitus quidē iſtud quo alios ſpar
gitis:quo nos necatis me impediet quo minus perſeuerem laudare uitam:non quā ago:ſed quā agē
dam ſcio:quo minus uirturem adorem:& ex interuallo ingenti reptabundus ſequat. Expectabo.ſ.
ut quicq̄ maliuolentiæ inuiolatum ſit. Cui Cæſar nec Rutilius fuit:nec Cato. Cur & aliquis nō iſtis
diues nimis nideatur:quibus Demetrius cynicus parum pauper eſt. Virum acerrimum & contra om
nia naturæ deſideria pugnantem. Hunc pauperiorem q̄ cæteros cynicos:q̄ cum ibi interdixerit ha
bere iterdixit & poſcere. Negāt ſatis ægere. Vides.n.nō uirtutis ſciētiā ſed ægeſtatis,pfeſſus eſt. Dio
dorum Epicurum philoſophum:qui intra paucos dies finem uitæ ſuæ manu ſua ipoſuit. Negāt ex
decreto Epicuri feciſſe quod ſibi gulam præſciuit. Alii dementiam uideri uolunt factum hoc eius:
alii remeritatem. Ille interim beatus:ac plenus bona conſcientia reddidit ſibi teſtimonium. Præce
dens uita laudabitq; eius ætatis in portu:& ad hanc horā uitæ actæ quietē: & dixit q̄ uos inuidi au
diſtis q̄ſi uobis quoq; faciēdū ſit. Vixi:& quē dederat curſum fortuna pegi De alterius uita de alte
ri° morte diſputatis:& ad nomē magnoꝝ ob aliquā eximiā laudem uiroꝝ:ſicut ad occurſum igno
torum hominum minuti canes latratis. Expedit enim uobis neminem uideri bonum: quaſi aliena
uirtus exprobatio delictorum omnium ſit. Inuidi plendida cum ſordibus ueſtris confertis. Nec in
telligitis quanto id ueſtro detrimento audiatis. Nam ſi illi qui uirtutem ſequūtur:auari libidinoſi:
ambitioſiq; ſunt. Quid uos eſtis quibus ipſum nomen uirtutis odio eſt? Quid mirum cum loquan
tur fortia ingentia omnes humanas tempeſtates euadentia:cum refigere ſecrucibus conentur: i q̄s
unuſq̄ſq; ueſtrū clauos uos ipſe adiicit. Ad ſuppliciū tū acti ſtipitib° ſingulis pēdent. Hi qui in ſeip
ſis animum aduertunt quot cupiditatibus tot crucibus diſtrahuntur:aut maledici in alienam contu
meliam uenuſti ſunt crederē illis uagare niſi quidā ex patibulo ſuos ſpectatore hoc cōſpuerūt. Nō
præſtant philoſophi quæ loquuntur:multum tamen præſtant quod loquuntur quod honeſta men
te concipiunt. Nam quidem ſi & paria dictis agerent:quid eſſet illis beatius? Interim non eſt quod
contēnas bona uerba:& bonis cogitationibus plena præcordia. Studiorum ſalutarium:etiam citra
affectum laudanda tractatio eſt. Quid mirum ſi non aſcendunt in altum ardua aggreſſi? ſed uirtu
tes ſuſcipe:etiam ſi decidunt. Magna conantis generoſa res eſt reſpicere non ad ſuas:ſed ad naturæ
ſuæ uires conari alta tentare:& mente maiora concipere q̄ etiam ingēti animo adornatis effici poſ
ſunt:Quis ſibi propoſuit hæc? Ego mortem eodem uultu audiam quo iubebo & uidebo Ego labo

ribus quãticunq; illi erunt parebo: ani no fulcies corpus. Ego diuitias & præsentes & absentes q̃ cõ
tẽnam. Nec si alicubi iacebunt tristior: nec si circa me fulgebũt: animo ducor. Ego fortunam nec
mentẽ sentiam: nec recedentem. Ego terras omnes tanq̃ meas videbo: meas tanq̃ [illegible] Sic
uiuam: quasi sciam aliis me natum: & naturæ rerum hoc nomine gratias agamus. Quo enī melius
genere negocium meum agere potuit: unum me donauit omnibus: uni mihi omnes. Quicquid ha
bebo: nec sordide custodiam: nec prodige spargam. Nihil magis possidere me credam q̃ bene do
nata non numero: nec pondero beneficia: nec ulla nisi accipientis æstimatione perpendam. Nunq̃
id mihi multum erit quod dignus accipiet. Nihil opinionis causa omnia conscientiæ faciam: popu
lo spectante fieri credam quicquid mihi conscio faciam. Edendi erit: bibendiq; finis. desideria natu
ræ restringere: non implere aluum & exinanire. Ego amicis iucundus: inimicis mitis & facilis exora
bor. Anteq̃ cogor honestis precibus occurram. Patriam meam esse mũdum sciam: & presidere hos
deos supra me: circa quæ me stare factorum dictorumq; censores. Quandocunq; autem natura spi
ritum repetet: aut ratio dimittet: testatus exibo: bonam me conscietiam amasse: bona studia: nullius
per me libertatem diminutam: a nemine meam. Qui hoc facere proponi uolet tentabit: ad deos iter
faciet. Nec ille etiam si non tenuerit: magnis tamẽ excidit causis. Vos quidem qui uirtute cultorẽq;
eius odistis: nihil noui facitis. Nam & solem lumina ægra formidant: & aduersantur: eundem splen
didum nocturna animalia: quæ ad primum eius ortum stupent: & latibula sua passim petunt: abdu
cũtur in aliquas rimas timida lucis. Gemite & infœlicem linguam bonorum exercete conuitio. In
state cõmordete citius multo frangetis dentes q̃ imprimetis. Quare ille philosophiæ studiosus est,
& tam diues uitam agit? Quare opes contendas dici: & habet. uitam contemnẽdam putat: & tamẽ
uiuit? Valitudinem contemnendam: & tamen illã diligentissime tuetur: at; optimam mauult? Et
exilium nomen uanum putat: & ait: quid est enim mali mutare regiones: & tamen senilis senescit in
patria? Et inter longius tempus & breuius nihil interesse iudicat. Tamen si nihil prohibet extendit
ætatem. & in multa senectute placidus uiuet. At ista debere contẽni: nõne habebat sed ne sollicitus
habeat. Non abiget illa a se: sed abeũda securus prosequitur. Diuitias quidem ubi tutius fortu na de
ponet q̃ ibi: unde sine quærela reddentis receptura est. Marcus Cato cum laudaret Curium & Corũ
canium: & sæculum illud in quo necessariũ crimen erat. Paucæ argenti armillæ. Possidebat ipse qua
dragies sestertium minus sine dubio q̃ Crassus: pluſq̃ censorius Cato: maiore spatio si comparẽtur
proauum uicerat q̃ a Crasso uinceretur. Et si maiores illi obuenissent opes: nõ spreuisset. Nec enim
se sapiens indignum ullis muneribus fortuitis putat. Non amat diuitias: sed mauult. Nõ in animũ
illam gazam: sed in domum recipit. Nec respuit possessas diuitias: sed cõtinet: Et maiorem uirtutis
suæ materiã subministrare uult. Quid autem dubii est quin hæc maior materia sapienti uiro sit ani
mum explicandi suum in diuitiis q̃ in paupertate, Cum in hac unum genus uirtuti sit: non inclina
ri: nec deprimi. In diuitiis & temperantia: & liberalitas & diligentia: & dispositio: & magnificentia:
cãpum habeat patentem. Non contẽnet se sapiens: etiam si fuerit minimæ staturæ: esse tamẽ se pro
cerum uellet: & exilis corpore ac amisso oculo ualebit: mallet: tamen sibi corporis esse robur. Et hæc
ita ut scias esse aliud in se ualentius: malam ualitudinem tolerabit: bonam optabit. Quædam enī ẽt
si in summã rei parua sunt: ut & subduci sine ruina principalis boni possunt: adiiciunt tamen aliqd
ad perpetuam lætitiam: & ex uirtute nascentem. Sic illum afficium diuitiæ & exhilarant: ut nauigã
tẽ secũdus & ferẽs uẽtus: ut dies bonus: & i pruina ac frigore apricus locus. Quis porro sapiẽtiũ no
strorum dico: quibus unum est bonum: uirtus negat etiam hæc quæ in differentia uocamus: habe
re in se aliquid præcii: & alia aliis esse potiora. Quibusdam ex his tribuitur aliquid honoris: quibus
dam multis. Ne erres itaq; intra potiora diuitiæ sunt. Quid ergo inquis: me derides? cum eundem
apud te locum habeant quẽ apud me. Vis scire quod non habeant eundem locum: mihi diuitiæ si
affluxerint nihil auferent: nisi semetipsas. Stupebis & uidebis tibi sine te relictus: si ille a te recesserit.
Apud me diuitiæ meæ sunt. Tu diuitiarum es. Desine ergo philosophis pecuniam interdicere. Ne
mo sapiẽtiam paupertate damnauit. Habebit philosophus amplas opes: sed nulli detractas: nec alie
no sanguine cruentas: sine cuiusq̃ iniuria partas: sine sordidis quæstibus: quarum tam honestus sit
exitus q̃ introitus: quibus nemo ingemescat nisi malignus. Inq̃tum uis exaggerat illas honestæ sũt:
In quibus cum multæ sint quas quisq; suas dicere: nihil est quod quisq̃ suum possit dicere. Ille uero
fortunæ benignitatem a se nõ submouebit: & patrimonio per honesta quesito: nec gloriabitur nec
erubescet. Habebit tamen etiam quo glorietur: si aperta domo & admissa in res suas ciuitate poterit
dicere quod quisq; agnouerit tollat. O magnum uirum optime di uitem: si post hanc uocem tantũ
dem habuerit ita dico si tuto & securus scrutationem populo præbuerit. Si nihil quisq̃ apud illum
inuenerit quo manus iniciat audacter: & propalam erit diues. Si sapiens nullum denarium intra li
men suum admittet male intrantem. Idem magnas opes munus fortunæ fructumq; uirtutis non re
pudiabit: nec excludet: Quid enim est quare illis bono loco inuideat: ueniant hospitẽtur. Nec iacta
bit illas: nec absondet. Alterum infruniti animi est: alterum timidi: & populi uelut magnum bonũ
intra suum continentis: nec ut dixi eiiciet illa e domo. Quid enim dicet? Vtq; ne iutiles estis: an ego
uti diuitiis nescio, Quemadmodum qui pedibus suis poterit iter conficere: ascendere tamen uehicu

lum mallet. Sic pauper si poterit eẽ diues uolet: & habebit itaq; opes sed tanq̃ leues & aduolaturas:
nec ulli alii: nec sibi graues esse patietur. Quid donabit? erexitis aures. Quid expeditis sinum? Do
[illegible]: aut eis quos facere poterit bonos. Donabit cum summo consilio dignissimos eli
ges: ut qui meminerit tam expensorum q̃ acceptorum rationem esse reddendam. Donabit ex recta
& probabili causa. Nam inter turpes iacturas malum munus est. Habebit sinum facilem: non perfo
ratum ex quo multa exeant: & nihil excidat. Errat siquis æstimat facilem rem esse donare. Plurimuq;
ista res habet difficultatis: si modo consilio tribuit: non casu & impetu spargitur. Hunc promereor.
Illi credo. Huic succurro. Huic misereor. Illum instruo. Dignum quẽ non deducat paupertas: nec oc
cupatum teneat. Quibusdam non dabo q̃is desit: quia etiam si dedero erit defecturum. Quibusdã
offeram. Quibusdam etiam inculcabo. Non possum in hac re esse negligens: nunq̃ magis nomina
facio: q̃ cum dono. Quid tu inquis recepturus donas imo nõ perditurus. Eo loco sit donatio unde
repeti non debeat: reddi possit. Beneficium collocetur quemadmodum thesaurus alte obrutus: quẽ
non eruas nisi fuerit necesse. Quid domus ipsa diuitis uiri quãtam habet benefaciendi materiam.
Quis enim liberalitatem tantum ad togatos uocat hominibus prodesse naturam iubet: & serui libe
riue sint: hi igenui an libertini iustæ libertatis: an inter amicos date. Quid refert ubicunq; homo ẽ:
ibi beneficio locus. Potest itaq; pecuniam intra limen suum diffundere: & liberalitatẽ exercere: quæ
non quia liberis debetur: sed quia a libero animo proficitur: ita nominata est hæc apud sapientem.
Nec unq̃ in turpes indignosq; impingitur. Nec unq̃ ita defatigata erit: ut non quotiens dignum in
uenerit quasi ex pleno fluat. Non est ergo quod perperam exaudiatis: quæ honeste fortiter animo
se a studiosis sapientiæ dicuntur. Et hoc primũ attendite. Aliud est studiosius sapientiæ. Aliud iam
adeptus sapientiam. Ille tibi dicet optime loquor: sed adhuc inter mala uoluptor plurima. Non est
q̃ me ad formulam meam exigas: cum maxime facio me & formo & ad exemplar ingens attollo:
si processero quãcunq; propolui exige: ut dictis facta respondeant. Assecutus uero humani boni fũ
mã aliter tecum aget: & dicet primũ. Non est quod tibi permittas de melioribus ferre sententiã. Mi
hi iam quod argumentum est recti contingit malis displicere. Sed ut tibi rationem reddã quã nulli
mortalium inuideo: Audi quod promittam: & quãti quẽq; æstimem. Diuitias nego bonum esse. nã
si essent bonæ bonos facerent. Nunc quod apud malos deprehenditur: dici bonum nõ potest. Hoc
illis nomen nego. Cæterum & habendas esse & utiles & magnas. cõmoda uitæ conferentes fateor.
Quid ergo est? quare illas non in bonis numeré. Et quid ni illis præstem aliud q̃ uos quoniam iter
utroq; connenit habendas audire. Pone in opulentissima me domo. Pone aurum argentũq; in pro
miscuo usu sit. Non suspiciam me ob ista quæ etiam si apud me: extra me tamen sunt. In sublicium
pontem me transfer: & inter gentes abige. Non ideo tamen me despiciam q̃ in illorum numero cõ
sedeo: qui manum ad stipem porrigunt. Quid enim ad rem: an fruſtũ panis desit. cui nõ deest mori
posse? Quid ergo est domum illam splendidam malo q̃ potentem. Pone in instrumentis splenden
tibus: & delicato apparatu nihilo me fœliciorem credam: quod mihi male erit amiculũ: quod pur
pura conuiuiis meis substernetur. Malam magnam meam nihilo miserius ero: si lapsa ceruix mea i
manipulo fœni acquiescet: si super circense to: mentum per sarcinas ueteris lintei effluens incuba
bo. Quid ergo est? malo quid mihi animi sit ostendere prætextatus & candidatus q̃ nudis scapulis:
aut sententiis omnes mihi ex uoto decidant. Nouæ gratulationes prioribus subtexantur: non ob
hoc mihi placebo. Muta in contrarium hanc indulgẽtiam temporis, hinc illinc percutiatur amicus
Damno luctu incursionibus uariis. Nulla homo hora sine querela sit. non ideo me dicam inter mi
serrima miseium. Non ideo aliquem execrabor diem, prouisum est enim a me ne quis mihi alter di
es esset. Quid ergo est? Malo gaudia temperare q̃ dolores compescere. Hoc tibi ille Socrates dicet.
Fac me uictorem uniuersarum gentium. Delicatus ille liberi currus cuius triumphãtem usq; ad the
bas a solis ortu uehat iura. Reges penatum petant. Me hominem maxime cogitabo: cum de his un
diq; consultabor. Huic tam sublimi fastigio cõiungere protinus præcipitem mutationem alienam
imponam. Periculum exornaturus uictoris superbi ac feri põpam: non humilior sub alieno curru
agar q̃ in meo steteram. Quid ergo est? uincere tamen q̃ capi malo. Totum fortunæ regnum despi
ciam: sed ex illo si dabitur electio. meliora sumam. Quicquid ad me uenerit bonum fiet: sed malo
faciliora ac iucundiora ueniant: & minus uexatura tractantem. Non est enim q̃ æstimes ullam sine
labore uirtutem. Sed quædam uirtutes stimulis: quædam frenis ægent. Quemadmodum corpus i
procliuo retineri debet: animus in ardua impelli: Ita quædam uirtutes in procliui sunt: quædem cli
uum subeunt. An dubium sit quin ascendat nitatur obluctetur patientia fortitudo, perseuerantia: &
quæcunq; alia, duris opposito uirtus est: & fortunam subigit. Quid ergo non æque manifestum est
per deuexum ire: liberalitatem: temperantiam: mansuetudinem. In his continemus animum ne p
labatur. In illis exhortamur: incitamusq; acerrimis. Ergo paupertati adhibebimus illas: quæ ipugna
tæ fiunt fortiores: diuitiis illas diligentiores: quæ suspensum gradum ponunt: & pondus suum su
stinent. Cum hoc ita diuisum sit: malo has in usu mihi esse quæ exercendæ trãquillius sint: q̃ ea qua
rum experimentum sanguis & sudor est. Ergo non ego inquit aliter sapiens uiuo q̃ loquor: sed uos
aliter audistis. Sonus tantũmodo uerborum ad aures uestras peruenit. Quid significet nõ queritis?

Quid ergo inter me stultum & te sapientem interest? Si uterq; habere uolumus plurimũ. Diuitiæ autem apud sapiẽtem uirum in seruitute sunt apud stultum in imperio. Sapiens diuitiis nihil pmittuobis diuitiæ omnia. Vos tanq̃ aliquis uobis æternam possessionem earum prom illis & hæretis: sapiens tunc paupertatem præcipue meditatur: cum in mediis diuitiis constitit. Nunq̃ Imperator ita paci credit: ut non se præparet bello: quod etiam si nõ geritur indictum est. Vos domus formosa, tanq̃ nec ardere nec ruere possit. Insolentes uos opes tanq̃ periculum omne transcenderint: maioresq; sint nobis q̃ quibus consumendis satis uirium habet fortuna obstupefaciũt. Ocio si diuitiis iudicis: nec prouideris illarum periculum: sicut barbari plærumq; inclusi: & ignari machinarum segnes laborem obsidentium spectent: nec quo illa pertingenda quæ ex longinquo instruũtur intelligunt. Idem nobis euenit. Marcetis in uestris rebus: nec cogitatis quot casus undiq; immineant. Iam iã q; preciosa spolia lauro sapienti quisquis abstulerit diuitias: omnia illi sua relinquet, Vinit enim præsentibus lætus: futuris securus: securus: Nihil magis facit ille inquit: aut aliquis alius cui idem ius aduersus humana: itq; eadem, potestas est. Persuasi mihi quã ne ad opiniones uestras actum uitæ meæ flecterem: solita conferre undiq; uerba: non cõuitiari uos putabo: sed uagire uelut infantes miserrimos: hæc dicet ille cui sapientia contingit: quẽ animus uitiorum immunis increpare alios: non quia odit: sed in remedium iubet. Adiiciet his illa æstimatio me uestra non meo nomine: sed uestro monet. Quia calamitas est odisse: & lacessere uirtutem bonæ spei euitatio est. Nullam mihi iniuriam facitis: sed ne quidem diis hi qui aras euertunt: sed malum propositum apparet: malumq; consilium: etiam ubi nocere non potuit. Sic uestras allucinationes fero quẽadmodum luppiter optimus: maximus: iertias poetarum: quorum alius illi alas imposuit. Alius cornua. Alius adulterium illum induxerit: & obnotantem. Alius sæuum in deos. Alius iniquum in homines. Alius raptorem ingenuorum corruptorem: & cognatorum quidem. Aliud patricidam: & regni alieni paternicq; expugnatorem. Quibus nihil aliud actum est q̃ ut pudor hominibus peccandi demeretur: si tales credidissent. Sed quãq̃ ista me nihil lædant: uestra tamen uos moneo causa suspicite uirtutẽ. Credite his qui illam diu secuti: magnum quidam ipsos: & quod in diem magnus appareat: sequi clamat. Et ipsam ut deos & professores eius & antistites colite: & quotiens mentio sacrarum litteratuq; interuenerit, fauete linguis. Hoc uerbum non ut pleriq; existimant: a fauore trahitur: sed imperatur silentium: ut rite peragi possit sacrum: nulla uoce mala obstrepente. Quod multo magis necessariũ est imperari uobis: ut quotiens aliquid ex illo profertur oraculo intẽti & compressa uoce audiatis. Cum sistrum aliquis cõcutiens ex imperio mẽtitur: cũ aliquis secandi lacertos suos: artifex brachia atq; humeros: suspensa manu cruentat. Cum aliqua genibus per uiam reperiens ululat: laurũq; lineatus senex: & medio lucernam die perferens conclamat: iratum aliquẽ deorum concurretis & auditis: & diuinum esse eum inuicem mutuum alentes stupotem affirmatis: ecce socer ex illo carcere: quẽ intrando purgauit. Omniq; honestiorem cura reddidit proclamat. Quis iste furor? quæ ista inimica diis hominibusq; natura infamare uirtutes: & malignis sermonibus sancta uiolare. Si potestis bonos laudate: si minus transite quod si uobis exercere terram istam licentiam placet: alter in alteq; incursitate. Nam cum in cælum insanitis: non dico sacrilegium facitis: sed operam perditis. Præbui ego aliquando aristophani materiam iocorum: tota illa comicorum poetarum manus in me uenenatos sales suos effudit. Illustrata est manus mea: per ea ipsa per quæ petebatur. Produci enim illi & tentari expedit. Nec ulli magis intelligunt quãta sit q̃ qui uires eius lacessendo senserunt. Duritia silicis nulli magis q̃ ferientibus nota est. Præbeo me non aliter q̃ rupes aliqua in uadoso mari destituta: quã fluctus non desinunt undecunq; moti sunt uerberart. nec ideo aut loco eam mouent, aut per tot ætates crebro incursu suo cõsumunt: A silice facite impetum feriendo uos: unicam in ea quæ firma & exuperabilia sunt quicquid incurrit. In malo suo uim suam exercet: qui firma & insuperabilia aggreditur. Proinde quærite aliquẽ mollẽ cedentẽq; materiam in qua tela uestra fingantur. Vobis autem uacat aliena scrutari mala. & sententias ferre de quoquã. Quare hic philosophus lapsius habitat. Quare hic lautius cœnat. Pauplas obseruatis alienas obliti plurimis ulceribus. Hoc tale est quale siquis pulcherrimorũ corporum neruos: aut uerrucas derideat: quã uera scabies depascitur. Obiicite Platoni q̃ petierit pecuniam. Aristoteli q̃ acceperit: Democrito q̃ neglexerit. Epicuro q̃ cõsumpserit: mihi ipsa alibi: & se & pediũ obiectare. O uos uiu maxime fœlices: cũ primum uobis imitatii uitia uestra contingerit: quin potius mala uestra circũspicitis: quæ uos ab omni parte cõfodiunt. Alia crassantia extrinsecus. Alia in uisceribus ipsis ardentia. Non eo loco res humanæ sunt: etiam si statum uestrum parum nostis: & uobis tantum ocius super sunt: ut in probra meliorum agitare: lingua uacet. Hæc uos nõ intelligitis: & alienũ fortunæ uestre uultũ geritis. Sic plurimis qbus in circo aut in theatro desidentibus: iã funesta domus est. Nec annũciatũ malũ. At ego ex alto prospiciens: uideo quæ tempestates: aut immineant uobis paulo tardius rupturæ in crebrum suum: aut taq; uicinæ ut uos ac uestra rupturæ propius accesserint. Quid porro nõne hunc quoq; etiam si parum sentitis turbo quidam animo nostros rotat: & inuoluit fugientes: petenteq; eadem. Et nunc in sublime alienatos: nunc in infima allisos rapit. Cur nobis magno consensu uitia cõmendant: licet nihil aliud q̃ quod sit salutare tenemus? Proderit autem primo in seipsum secedere. Meliores erimus singuli.

Quid quod secedere ad optimos uiros: & aliquod exemplum eligere: ad quod uitam dirigamus: licet admotio fota sit: tunc potest optinere quod semel placuit. Vbi nemo interuenerit qui iudiciu[m] [illu]c imbecillum populo adiutore detorqueat. Tunc potest æquali uita: & uno tenore producere: quam proponis diuersissimis scindimus. Nam inter cætera mala aliud pessimũ est: q̃ uitia ipsa mutamus. Sine hoc quidem nobis contingit permanere in malo iam familiari. Aliud ex alio placet: uexaq; nos. Hoc quoq; quod iudicia nostra non tantum praua: sed etiam leuia sunt: fluctuamus: aliud q̃ ex alio comprehendimus: petita relinquimus: relicta repetimus: alternæ iter cupiditatem nostrã: & pœnitentiæ uices sunt. Pẽdemus enim toti ex alienis iudiciis: & id optimum nobis uidetur quod petiores laudatoresq; multos habet. Non id quod laudandum petendum est. Nec uiam bonam ac malã per se æstimamus: sed turbam uestigiorum in quibus nulla sunt redeũtium. Dices mihi: quid agis Seneca? deseris partes. Certe stoici nostri dicunt. Vsq; ad ultimũ uitæ finem in actu erimus: nõ desinemus cõmuni bono operam dare: adiuuare singulos: opem ferre etiam inimicis eniti manu. Nos sumus, qui nullis annis uacationes damus: & quod ait ille uir disertissimus. Canitiem galea premimus. Nos sumus apud quos usq; eo nihil ante mortem ociosum est. Vt si res patitur non sit ipsa mors ociosa. Quid nobis Epicuri præcepta in ipsis Zenonis principiis loqueris quod tu bene noueris si partium piget transfugis potius q̃ prodis. Hæc tibi in præsentia respondebo. Nũquid uis aplius q̃ ut me simile ducibus nostris præstẽ? Quid ergo est? non quo miserint me illi: sed quo duxerint ibo. Nunc probo tibi non decedere me a præceptis stoicorum. Nã ne ipsi quidẽ a suis desciuerunt: & tamen excusatissimus essem: etiam si non præcepta illorum sequerer, sed exempla. Hoc quod dico in duas diuidam partes. Primũ ut possit aliquis uel a prima ætate contemplationi uirtutis totum se tradere: rationem uiuendi quærere: atq; exercere secreto. Deinde ut possit hoc aliqs emeritis iam stipendiis profligatæ ætatis iure optimo facere: & ad alios actus animos referre: uirginum uestaliũ more quæ annis inter officia diuisis discunt facere sacra: & cum didicerunt docẽt. Hæc stoicis quoq; placere ostendam: non quia legem dixerim: mihi nihil cõtra dictũ. Zenonis Chrysippiue cõmittere: sed quia ipsa patitur me ire in illorum sententiã: quã siquis semper unius sequitur non in iutiæ: sed infactionis. Vtinam quidem iam tententur omnia & inoperta: confestim ueritas eẽt: nihil q̃ ex decretis mutaremus. Nunc ueritatem cum eis ipsis qui docẽt quærimus. Duæ maximæ in hac re diffident sectæ Epicureorum & Stoicorum. Sed utraq; ad ocium diuersa uia mittit. Epicurus ait: Non accedet ad. R. P. sapiens: nisi siquid interuenerit. Zenon ait: Accedat ad. R. P. nisi siquid impedierit. Alter ocium ex proposito petit: Alter ex causa. Causa autem late illa patet: si .. R. P. corruptior est qua adiuuari possit: si osculata est malis: Non nitetur sapiens in superuacuum: nec se nihil pro futuris impendet: si parum habebit auctoritatis aut uirium. Nec illum erit admissura. R. P. si ualitudo illum impediet: quomodo nauem cassam non deduceret in mare: quomodo nomen in militiam nõ dare debilis: sic aditum quẽ inhabilem sciet. non accedet. Potest ergo & ille cui omnia adhuc in regno sunt: anteq̃ ullas experiatur tempestates: in tuto subsistere: & protinus cõmendare se nouis artibus: & in illum beatum ocium exigere uirtutum cultor. quæ exerceri etiã quietissimis possunt. Hoc nempe ab homine exigit: ut prosit hominibus: si fieri potest multis: si minus paucis: si minus proximis: si minus sibi. Nam cũ se utilem cæteris efficit: cõmune agit negocium. Quoniã qui se deteriorem facit: non sibi tantũmodo nocet: sed etiam omnibus eis: quibus melior factus prodesse potuisset. Sed siquis bene de se meretur: hoc ipso aliis prodest: quod illis prosuturum parat: Duas. R. P. animo cõplectamur. Alteram magnam & uere publicam. quia dii atq; homines continentur: in qua non ad hunc angulum respicimus: aut illum: sed terminos ciuitatis nostræ cum sole metimur. Altera cui nos ascripsit conditio nascendi. hæc autem Athenienſium erit aut Carthaginenſium erit: aut alterius alicuius: quæ non ad omnes pertineat homines sed ad certos. Quidam eodem tempore utriq; R. P. dant operam: maiori minoriue. Quidam tantum minori: quidam tãtum maiori: huic maiori. R. P. & in ocio deseruire possumus: imo uero nescio an i ocio melius: ut quæramus quid sit uirtus: una pluresue sint. Nã an ars bonos uiros faciat. Vnũ sit hoc q̃d maria terrasq; & maria a terris iserta cõplectitur. An multa deus corpora eiusmodi sperserit. Cõtinua sit ois & plena materia ex qua cuncta dignũtur, an diducta & solidis inane permixtum sit deus sedens opus suũ spectet an tractet. Vtrum ne extrinsecus illi circunfusus sit: an toti inclytus. Immobilis sit mundus: an inter caduca: & ad tempus nata numerandus. Hæc qui contemplatur: quid deo præstat? Ne tanta eius opera sine teste sint. Solemus dicere sumum bonum esse secundũ naturam uiuere: Natura ad utrũq; genuit: & cõtemplationi rerũ & actioni. Nunc iprobemus quod prius diximus. Quid porro hoc non erit probarum si se unusquisq; consuluerit: quãtam cupiditatem habeat: ignota noscendi: quam ad omnes fabulas excitetur. Nauigant quidam: & labores peregrinationis longissimæ una mercede perpetiuntur: cognoscendi aliquid abditum remotũq;. Hæc res ad spectacula populos contrahit. Hæc cogit p clusa rimari: secretiora exquirere: antiquitates euoluere: mores barbarum audire gentium. Curiosus nobis natura ingenium dedit: & artis sibi ac pulchritudinis suæ conscia spectatores: nos tantis rerũ spectaculis genuit: perditura fructum sui: si tam magna: tam clara: tam subtiliter ducta: tam nitida & non uno generi formosa solitudini ostenderet. Vt scias illam spectari uoluisse: nõ tantũ aspici uide

quem nobis locum dederit. In media nos sui parte conſtituit: & cōpectum omnium nobis dedit: nec erexit tantum modo hominem: ſed etiam ad cōtēplationem factum: ut ab ortu ſydera in occaſum habenta proſequi poſſet: & uultum ſuum circunferre: cum toto ſublime fecit illi caput collo flexibili impoſuit. Deinde ſena per diem: ſena per noctem ſigna perlucent: nullam non ſui partem ſui explicuit. Vt per hæc quæ obtulerat eius oculis cupiditatem faceret etiam cæterorum. nec enim omnia: nec tanta uiſimus quāta ſunt: ſed acies noſtra aperit ſibi inueſtigando uiā & fundamenta ultra iacit. Vt inquiſitio tranſeat ex apertis in obſcura: & aliquid ipſo mundo inueniat antiquius: unde iſta ſydera exierit. Quis fuerit uniuerſi ſtatus anteq̄ ſingula in partes deſcenderint? quæ ratio merſa inconfuſa deduxerit? Quis loca rebus aſſignauerit? ſuapte naturæ grauia deſcenderit: & uolauerit leuia. An propter uiſum pōdus corporum altior aliqua uis legē ſingulis dixerit: an illud uerum ſit quod a me probatur. homines diuini ſpiritus eſſe partem: ac ueluti ſcintillas quaſdā ſacrorū ī tecta reſiluiſſe: atq; ex alieno loco exiſſe: Cogitatio cæli munimenta perrūpit: nec contenta eſt id qđ oſtēditur ſcire. Illud inquid ſcrutor quod intra mūdum iacet: utrum ne profunda uaſtitas ſit. An & hoc ipſum terminis ſuis claudatur: qualis ſit habitus excluſis inermia & confuſa ſunt: an in omnem partem tantūdem loci obtinentia: an & illa in aliquē cultum deſcripta ſint: huic cohæreant mundo: an longe ab hoc ſeceſſerint: & hic in uacuo uolutentur indiuidua ſint: per quæ ſtruitur omne id quod natum faturūq; eſt: an continua eorum materia ſit & per totum mutabilis. Vtrum contraria inter ſe elementa ſint: an non pugnent: ſed per diuerſa conſpirent. Ad hæc quærenda natus ætima: qđ non multum acceperit temporis: etiam ſi illud totum ſibi uendicat: cui licet nihil facilitate eripi: nihil negligentia patiatur excidere: licet horas ſuas auariſſime ſeruet: eiuſq; in ultimæ ætatis terminos procedat. Nec quicq̄ illi ex eo qđ natura conſtituit fortuna concutiat: tamen hō ad imortalium cognitionem nimis mortalis eſt. Ego ſecundum naturam uiuo: ſi totum me illi dedi: ſi illius admirator cultorq; ſum. Natura autem utrumq; facere me uoluit: & agere: & contemplationi uacare. Vtrumq; facio: quoniam ne contemplationi quidē ſine actione eſt. Sed refert inquis an ad hanc uoluptatis cauſa acceſſerit. nihil aliud ex illa petens q̄ aſſiduam cōtēplationē. quæ ſine exitu eſt. Eſt eni dulcis: & habet illecebras ſuas. Aduerſus hoc tibi reſpondeo: æque refert quo animo ciuilem agas uitam: an ſemper iquietus ſis. Nec unq̄ ſumas illud tempus: quo ab humanis ad diuina reſpicias. Quomodo res appetere ſine ullo uirtutum amore: & ſine cultu ingenii: ac nudas ædere operas minime probabile eſt. Miſceri enim inter ſe iſta: & conſiderari debent: ſic imperfectum ac languidum bonum ē in ocium ſine actu proiecta uirtus: nunq̄ id quod didicit oſtendens. Quis negat illum debere proferus ſuos i opere tentare? nec tātum quid faciendum ſit cogitare? ſed etiam aliquando manum exercere: & ea quæ meditata ſunt ad uerum perducere. Quid ſi per ipſum ſapientem non eſt mora: ſi non actor deeſt: ſed agenda deſunt? Hec quid illi ſecuri eſſe permittes: quo animo ad ocium ſapiēs ſecedit? Vt ſciat ſecum quoq; ea acturū per quæ poſteris proſit. Nos certe ſumus qui dicimus: & Zenonem & Chryſippum maiora ægiſſe: q̄ ſi duxiſſent exercitus: geſſiſſent honores: leges tuliſſent: quas non uni ciuitati: ſed toti humano generi tulerunt. Quid ergo eſt? quare tale ocium non conueniat bono uiro: per quod futura ſæcula ordinet: nec apud paucos concionetur. ſed apud omnes omnium gentium homines quicunq; erūt. Ad ſūmam quæro an ex præceptis ſuis uixerit. Cleantes & Chryſippus & Zenon. Non dubie reſpondebis ſic illos uixiſſe quemadmodum dixerant eſſe uiuendum. Atqui nemo illorum. R.P. adminiſtrauit: Non fuit inquis: aut ea fortuna: aut dignitas ea quæ admitti ad publicatum rerum tractionem ſolet. ſed idem nihilominus non ſeguem ægere uitam: Inuenerūt quemadmodum plus quies illorum hominibus prodeſſet q̄ aliorum diſcurſus & ſudor. Ergo nihilominus hi multum ægiſſe niſi ſunt: q̄uis nihil publice agerent. Præterea tria genera ſunt uitæ: inter quæ quid ſit optimum quæri ſolet. Vnum uoluptati uacat. Alterum contemplationi. Tertium actioni. Primum q; depoſita contētione: depoſitoq; odio quod in placabile eſt diuerſa ſequētibus indiximus. uideamus an hæc omnia ad idem ſub alio atq; alio titulo perueniūt. Nec ille quo Iuptatem probat ſine contemplatione eſt: nec ille qui ſe contēplationi inſeruit ſine uoluptate ē: nec ille cuius uita actionibus deſtinata eſt: ſine contēplatione eſt. Plurimū inquis diſcriminis eſt: utrum aliqua res propoſitum an propoſiti alterius acceſſio ſit? Sane grande diſcrimē. Tamen alterum ſine altero non eſt. Nec ille ſine actione contemplatur: nec is ſine contēplatione agit. Nec ille tertius: de quo male exiſtimare conſenſimus: uoluptatem inertem probat: ſed eā qua rōne efficit firmas. Ita & hæc ipſa uoluntaria ſecta in actu eſt Quid ni in actu eſt quādo ipſe dicat. Epicurus aliquādo ſe receſſurū a uoluptate: doloré etiā appeturū. Si aut uoluptati iminebit pœnitentia: aut dolor minor tunc illā. Nobis ſtatio eſt: nō portus hæc. Adiice nūc huc quo de lege Chryſippi uiuere ocioſe licet. Nō dico ut ociū patiatur: ſed ut eligat: negant noſtri ſapientē ad quēlibet R.P. acceſſurū. Quid aūt intereſt qūo ſapiēs ad ociū ueniat: utrū qa R.P. illi deeſt: an qa ipſe R.P. Si oībus futura R.P. ē: ſemper aūt de erit faſtidioſe quærētibus. Interrogo ad quā R.P. ſapiens acceſſurus ſit. Ad Athenienſiū in qua Socrates dānatur. Ariſtoteles ne dānaretur fugit in qua opprimit inuidia uirtutes. Negabis mihi acceſſurū in hanc R.P. ſapientē. Ad Carthaginenſiū ergo R.P. ſapiens accedit: in qua aſſidua

ſeditio: & optimo cuiq; infeſta libertas eſt. Summa æqui ac boni uilitas aduerſus hoſtes inhumana crudelitas etiam aduerſus ſuos hoſtilitas: & hanc fugiet: Si percenſere ſingula uoluero: nullam inuentro quæ ſapientem aut quam ſapiens pati poſſit. Quod ſi non inuenitur illa. R.P. quam nobis ſingulis incipit omnibus eſſe ocium neceſſarium. Quia quod unum præferri poterat ocio nuſq̄ eſt. Siquis dicit optimum eſſe nauigare: deinde negat nauigandum in eo mari in quo naufragia fieri ſoleant: & frequenter ſubitæ tempeſtates ſint: quæ rectorem in contrarium rapiant: puto hic me uetat nauem ſoluere quam laudet nauigationem.

Explicit liber de uita beata.

LVCII ANNEI SENECAE INCIPIT LIBER DE CONSOLATIONE AD MARTIAM.

Iſi te Martia ſcirem tam longe ab infirmitate muliebris animi q̄ a cæteris uitiis receſſiſſe: & mores tuos uelut antiquum aliquod exemplar aſpici non auderē obuiam ire dolori tuo: cui uiri quoq; libenter hærent & incumbūt. Nec ſpem accepiſſem tam iniquo iudice: tam inuidioſo crimine poſſe me afficere: ut fortunam tuam abſolueres. Fiduciam mihi dedit: exploratum iam robur animi: & magno experimento approbata uirtus tua. Non eſt ignotum qualem te in perſona patris tui geſſeris: quem non minus quā liberos dilexiſti. Excepto eo q; non optabas ſuperſtitem: nec ſcio an & optaueris. Permittit enim ſibi quædā contra bonum morem magna pietas morte acrem uti cordi patentis tui quanti poteras inhibuiſti. Poſtq̄ tibi apparuit inter ſalamānos ſatellites illam unam patriæ ſeruituti fugam: nō fauiſti cōſilio eius: ſed dediſti manus uicta: fudiſtiq; lachrymas palam: & gemitus deuoraſti: quæ non tamen hilari fronte texiſti. Et hoc illo ſæculo: quo magna pietas erat nihil impie facere. Vt uero aliqua tractū mutatio temporis dedit ingenium patris: tui de quo ſumptum erat ſupplicium in uiſum hominum reduxiſti: & a uera uindicaſti morte: hac reſtituiſti in publica monumenta liberos: quos uir ille fortiſſimus ex ſanguine ſuo ſcripſerat: optime meruiſti de romanis ſtudiis. Magna illatū pars arſerat: optime de poſteris ad quos uenīet incorrupta rerum fides auctori ſuo magno imputata: optime de ipſo cuius uiget: uigebitq; memoria q̄diu fuerit in precio romana noſtri: q̄diu quiſq̄ erit qui reuerti uelit ad acta maiorum: q̄diu quiſq̄ erit qui uelit ſcire quid ſit uir romanus: qui ſubactis iam ceruicibus omnium: & ſyllanum iugū adactis: & domitus ſit homo ingenio: animo: manu liber. Magnū mehercule detrimentum. R.P. cœperat: ſi illum ob dictas partes pulcherrimas in oblitionem corruptum: in eloquentiā & libertatē non eruiſſes legitur: floret in manus hominum in pectora receptus uetuſtatē nullā timet. At illorū carnificū cito ſæcula quoq; quibus ſolis memoriā meruerunt tacebunt. Hæc magnitudo animi tui uetuit me ad ſexū tuum reſpicere. Vetuit ad uultū quē tot annorū cōtinua triſtitia ut ſemel obduxit tenet. Et uide quā non ſurreptā tibi: nec furtū facere affectibus cogitem. Antiqua mala in memoriā reduxi: & uis ſcire hanc quoq; plagā eſſe ſanādū oſtēdi tibi equi magni uulneris cicatricē. Alii itaq; molliter agunt & blandiuntur. Ego confligere cū tuo mœrore conſtitui: & deſeſſos exhauſtoſq; oculos: ſi uerū audire uis: magis iam ex conſuetudine q̄ ex deſiderio fluentes continebo: ſi fieri potuerit fauēte te remediis tuis ſi minus uel in uita teneas: licet & amplexeris doloré tuum: quē tibi in filii locum ſuperſtitē feciſti. Quis enim erit finis? Omnia in ſuper uacuū tentata ſunt. Fatigate allocutiones amicorum auctoritates magnorū & affinium tibi uirorum ſtudia: hæreditariū: & paternū bonum: ſurdas aures irrito: ac uix ad breuē occupationē profici entes ſolatio tranſeūnt. Iſtud idem remediū naturale temporis quod maximas erumnas cōponit: in re una uim ſuā perdidit: tertius iam præteriit annus cū interim nihil ex illo impetu cecidit: reno uat ſe: & corroborat quotidie luctus: etiam ſibi uis mora fecit. Eoq; adductus eſt ut putet turpe deſinere. Quemadmodum omnia uitia penitus inſidunt: niſi dum ſurgunt oppreſſa ſunt: ita quoq; triſtitia & miſeria & in ſe ſæuientia ipſa nouiſſime acerbitate paſcūtur: & fit infœlicis animi praua uoluptas dolor. Cupiſſem itaq; primis temporibus ad iſtam curationem accedere: leuior medicina fuiſſet: oriens adhuc reſtringenda uis. Vehementius contra inueterata pugnandum eſt. Nam uulnerum quoq; ſanitas facilis eſt: dum a ſanguine recentia ſunt. tunc & utuntur & in altum reuocantur: & digitos ſcrutantium recipiunt: ubi corrupta in malum ulcus uerterunt difficilius curantur. Non poſſum nunc per obſequium nec molliter aſſequi tam durum dolorem. Frangendus eſt.

Cio a præceptis incipere omnes qui monere aliquem uolunt: & in exemplū deſinere. Mutari hunc interim ordinem expedit. Aliter enim cū alio agendū eſt. Quoſdā ratio ducit. Quibuſdam nomina clam apponenda ſunt: & auctoritas quæ liberū non relinquat animum ad ſpecioſa ſtupenda. Duo tibi ponā ante oculos maxima & ſexus & ſæculi noſtri exēpla. Alterius fœminæ quæ ſe tradidit ferendam dolori. Alterius quæ pari affecta caſu maiore damno: non tamē dedit longum in ſe malis ſuis dominium: ſed cito animum in ſedem ſuam repoſuit; Octauia & Liuia Altera ſoror Auguſti: Altera uxor amiſerunt filios iuuenes: utraq; ſpe futuri principis: certa Octauia Marcellum: cui & auunculus & ſocer incumbere cœperat: In quem onus imperii reclinaret: adoleſcentē animo alacrem: ingenio impotētē: ſed frugalitatis cōtinentiæq; in illis autē annis aut operibus nō mediocriter admirandæ: patientē laboris uoluptatibus alienū: q̄tūcunq; īponere illi auunculus & ut ita dicā: inædificare uoluiſſet laturū bene legerat nulli ceſſuram ponderi fundamēta. Nul-

lum finem per omne uitæ suæ tempus flendi gemendiq; fecit. Nec ullas admisit uoces salutis ali
quid efferentes. Nec auocari quidem se passa est: intenta in unam rem: & toto animo affixa. Talis
per omnem uitam fuit: qualis in funere. Non dico ex nunc ex causa, consurgere: sed alleuiari
sans secundam orbitatem iudicans lacrymas amittere. Nullam habere imaginē filii
luit: nullam sibi fieri mentionem. Oderat omnes matres: & in Liuiam maxime furebat: quia uid
batur ad illius filium transisse: sibi promissa fœlicitas tenebris & solitudini familiarissima. Nec ad
fratrem quidem respiciens. Carmina celebrandæ. Marcelli memoriæ composita alioq; studio
rum honores eiecit: & aures suas aduersus omne solatium clausit: a solemnibus officiis seducta &
ipsam magnitudinis fraternæ nimis circunlucentem fortunam exosa defodit se & abdidit. Absci
dentibus liberis nepotibus lugubrem uestem non deposuit: non sine contumelia omnium suorū:
quibus saluis orba sibi uidebatur.

Iua Liuia amiserat filium Drusum magnum futurum principem iam magnum ducem. In
d trauerat ipse penitus germaniam: & ibi signum romani fixerūt: ubi uix illos esse romanos
notum erat in expeditione ter decesserat: ipsis illum hostibus ægrum cum ueneratione: &
pace mutua prosequentibus: nec optare quidem expediebat audientibus: accedebat ad hanc morte
quam ille pro republica obierat. Ingens ciuium prouinciarūq; & totius Italiæ multitudo Esidē per
quam effusis in officium lugubre municipiis coloniscq; usq; in urbem ductum erat funus triumpho
simillimum. Non licuerat matri ut filii oscula gratumq; extremi sermonem horis hauriret: longo
itinere reliquias. Drusi sui prosecuta tot per omnem Italiam ardentibus rogis quasi totiens illum
amitteret illitata. Vt primum tamen intulit tumulo simul & dolorem suum posuit: nec plus doluit
q̄ aut honestum erat: aut Cæsare: aut æquo maius. non desiit itaq; Drusi sui celebrare nomen utiq;
illum sibi priuari publiceq; repræsentare: & libentissime de illo loqui. de illo audire cum memoriā
alterius uix nemo potest retinere & frequentare: qui illam tristem sibi reddit. elige itaq; uttum exē
plum putas probabilius: si illud prius sequi uis eximis te numero uiuorum. Aduersaberis & alienos
liberos & tuos. Ipsumq; desiderabis triste matribus agmen occurrere. Voluptates honestas permis
sas tanq̄ parum decorans fortunæ tuæ reiiciens: inuisa habebis in lucæ & ætati tuæ q̄ non præcipi
te q̄ primum & finiat infestissima eris. Quid turpissimū effrenissimumq; animo tuo in meliore no
to parte ostendes te uiuere nolle: mori non posse. Si ad hoc maximum fœminæ exemplum appli
cueris: moderatius mitius non eris in erūnis: nec te tormentis macerabis. Quæ enim maior est amē
tia pœnas a se illicitas exigere & mala sua augere. Quam in omni uita seruasti: morum probitatem
& uerecundiam in hac quoq; re præstabis. Etenim quædam & dolendi modestia illum ipsum iuue
nem dignissimum: quietū semper nominatum cogitatum faciat. Meliore pones loco si matri suæ
qualis uiuus solebat hilaris qui & cum gaudio occurrit.

Ec te ad fortiora ducam præcepta: ut in humana ferre humane iubeam modo: ut ipse fune
n bri die oculos matris exiecem. Ad arbitrium tecum ueniam. Hoc inter nos queretur utrum
magnus esse debeat an perpetuus. non dubito quin Liuiæ Augustæ: quam familiariter co
luisti magnum tibi placeat exemplum. Illa te ad suum consilium uocat. Illa in primo furore cū ma
ximo impatientes ferocesq; sunt miseriæ se consulero philosopho uiri sui præbuit: & multum eam
rem profuisse sibi confessa plusq̄ philosophum romanum quem nolebat tristem tristitia sua facere:
plusq̄ Augustum qui subducto altero auunculo titubat. Nec luctu suorum inclinandus erat: plusq̄
Tyberum filium: cuius pietas efficiebat: ut in illo acerbo & desleto gētibus funere nihil sibi nisi nu
merum deesse sentiret. Hic ut opinor, aditus illi fuit: hoc principium apud fœminā opinionis suæ
custodem diligentissimum usq; in hunc diem. Liuia quantum quidem ego sciam: assiduus uirtutis
comes: cui non tantum quæ in publicum emittunt uota: sed omnes sunt secretiores animorū no
strorum motus: dedisti operam ne quid esset quod in te quisquam reprehenderet. Nec id in maio
ribus modo obseruasti: sed in minimis: ne quid faceres: cui famam uberrimam principum iudi
cem uelles ignoscere. Nec quicq̄ pulchrius existimo fastigio collocatis q̄ multarum rerum ueniam
dare: & nullius petere. Seruandus itaq; tibi in hac re tuus mos est. Ne quid committas quod minus
aliterue facturum uelis.

Einde rogo atq; obsecro: ne te difficilē amicis & ītractabilē præstes. Non est enim qd igno
d res oēs hos nescire. quēadmodū aliquid loquantur coram te de Druso. An nihil ne aut ob
liuio clarissimi iuuenis illis faciat iniuriam: aut mentio tibi cū secedimus: & in unū cōueni
mus facta eius dictaq; quanto meruit suspecta celebramus: coram te altum nobis de illo silentium
est. Cares itaq; maxima uoluptate filii tui laudibus: quas non dubito quin uel impedimento uitæ si
potestas detur: in æuum omne sis prorogatura: quare patere imo accerse sermones quibus ille nar
retur: & apertas aures præbe ad nomen memoriamq; filii tui. nec hoc genere dixeris cæterorū qui
in eiusmodi casibus partem mali putant audire solatia. Nunc incubuisti tota in alteram partem: &
obiita meliorum fortunam tuā quæ deterior est aspicis. Non cōuertisti te ad cōuictus filii tui occur
sus iucundus: nō ad pueriles dulcesq; blanditias. Non ad incremēta studiorum. Vltimam illā faciē
rerū præmis. Illi tanq̄ ipsa per se parū horrida sit: quicquid potes cōtigeris. Ne obsecro te cōcupieris

peruetissimam gloriam infœlicissimamq; uideri.

Imilius cogita non esse magni animi se rebus prosperis fortem gerere: ubi secundo cursu
s [illegible] procedit. Nec gubernatoris quidem artem: tranquillum mare & obsequēs uentus ostē
dit. Aduersi aliquid incurrat oportet quod animum probet. Proide ne submiseris te immo
contra fige stabilem gradum. & quicquid onerum supra cecidit sustine: primo duntaxat strepitu cō
tenta. Nulla re maior inuidia fortunæ fit q̄ æquo animo. Post hoc ostendit illi filium incolumem:
ostendit ex amisso nepotes. Tuum illic Martia negocium actum tibi aureus assedit: & mutata perso
na consolatus est. sed puta Martia ereptum tibi amplius q̄ unq̄ ulla mater amiserit. Non permulceo
te: nec extenuo calamitatem tuam. Si fletibus fata uincuntur cōferamus. Erat omnis inter luctus di
es: noctem sine somno tristitia consumet. ingerantur lacerato pectori manus: & in ipsam faciem im
petus fiat. At causas omni genere seuitiæ prosecturas mœror exerceat. Sed si nullus planctibus de
functa reuocantur: sed sors immota: & in eternum fixa, nulla miseria mutatur & mors tenuit quic
quid abstulit: desinat dolor qui perierit petit. quare rogamur. Nec nos ista uis transuersos auferat.
Turpiseſt nauigii rector: cui gubernacula fluctus eripuit: qui fluctuantia uela deseruit: permisit tem
pestati nauem. At ille uel in naufragio laudandus: quem obruit mare nauem tenentem & obnixū.

T enim naturale desiderium suorum est. Quis negat q̄diu modicum est? nam discessu non
e solum charissimorum amissione necessarius morsus est: & firmissimorum quoq; animorū
cōtractio. Sed plus est quod opinio adiicit: q̄ quod natura imperauit. Aspice mutorum ani
malium q̄ concitata sunt desideria & tamen q̄ breuia. Vaccarum uno die altrone nugitus auditur.
Nec ditius equarum uagus ille amensq; discursus est. feræ cum uestigia catulorum consectatæ sunt
& siluas peruagatæ: cum sæpe ad cubilia expilatæ redierit: rabiem intra exiguum tempus extingu
unt. Aues cum stridore magno inanes nidos circunfremunt: intra momentum cum quiete uolatus
suos repetunt. Nec ulli animali longum fœtus sui desiderium est. Nisi homini qui adest dolori. nec
tantum quantum sentit: sed quantum constituit afficitur. Vt sciat autem non esse naturale luctibus
frangi. Primū magis fœminas q̄ uiros: magis barbaros q̄ placidos eruditaq; gentis homines: ma
gis indoctos q̄ doctos eadem orbitas uulnerat, at qui ea quæ a natura uim acceperūt: eadem in om
nibus seruant. Apparet non esse naturale quod uarium est. Ignis omnes ætates: omnium urbium ci
ues tam uiros q̄ fœminas: quia naturaliter uret: ferrum in omni corpore exhibebit secandi potenti
am. Quare? quia uires illi a natura datæ sunt: quæ nihil impium constituit. Paupertatem: lucrū: am
bitionem alius aliter sentit: prout illum consuetudo infecit: & imbecillum impatientēq; reddit præ
sumpta opinio de non timendis terribilis.

Einde quod naturale est non decrescit mora. Dolorem dies consumit: licet contumaciſſi
d mum quotidie insurgentem: & contra remedia efferuescentem: tamen illum efficaciſſimū
mitigandæ ferociæ tempus eneruat. Manet quidem tibi martia etiam nunc ingens tristitia:
& iam uidetur duxisse callum non illum concitata qualis in illo fuit: sed pertinax & obstinata: Ta
men hanc quoq; ætas tibi minuatim eximet: quotiens aliud ægeris animus relaxabitur: nunc teip
sa custodis. Multum autē interest utrum tibi obmittas mœrere an impetres: quāto magis hoc mo
rum tuorum elegantiæ conuenit: finem luctus potius facere q̄ expectare: nec illū aperiri diem quo
te inuita dolor desinat: ipsa illi renuncia.

Nde ergo tanta nobis pertinacia in deploratione nostri: si id non fit: naturæ iussu: quod ni
u hil nobis mali anteq̄ eueniat proponimus. Sed ut immunes ipsi & aliud paratius ingressi
iter: alienis non admoniti casibus illos esse communes: tot præter domum nostram ducan
tur exequiæ: de morte hon cogitamus. tot acerba funera nos togam nostrorum infantium: nos mi
litiam & paternæ hæreditatis successionem animo agitamus: tot diuitum subita paupertas in ocu
los incidit: & nobis nunq̄ in mentem uenit: nostras quoq; opes æque in lubrico positas. necesse est
itaq; magis corruamus qui quasi ex inopinato ferimur. Quæ multo ante prouisa sunt: lāguidius in
currunt: uis tu scire te ad omnes expositum ictus stare: & illa quæ alios tela fixerunt circa te uibra
se uelut murum aliquem: aut obsessum multo hoste locum & arduum ascensum inermis ad eas ex
pecta uulnus: & illa superne uolantia cum sagittis pilisq; saxa pura in tuum librata corpus. quotiēs
aut ad latus: aut penes tergum ceciderunt exclama. Non decipies me fortuna. Nec securū aut negli
gentem opprimes. Scio quid pares: alium: percussisti: me petisti. Quis unq̄ res suas quasi periturus
aspexit? Quis unq̄ nostrum de exitio de ægestate de luctu cogitare ausus est? Quis nō admoueatur
suis tanq̄ ægrum durum respuat: & in capita inimicorum: aut ipsius intempestiui monitoris abire
illa iubeat. non putaui futurum quicq̄. tu putas nō futurum quod multis scis posse fieri: quod mul
tis uides euenisse. Egregium uersum & dignū audiui. est enim: & cui uis potest accidere quod cuiq̄
potest. Ille amisit liberos: & tu admittere potes. Ille damnatus est: & tua innocentia sub ictu est. Ter
ror decipit. Hic effœminat dum patimur: quæ nunq̄ pati nos posse preuidimus. Aufert uim præsen
tibus malis qui futura prospexit.

q Vicquid est hæc materia circa nos ex aduentitio fulget. Liberi: honores: opes: ampla arua: &
excluſorum clientium turba. Referam uestibula clara: nobilis aut formosa coniunx cætera

q̄ ex incerta & mobili sorte pendentia alieni commodatiq̄ sunt:nihil donaturum collaticiis: & ad dominum redituris instrumentis sæua adornatur. Alia ex his primo die: alia secundo reseruntur. Pauca usq̄ ad finem perseuerabunt. Ita non est quod nos suspicamur:tanquam [illegible] mutuo accepimus. Vsufructus noster est:cuius tempora ille arbiter muneris sui tēperat. Nos oportet in promptu habere quæ in certum diem nata sunt:& appellatos reddere. Pessimi est debitoris creditori facere conuitum: Omnes ergo nostros:& quos superstites lege nascēdi optamus:& quos præcedere iustissimum ipsorū uotum est:sic amare debere tanq̄ nihil nobis de perpetuitate:immo nihil de diuturnitate eorum promissum sit. Sæpe admonendus est animus metiri:ut casura immo tanq̄ recedentia quicquid a fortuna datum est tanq̄ exemplum auctore possideas. Rapite ex liberis uoluptates. fruendos nos inuicem liberis date:& sine dilatione omne gaudium aduertite. Nihil de hodierna die promittitur. Nimis magnam aduocationem dedi. Nihil de hac hora festinādum est. Instat a tergo iam deficiet iste comitatus. Iam contubernia ista sublato clamore soluentur. Rapina rerum omnium est. Miseri nescitis in fugam uiuere. Si mortuum tibi filium doles:eius tēporis quo natus est crimen est. Mors enim illi nascenti determinata:& in hanc legem datus Hoc factū ab utero statim prosequebatur in regnum fortunæ:& quod durum atq̄ inuictum peruenimus:illius arbitrio digna atq̄ indigna passuri corporibus nostris impotenter: contumelioſe:crudeliter abutetur: alios ignibus perutet:uel in pœnam admotis:uel incerta nudos maria iactabit:& luctatos cum fluctibus:ne in harenam quidem aut littus exploratusset in alicuius uentre, īmēsæ beluæ detrudet. Alios morborum uariis generibus emaceratos:diu inter uitam mortemq̄ detinebit, utuaria & libidinosa mancipiorumq̄ suorum negligēs domina:& pœnis & muneribus errabit. Quid opus est partes deflere? Tota uita stabilis est. Vrgebunt noua incommoda priusq̄ ueteribus satisfecerit. Moderādus est itaq̄ nobis animus ad hæc maxime quæ immoderate factis:& in mœtus:& in dolores humanum pectus dispensandum.

q Væ demum ista suæ publicæq̄ conditionis obliuio est? Mortalis nata es:mortales peperisti. Putre ipsa fluidumq̄ corpus:& causis morbos repetita separasti:tam imbecilla materia solida & æterna gestasse. Decessit filius tuus:idest decurrit ad hunc finem:ad quem quæ fœliciora partu tuo putas:properant. Ad hæc omnis ista quæ in foro litigat:in theatris:in templis precatur:turba dispargi gradu uadit. Et quæ diligis. uenearis:& quæ despicis unus exequabit cinis. hic tudet:illa phythicis oraculis ascripta noscit. Quid est homo? quodlibet quassum uas:& quodlibet fragile iactu:non tempestate ut dissiperis est opus. Vbicunq̄ adiectaueris solueris. Quid est homo? imbecillissimum corpus:& fragile:nudum:suapte naturæ:inerme:alienæ opis indigens:ad omnem fortunæ cōtumeliam proiectum:cum bene lacertos exercuit cuiuslibet fere pabulum:cuiuslibet uictima:ex infirmis fluidisq̄ contextum:& liniamentis exterioribus nitidum:frigoris:æstus. & laboris impatiens. Ipso rursus situ & ocio iturum in ocium in tabem:alimenta metuens sua:quorū modum inopia rumpit. Anxiæ solicitæq̄ tutelæ:precarii spiritus:male inhærentis qua parum repentinum audiet ex improuiso sonus auribus granis excutit. Soli semper sibi nutrimentum uitiosum & inutile. Miramur in hoc mortem unius quæ singulis opus est. Nunquid enim ut concidat:res magni emolumenti est. Odor illi saporq̄:& lassitudo:& uigilia:& humor:& cibus:& sine quibus uiuere non potest:mortifera sunt. Quocunq̄ se mouet infirmitatis suæ statim conscium:non omne cælum ferens:aquarū nouitatibus:flatuq̄ non familiari aura & tenuissimis causis atq̄ offensionibus morbidum:putre:causaq̄ fletus uitam auspicatum. cum interim quantos tumultus hoc tam contēptum animal mouet. In quantas cogitationes oblitum cōditionis suæ uenit īmortalia æterna uoluptat animo:& in nepotes pronepotesq̄ disponet. Cum interim longa conantem eū mors opprimit:& hæc quid senectus uocatur: Pauci sunt circuitus annorum.

d Olor tuus o Martia:si modo tibi nulla ratio est:utrum sua spectat commoda:an eius qui decessit. Vtrum te amisso filio mouet:q̄ nullas ex illo uoluptates cœpisses:an quod maiores si diu uixisset percipere potuisti? Si nullas te percepisse dixeris tolerabilius efficies detrimētum tuum. Minus enim desiderant ea:ex quibus nihil gaudii leticiæq̄ perceperant:si confessa fueris percepisse magnas uoluptates:oportet te non de eo quod contractum est quæri:sed de eo gratias agere quod collegisti. Peruenerūt ei satis magni fructus laborum suorum ex ipsa educatione:nisi forte hi qui catulos aneq̄:& friuola animorum oblectamenta summa diligentia nutriunt:& fruuntur aliqua uoluptate ex uisu tactuq̄:& blanda adulatione mutorum. liberos nutrientibus non ipsa fructus educatione acquiritur. Licet itaq̄ tibi nihil industria eius contulerit:licet nihil diligentia custodierit:nihil prudentra sua ipsum quod habuisti:quod amasti. fructus est. At potuit lōgior esse non maior. Melius tamen recū actum est q̄ si omnino nō cōtigisset. Quoniā si ponatur electio utrū satius sit non diu fœlicē esse an nunq̄. Est melius discessura nobis bona q̄ nulla cōtingere. Vtrū ne malles degenerē aliquē:& numerū tantū nomēq̄ filii expletū habuisse:an tātæ indolis quāte tuus fuit:nuuenis cito prudēs:cito maritus, cito patet:cito oīs officii curiosus cito sacerdos:oia tanq̄ pspera nulli referta:& magna bona & diuturna cōtigūt. Nō durat:nec ad ultimū exit uerbi lenta fœlicitas. Filiū tibi dii īmortales nō diu dāt. Stari tibi talē dederūt q̄lis diu effici pōt. Ne illud dicere qdē

potes eiectam te a diis:cui frui non liceret filio. Circue per omnem notorum & ignotorum frequē
[illegible] oculos:occurrent passim ubiq̄ quæ maiora senserunt. Ista magni iudices senserunt principes:
[illegible] fabulæ imuites reliqui quærunt:puto ut nostrorum funerum leuamētū esset etiā
diuina cocidere. Circunspice inquā oēs:nullā miserā nominabis domū quæ nō iueniat in miseriore solatium. Non mehercule tam male de moribus sentio ut putem posse leuius pati casum tuum: si tibi ingentem numerū lugientium produxero. Maliuoli solatii genus est turba miserorū. Quosdam tamen modo referam:non ut scias hoc solere hominibus accidere. Ridiculum est enim mortalitatis exemplā colligere:sed ut scias fuisse multos qui leuierunt aspera ferendo placide. A fœlicissimo incipiam. Lucius Sylla filium amisit:nec ea res:aut maliciam eius & acerrimam uirtutē in hostes ciuesq̄ contulit:aut effecit:ut cognomen illud usurpasse saluo uideretur:quod amisso filio assumpsit. nec odia hominum ueritus:quorum illos male nimis secundæ res constant. nec inuidiam deorum: quorum illud crimen erat Sylla tam fœlix. sed istud inter res nondum iudicatas habeatur qualis Sylla fuerit:& inimici fatebuntur bene illum arma sumpsisse:bene posuisse. hoc de quo agitur constabit non esse maximum malum quod etiam ad fœlicissimos peruenit. Nec nimis admirer gręcia illum patrem:qui in ipso sacrificio nunciata filii morte tibicinem tantum tacere iussit:& coronam capiti detraxit:cætera tite perfecit.

Vluillus hoc fecit pontifex:cui postem tenenti & capitolium dedicanti mors filii nuncia-
p ta est:quam ille exaudisse dissimulans:& solemnia pontificalis carminis uerba cōcepit gemitu non interrumpente precationem:& ad filii sui Ioue nomen propiciato putasses eius luctus aliquem finem esse debere:cui primus dies primus impetus ab altaribus publicis:& fausta nūcupatione non abduxit patrem. Dignus mehercule fuit memorabili dedicatione:dignus amplissimo sacerdotio:qui colere deos ne iratus quidem destitit. Idem tamen ut rediit domum:& impleuit oculos:& aliquas uoces flebiles misit:& peractis quæ mos erat præstare defunctis:ad capitoliū hilari rediit uultu. Paulus circa illos nobilissimi triumphi dies:quo uictum ante currū ægit Perſæi inclyti Regis nomen duos filios in adoptionem dedit:quos sibi seruauerat extulit:quales retentos putas:cum inter commodatos suspitio fuisset. Non sine motu uacuum Pauli currum po. Ro. aspexit. Contionatus est tamen:& ægit diis gratias q̄ compos uoti factus esset. Precatum enim se ut siquid ob ingentem uictoriam inuidiæ dandus esset:id suo potius q̄ publico damno solueretur. Vides q̄ magno animo tulerit:orbitati suæ gratulatus est. & qui magis poterat mouere tanta mutatio solatia simul atq̄ auxilia perdidit: Non contingit tamen tristem Paulum Persæ uidere. Quid nunc te per innumerabilia magnorum uirorum exempla ducam? & quæram miseros quasi non difficilius sit inuenire fœlices? Quæq̄ domus usq̄ ad exitum omnibus partibus suis constitit in qua non aliquid turbatum sit. Vnumquemq̄ animo occupa:& ex eo magistratu circa Lucium si uis Bibulū &. C. Cæsarem uidebis inter collegas & inimicissimos concordem fortunam. Luci Bibulo melioris q̄ fortioris uiri duo simul filii interfecti sunt. Aegyptio quidem multi ludibrio habiti ut non minus ipsa orbitate auctor eius dīgna res lachrymis esset. Bibulus tamē qui toto honoris sui anno obinuidiam college domi latuerat. postero diæ q̄ geminum funus renunciatum est processit ad solata in publicum officia. Quid minus potest q̄ unum diem duobus filiis dare. Tam cito liberorum luctum finiuit:qui consolatum anno luserat. C. Cæsar cum britanniam peragraret:nec apto anno fœlicitatem suam continere posset:audiuit decessisse filiam publica secum fata ducētem. In oculis erat iam. Cn. Pompeius non æquo laturus animo quemq̄ alium esse in. R. P. magnum & modū imposituras incrementis:quoniam grauia illi uidebantur & cum in commune creſcerent tamen intra tertium diem imperatoria obiit munera. & tam cito dolorem uicit:q̄ omnia solebat.

Vid aliorum tibi funera Cæsarum referam? quos in hoc mihi interim uidetur uiolare fortu-
q na:ut sic quoq̄ generi humano prosint ostendentes. Ne eos quidem qui diis geniti: deosq̄ genituri dicantur:sic suam fortunam in potestate habere quemadmodum alienam.

Iuus Augustus amissis liberis:nepotibus exhausta. Cæsaris turba:adoptione desertam do-
d mum luxit. Tulit tamen fortiter tanq̄ eius iam res agebatur:cuiusq̄ maxime itererat de diis neminem quæri. C. Cæsar & quem genuerat:& quē adoptauerat amisit. ipse tamen pro nostris laudauit filium:stetitq̄ in conspectu posito corpore:interiecto tantummodo uelamento quod pontificis oculos a funere arceret. & flente po. Ro, non flexit uultum:experiendum se dedit. Seiano ad latus stanti q̄ patienter possit suos perdere. uides ne quanta copia uirorum maximorum sit quos non excepit. hic omnia prosternens casus:in quos tot animi bona:tot ornamenta publice priuatimq̄ congesta erant: Sed uide ut in orbe ista tempestas:& sine delectu uastat omnia agitq̄ ut sua, iube singulos conferre rationem. Nulli contingit impune nasci.

Cio quid dicas:oblitus es fœminam te consolari. uirorum refers exempla. Quis enim di-
s xit naturam maligne cum mulieris ingenio ægisse:& uirtutem illarum in arctum retraxisse. Par illis ratio crede:uigor par:ad honesta libera facultas:dolorem:laborem ex æquo si consueuere patiuntur. In qua istud urbe dii boni loquimur:in qua regem romanis capitibus Lucretia & Brutus deiecerunt. Bruto libertatem debemus:Lucretiæ Brutū. In qua Cocliam cō-

tempto..noſte & flumine ob inſignem audaciam tantū nō in uiros tranſcripſimus:equeſtri inſide
ſtatuæ in ſacra uia celeberrimo loco.Cocliam exprobat:iuuenibus noſtris puluinum aſcendētib
in ea illos urbe ſi igredi:in qua etiam fœminas equo donauimus.quod tibi ſi uis exēpla re
minarum quæ ſuos fortiter deſiderauerunt:non hoſtiatim quæram?Ex una tibi famina duas Cor
nelias dabo.Primam Scipionis filiam:Graccorum matrem.duodecim illa partus:totidem funeri
bus recognouit,& de cæteris facile eſt:quos nec æditos:ne amiſſos ciuitas ſentit.T.Graccum &.C.
quos etiam quidam bonos uiros negauerit:magnos fatebitur:& occiſos uidit & inſepultos:cōſo
lantibus tamen miſeramq; dicentibus:Nunq; inquit;non fœlicem me dicam:quæ Graccos peperi;
Cornelia diui Druſii clariſſimum iuuenem illuſtris ingenii uadentem per gracchona ueſtigia:iper
fectis tot rogationibus intra penates interemptum ſuos amiſerat.icerto cædis auctore tamē & acer
bam mortem filii & iniuſtam tam magno animo tulit:q; ipſe leges tulerat.Iam cum fortuna in gra
tiam Martia reuertereris:ſi tela quæ in Scipiones:ſcipionumq; matres ac filios ægit:quibus Cæſa
res perit:ne a te quidem continuit.plena & infeſta uariis caſibus uita eſt:a quibus nulli longa pax:
uix induciæ ſunt.quottuor liberos ſuſtuleras Martia.Nullum autem fruſtra cadet telū quod in con
fertum agmen immiſſum eſt.Mirum eſt tantam turbam iam potuiſſe ſine iniuria damnoue præter
uehi.Adhuc iniquior fortuna fuit:q; non tantum filios eripuit:ſed elegit.Nunq tamen iniuriam di
xeris ex æquo cum potentiore diuidere.duas tibi reliquit fialias:& harum nepotes & ipſum quem
maxime luges prioris oblita nō ex toto abſtulit.Habes ex illo duas filias ſimiles patri.Fers magna
onera ſi bene magna ſolatia:in hoc te perduxit:ut illas cum uideris admonearis filii non doloris.
Agricola euulſis arboribus:quas aut uentus radicitus euulſit:aut contortus repentino impetu tur
bo perfregit:ſobolem ex illis reſiduam fouit:& amiſſarum ſemina ſtatim plantaſq; diſponit:& mo
mento.Nam ut in damna:ita ad incrementa rapidum ueloxq; tempus eſt.Adoleſcunt amiſſis læ
tiora.Has nunc Mecilii filii tui filias in eius uicem ſubſtitute:& uacatem locum exple.Vnum dolo
rem geminato ſolatio leua.Quidem hoc natura mortaliū eſt:ut nihil magis placeat q; quod amiſ
ſum eſt.Iniquiores ſumus aduerſus relicta ereptorum deſiderio.Sed ſi æſtimare uolueris q; tibi ual
de fortuna etiā cum ſeuierit pepercerit:ſcies te habere pluſq; ſolatia.Reſpice tot nepotes duas filias.
h Ic illud quoq; Martia mouet me ſi eſſet cuiq; pro moribus fortuna:& nunq mala bonos ſe
querentur.Nunc uideo ex quanto diſcrimine & eodem modo malos bonoſq; iactari.Gra
ue eſt tamē q; educaueris iuuenem iam matri iam patri præſidium ac decus amittere.Quis
negat graue eſſe?ſed humanum eſt.Ad hoc genitus es ut perderes:ut perires:ut ſperares:metueres
alios:teq; inquietares:mortem etiam timeres & optares:& quod eſt peſſimum:nunq ſcires cuius
eſſet ſtatus.Si quis Syracuſas petenti diceret:omuia incommoda:omnes uoluptates futuræ pere
grinationis tuæ ante cognoſce:deinde ita nauiga.Hæc ſunt quæ mirari poſſint.Videbis proinde ip
ſam inſulam ab Italia angusto interciſam freto:quam incontinenti quondam ceſſiſſe conſtat.ſubi
to illud mare irrupit:& heſperum ſiculo latus abſcidit.deinde uidebis:licebit enim tibi auidiſſimū
mari uerticem reſtringere:ſtratam illam fabuloſam charibdim:aquam diu ab auſtro uocatam.Ar ſi
quis inde uehementius ſpirauit hiatu magno profundoq; nauigia ſorbente.Videbis celebratiſſi
mum carminibus fontem.Arethuſam nitidiſſimi ac perlucidiſſimi;ad imum ſtagni gelidiſſimas:
aquas profundentem:ſiue illas primum naſcentes inuenit:ſiue trans ſlumen integrum ſubtus tot
maria:& ad confuſionem peioris unde ſeruatum reddidit.Videbis portum quietiſſimum omniū:
quos aut natura poſuit in tutelam claſſium:aut adiuuit minus ſit tutum:ut ne maximarum quidem
tempeſtatum locus furori ſit.Videbis ubi Athenarum potentia fracta:ubi tot milia captiuorum il
le exciſis:infinitam altitudinem ſaxis.Naulius carcer incluſerat:& ipſam ingentem ciuitatem & la
tius territorium q; multarum urbium fines ſint.Iympidiſſima hyberna:& nullum diem ſine interue
tu ſolis.ſed cum omnia iſta cognoueris:grauis & inſalubris æſtas hyberni cæli beneficia corrūpit.
Erit Dionyſius illic tyrannus libertatis:iuſticiæ legum exitium:dominationis cupidus:etiam poſt
Platonem:uitæ etiam poſt exilium:alios uret:alios uerberabit:alios ob leuem offenſam iubet de
truncari:accerſet ad libidinem mares fœminaſq;:& inter fœdos regiæ intemperantiæ greges parū
erit ſimul binis cohire.Audiſti quid te inuitare poſſit:quid abſtere re:prouide:aut nauiga:uel reſi
ſte:Poſt hanc denunciationem ſiquis dixiſſet intrare ſe Syracuſas uelle:ſatis ne iuſtam quærelam
de ullo:niſi de ſe habere poſſet.qui non incidit in illam:ſed prudens ſciensq; ueniſſet.Dicet omni
bus nobis natura:neminem decipio.Tu ſi filios ſuſtuleris:potes habere formoſos.deformes ſed ſi
fortaſſe tibi nulli naſcentur eſſe ex illis aliquis tam ſeruator patriæ q; proditor poterit:nō eſt q; ſpes
tantæ dignationis futuros:ut nemo tibi propter illos maledicere audeat propone tamen & tantæ
futuros tu;pitudinis.ut ipſis maledictum ſit.Nihil uetat illos tibi ſuprema præſtare:& laudari te a
liberis tuis.ſed ſic te para tanq; in ignem poſiturum.uel puerum:uel iuuenē ſenem.Nihil enim ad
rem pertinet anni.quoniam nullum non acerbum funus,eſt:quod parens ſequitur.

Oſt has leges ,ppoſitas ſi liberos tollis omni deos inuidia liberas.qui tibi nihil ſpopōderūt
p hanc imaginem agendum totius uite introitum referamus.Syracuſas uiſere deliberanti ti
bi quicquid delectare poterat:quicquid offendere expoſui:puta naſcēti me tibi uenire in cō

ſiliam intraturus es urbem? diis hominibuſq; cōmunē omnia cōplexam certis legibus æter
uictam:inde fatigata cæleſtium officia uoluentem.Videbis illic innumerabiles ſtellas ſole quotidia
no ſuo noctuq; ſpatia ſignantē:annū:æſtatē:hyemēq; æqualiuſq; diuidentē.Videbis nocturna lu
næ ſuccedentis a fraternis occurſionibus:lene remiſſumq; lumen mutuātem:& modo toto ore ter
ris imminentē acceſſionibus:damniſq; mirabilem:ſemper proxime diſſimilem.Videbis quinq; ſy
dera diuerſas agentia uias:& in cōtrariū præcipiti mūdo nitētia:ex horū læuiſſimæ motibus fortu
næ populorum dependent:& maxima ac minima proinde formātur:prout æquum iniquumue ſy
dus inceſſit.miraberis conlecta nubila:& cadentes aquas:& obliqua fulmina:& cæli fragorem.Cū
ſatiatus ſpectaculo ſuperorū in terram oculos deieceris:excipiet te alia forma rerū alterq; mirabilis.
Hinc camporum tu infinitū patentium ſuſa planicies.Hinc montiū magnis & niualibus ſurgentiū
iugis:erecti in ſublime uertices.deiectus fluuius:& ex uno fonte in orientem occidentēq; defuſi in
amnes,& ſummis cacuminibus nemora mutantia:& tantū ſiluarū cum ſuis animalibus:auiūq; cō
centu diſſono.Varii urbiū ſitus:& ſeductæ nationes locorū difficultate:quarū aliæ ſe in erectos ſub
trahunt montes:aliæ ripis:lacu:uallibus palude circunfunduntur:adiuta cultu ſeges & arbuſta ſine
cultore fertilia:& riuorum leuis inter prata diſcurſus & amœni ſinus:& littora in portū recedentia:
ſparſe tot per uaſtū inſulæ:quæ interuentu ſuo matia circūdant & diſtinguūt Quid lapidū gemma
rumq; fulgor:& inter rapidorū terrentiū aurū harenis interfluēs:& in mediis terris mediocq; rurſus
mari nitens igniū faces:& ninculum terrarū oceanus:cōtinuationē gentiū triplici ſinu ſcindens:&
ingenti licentia exeſtuans.Videbis his inquietis & ſine uento fluctuātibus aquis in mari.& excedē
ti magnitudine terrentia animalia.quædā grauia & alieno ſe magiſterio mouent.Ita quædā uelo
cia concitatis permiſta nauigiis & remigiis.quædā haurentia undas & magno prænauigantiū pe
riculo efflantia.Videbis hic nauigia:quas nō nouere querentia terras.Videbis nihil humanæ auda
ciæ intentatū:eriſq; ei ſpectator:& ipſi per magna conantium diſces.Docebitq; artes illas quæ uitā
inſtruant:aliaſq; ornēt:aliaſq; regant.Sed iſtic erunt mille corporū & animorū peſtes & bella:& la
trocinia:& naufragia:& intēperies cæli:corporiſq;:& clariſſimorū acerba deſideria:& mors incertū
facinus an per pœnam cruciatū.Delibera tecū:& perpende quid uelis ut illa inuenias.per illa exeun
dum eſt.Reſpondebis nolle te uiuere.Quid ni immo puto ad id nō accedas:ex quo tibi aliquid de
trahi doles.Viue ergo ut conuenit.

Emo inquis nos conſulit.Conſulti ſunt de nobis parentes noſtri:qui cū cōditionē uitæ no
n ſcerent in hanc nos ſuſtulerūt.Sed ut ad ſolatia ueniā:uidebis quod curādū ſit.Deinde quē
admodū moueret lugentē deſideriū eius quē dilexit:aut per ſe deſiderabilē appareat abſen
tes enim futuroſq; dum uiuerent nō flemus q; quis omnis uſus nobis & cōſpectus ereptus ſit.Opinio
eſt ergo quæ nos cruciat:& tāti quoq; malū eſt:q; iſtud taxauimus.In noſtra poteſtate remedium
habemus.Iudicemus illos abeſſe:& nos etiā ipſi fallamur.Diuiſimus illos:imo conſecuturi premiſ
ſimus.Mouet & illud lugentē:nō erit qui medefendat:qui contemptū uindicet:ut minime proba
bilis:ſed uero ſolatio utar.In ciuitate noſtra plus orbitas confert q; eripit.Adeoq; ſenectuti ſolitu
do quæ ſolebat deſtruere ad potentiā ducit:ut quidā odia filiorū ſimulēt:& liberos ſeruent:& orbi
tatē mentiaciant.Scio quid dicas.Non mouēt me documenta tua.etenim nō eſt dignus ſolatio:q
filiū ſibi deceſſiſſe ſicut mancipiū moleſte fert:qui quicq; in filio reſpicere propter ipſum nō uacat.
Quid igitur te Martia mouet?Vtrū q; filius tuus deceſſit an q; ne diu uixit?ſi quidē deceſſit ſemper
debuiſti dolere.ſemper enim ſciſti mori.Cogita nullū defunctū malis affici.illa quæ nobis inferos
faciūt terribiles:fabula eſt.Nullas iminere mortuis tenebras:nec carcerē nec fulmina fragātia igne
nec obliuione amnē:nec tribunalia:& reos & in illa reorū libertate tam laxa ullos iterum tyrannos
luſerunt.Iſta poetæ & uanos nos agitauere terroribus.Mors oīum dolor & ſolutio eſt:& finis:ultra
q; mala noſtra nō exeunt:quæ nos in illā tranquillitatē in qua anteq; naſceremur iacuimus:reponit.
Si mortuorū aliquis miſeret:& nō natorū miſereatur.Mors nec bonū nec malū eſt.Id enim poteſt
aut bonū aut malū eſſe quod abeſt:quod uero ipſum nihil eſt:& oīa ad nihil redigit:nulli nos for
tunæ tradit.Mala enim bonaq; circa aliquā uerſantur materiam.Et poteſt fortuna tenere quod na
tura dimiſit.Nec poteſt miſer:eſſe qui nullus eſt.Exceſſit filius tuus terminos:intra quos ſeruit.Ex
cepit illum magna & æterna pax:non paupertatis mœtu:non diuitiarum cura:non libidinis per uo
luptatem animos carpentis ſtimulis inceſſitur.non inuidia fœlicitatis alienæ tangitur:nec ſuæ præ
mittitur:nec conuitiis quidemue uerecundiæ aures uerberantur:& nulla publica clades conſpicitur
nulla ptiuata:non ſolicitus futuri pendet:& ex euentu ſemper interiora dependenti.Tandem ibi cō
illa talia puras illusit. tristes erant amici talē amissuri uirū quid mœsti inquit estis uos? Queritis an i
mortales animæ sint? Ego iam sciam: nec desiit in ipso ueritatē sine fine scrutari: & ex morte sua q̄
stionem habere. prosequebatur illū philosoppus suus: iam procul erat tumultus in quo Cæsari deo
nostro fiebat quotidianū sactū. Is inquit. Quid cane nūc cogitas? aut quæ times? Obseruare inquit
Canus: proposui illo uelocissimo momēto: an sensurus sit animus exuere se? promisitq̄ siquid ex
plorasset circū iturū amicos: & incidaturū quis esset animæ status. Ecce in media tempestate trāqI
litas. Ecce animus æternitate dignus: qui factū suum in argumentum ueri uocat: qui in ultimo illo
gradu positus. exeuntem animam percunctatur. Nec usq̄ ad mortem: sed etiam aliquid in ipsa mor
te discit. Nemo diutius philosophatus: sed non raptim relinquetur magnus uir: & cum cura dicen
dus. Dabimus te in omnem memoriam clarissimum caput Caianæ cladis magna portio.

Ed nihil prodest priuatæ tristitiæ causas abiecisse. Occupat eni nonnunq̄ odiuz generis hu
s mani: & odium tot scelerū infœliciū turba: cū cogitaueris q̄ sit rara fœlicitas: q̄ ignota inno
cētia. & uix unq̄ est ubi expedit fides: sed libidinis lucra dānaq̄ patiter iuisa: & ambitio usq̄
eo iam se suis nō cōtinens tetminis ut per turpitudinē splēdeat. Agitur animus inocentis: & uelut
euersis uirtutibus: quas nō sperare licet: nō habere prodest: tenebræ oriūtur. In hoc itaq̄ fleēdi su
mus ut oia uulgi uitia nō inuisa nobis: sed ridicula uideātur. Et Democritū potius imitemur q̄ He
racliū. Hic eni quotiens in publicū processerat: flebat. & ille ridebat. Huic oia quæ agimus miseriæ:
Illi ineptiæ uidebātur. Eleuāda ergo oia: & facili aio ferenda. Humanius est deridere uitam q̄ deplo
rare. Adiice q̄ de humano quoq̄ genere melius meretur q ridet illud: q̄ qui luget. Ille & spei bonæ
aliq̄ reliquit. Hic aūt stulte deflet: quæ corrigi posse desperat: & uniuersa cōtemplatus: maioris ani
mi est qui risum nō tenet: q̄ qui lacrimas: quādo leuissimū affectū animi mouet. Et nihil magnū ni
si seuerū quidē ex tanto paratu putat. Sigula ꝓpter quæ læti ac tristes sumus quisq̄ ꝓponat: & sciet
uerū esse qd Bion dixit. Omnia hominū negocia similia nuptiis esse: nec uitā illoꝝ magis sanctam
aut seuerā ee: q̄ cōceptus nihilo natus: Sed satius est publicos mores & humana uitia placide accipe
re: nec in risum: nec in lachrymas excidere. Nā alienis malis torqueri æterna miseria est. Alienis de
lectari malis uoluptas inhumana. Sicut illa inutilis humanitas flere: quia aliqs filium suū afferat &
frōtē suā fingere. In tuis quoq̄ malis id agere te oz: ut dolori tantū des q̄tū poscit. & q̄tū cōsuetudo.
Plærisq̄ eni lachrymas fundūt ut oftēdāt. & totiēs sicco oculos habēt: quotiens spectator defuit, tur
pe iudicātes nō flere cū oēs faciunt. Adeo penitus hoc se malū fixit ex aliena opinione pendere: ut
in simulatione etiam simplissima dolor eueniat. Sequtur pars quæ solet nō imerito contristare & in
solicitudie deducere: ubi doloꝝ exitus mali sunt. Vbi Socrates cogitur ille carcere mori. Rutilius i
exilio uiuere. Pōpeius & Cicero clientibus suis præbere ceruicē. Cato in uirtutū uia imago incūbēs
gladio simul de se ac de republica palā facere. Necesse est torqueri in qua præmia fortunā psoluere.
Et quid sibi quisq̄ nūc speret cū uideat pessima optimos pati. Quid ergo est? uide quō quisquis illo
rum tulerit: & si fortes fuerunt ipsorum illos animos desiderio digni sunt: quorū desiderio uirtus ti
bi placeat. Aut indigni quoꝝ desideretur ignauia. Quid enim est turpius: q̄ si maximi uiri timidos
fortiter moriendo faciunt? Laudemus totiens dignum laudibus: & dicamus. Tāto fortior: tāto fœ
liciot hominis effugisti casus duriorem morbū existi ex custodia non tu dignus mala fortuna diis

uisus es[illegible]ndignus in quem iam aliquid fortuna posset. S[illegible]ducentibus cuncto se: & in ipsa morte ad uitam spectatibus: manus iniiciendæ sunt. Neminē fleuerunt lætum: neminem flentē. Ille lachrymas ipse absterserit. Hic suis lacrymis efficit ne ullis dignus sit. Ego Herculē fleam q̄ uiuus uritur aut Regulū q̄ tot clauis cōfigitur & trāsfigitur. aut Catonem q̄ uulnera sua. Omnes isti leui temporis impensa inuenerūt quomodo æterni fierent: ad immortalitatē moriendo uenerunt. Est & illa solicitudinū nō mediocris materia: si te anxie cōponas: nec ullis simpliciter ostēdas: qualis multorū uita est ficta: ostentationi parata. Torquet enim assidua obseruatio sui: & deprehendi aliter q̄ solet metuit. Nec unq̄ cura soluimur. Vbi totiēs nos æstimari putamus: quotiēs aspici. Nā & multa incidūt quæ inuitos denudēt: & ut bene cedat tanta sui diligentia: nō tamen iucunda uita: aut secura est semper sub persona uiuētiū. At illa q̄tum haberet uoluptatis sine ea & per se orta simplicitas: nihil obediens moribus suis: subit tamē & hæc uita contēptus periculū: si omnia omnibus patent. Sunt eni qui fastidiant quicquid propius audierūt. Sed nec uirtuti periculū est ne admota oculis reuileſcāt. Et satius est simplicitate cōtemni qua perpetua simulatione torqueri. Modū tamē rei adhibeamus. multū interest: an simpliciter uiuas: an negligenter. Multū in se recedendum est. Conuersatio enim dissimilium bene composita: disturbat & renouat affectus: & quicquid imbecillū in animo nec per [illegible]exulcerat. [illegible] tamē ista & alternanda sunt. Solitudo & frequētia. Illa nobis faciet bonū desiderium. Hæc nostri & erit altera alterius: remediū. Odium turbæ sanabit solitudo. Tedium solitudinis turba. Nec in eadē intentione æqualiter retinēda mens est: sed ad iocos reuocāda. Cum pueris Socrates ludere nō erubescebat. & Cato uerne laxabat animū curis publicis fatigatū. & Scipio triumphale illud & militare corpus mouet ad numeros: nō mollitur se infringens ut nūc mos est: etiā incessu ipso ultra muliebrē mollicie fluētibus: sed ut illi antiq̄ uiri solebāt inter lusum ac festa tēpora uirilem in modū trepudiare: non facturi detrimentē: etiá si ab hostibus suis spectātur. Dāda est remissio animis: meliores acrioresq̄ requieti surgent. Vt fertilibus agris nō est imperandū: cito enim exhauriet illos nunq̄ intermissa fœcunditas. Ita animorum impetus assiduus labor frāgit. Vires recipient paulū resoluti & emissi. Nascitur ex assiduitate laborū animorū hæbetatio quædam & languor. Nec ad tanta hominū cupiditas tenderet: nisi naturelē quandā uoluptatē haberet lusus iocusq̄: quorū frequens usus: omne animis pondus oēmq̄ uim erūperet. Nā & somnus refectioni necessarius est. Hunc tamen semper si per diē noctemq̄ continues mors erit. Multū interest: remittas aliquid: an soluas. Legū conditores festos instituerunt dies. ut ad hilaritatem homines publice cogerentur tanq̄ necessarium laboribus interponentes temporamentū. Et magni ut dixi uiri quidā sibi menstruas certis diebus ferias dabant: quia non ullum diem inter ocium & curas diuidebant. Qualem Pollionem asinium oratorem magnum meminimus: quem nulla hora ultra decimā reti nuit: Ne epistolas quidem post eam horam legebat: ne quid nouæ curæ nasceretur: sed totius diei lassitudinem duabus illis horis ponebat. Quidem medio die inter uixerunt: & inde post meridianas horas aliquid leuioris operæ distulerunt. Maiores quoq̄ nostri nouam relaxationem post horam decimā in senatu fieri uetabant. Miles uigilias diuidit: & nox immunis est ab expeditione reduntium. Indulgendū est animo: dadūq̄ subinde ocium: quod alimenti a cuiriū loco sit: & in ambulationibns apertis uagandū: ut cœlo libero & multo spiritu augeat: attollatq̄ se animus. Aliquādo uegetatio iterq̄: & mutata regio uigorem dabit: conuictusq̄ & liberalior potio nōnunq̄ & usq̄ ad ebrietatem ueniendum: non ut mergat nos: sed ut deprimat curas. Trudit enim curas & ab imo animum mouet: & ut morbis quibusdam ita tristitiæ medetur, Liberq̄ non ob licentiam linguæ dictus est inuentor uini. sed quia liberat seruitio curarum animum asserit. uigeatq̄: & audatiorem in omnes conatus facit. Sed ut libertas: ita uni salubris moderatio est: ut solutionem. Arcesilaumq̄ in dulsisse uino credunt. Catoni ebrietas obiecta est: & facilius efficit. Quisquis obiecit crimen honestum q̄ turpem Catonem. Sed nec sæpe faciendum est. Ne animus malam consuetudinem ducat. Et aliquando tamen in exultationem libertatemq̄ extrahendus. Tristisq̄ sobrietas remouēda paulisper. Nam siue græco poetæ credimus: aliquando & insanire iucundum est: siue Platoni: frustra poeticas fores compos sui pepulit: siue Aristoteli: nullum magnum ingenium sine mixtura demētiæ fuit. Non potest grande aliquid super cæteros loqui: nisi mota mens cum uulgaria & solita contempserit: instinctuq̄ sacro surrexit excelsior. Tunc demum aliquid cecinit grandium ore mortalis. Non potest sublime quicq̄ & in arduo positum contingere: q̄diu apud se est. Decidat oportet a solito: & efferatur: & mordeat frænos: & rectorē capiat suū: eoq̄ ferat quo per se timuisset ascēdere.

h Abes Serene charissime quæ possint tranquillitatem tueri: quæ restituere: que surrepētibus uitiis resistant. Illud tamen scito nihil horum satis esse ualidum rem imbecillem seruantibus: nisi intenta & assidua cura circueat animum labentem.

Explicit liber de tranquilitate uitæ.

LVCII ANNEI SENECAE AD SERENVM LIBER SECVNDVS. Q. VOMODO INSAPIENTEM NON CADIT INIVRIA.

t Antum inter stoicos Serene & cæteros sapiētiam professi interesse: q̄tum inter fœminas & mares: non immerito dixerim: cū utraq̄ turba ad uitæ societatem tantundē conferat:

sed altera pars ad obseq̄[illegible]ntum[illegible]set: imperio nata sit. Cæteri sapientes & molliter & [illegible]lande: ut fere domestici & familiares medici ægris corporibus: nō quia optimum & celerimum ei[illegible] medentur: sed quia licet. Stoici uirilem ingressum etiam non ut amœna ineuntibus uideatur curæ [illegible] sed ut q̄ primum nos capiant: & in illum æstum uerticem educant, qui adeo extra omnem teli iactum surrexit: ut supra fortunam emineat: & ardua per quæ uocantur: & cōfragosa sūt. Quid enim plano additur excelsum? Sed ne tam obrupta quidem sunt q̄ quidam putāt. Pria tamen pars saxa rupesq̄ habet & inuii speciem. sicut pleraq̄ ex longo speculantibus abscissa & connexa uideri solent: cui acrem longinquitas fallat. Demum propius adeuntibus eadem illa quæ i unum cōgesserat error oculorum paulatim adaperiuntur: tamen illis quæ præcipitia ex iterualio apparebant reddit lene fastigium. Nuper cum incidisset mentio Catonis indigne ferebas sicut es iniquitatis impatiens: q̄ Catonem ætas sua parum intellexisset: supra Pōpeios & Cæsares surgentem infrauat: imos posuisset, & tibi indignum uidebatur q̄ illi dissuaturo legem. tota in foro esset erepta: quodq̄ a nostris usq̄ ad arcum Fabianum per seditiosæ factionis manus traditus: uoces improbas & sputa & omnes alias insanæ multitudinis contumelias pertulisset. Tunc ego respondi habere teq̄ reipublicæ nomine moueretis quā hinc. P. Claudius: hinc facinius ac pessimus quisq̄ uenundabat: & tacita cupiditate corrupti non inteligebant se dū uendunt & uenire pro ipso quisq[illegible]ussi. Nullum enim sapientem nec iniuriam accipere: nec contumeliam posse. Catonem autem cercius exemplar sapiētis uiri nobis deos immortales dedisse: q̄ Vlyxem & Herculem prioribus sæculis. Hos eni stoici nostri sapientes pronunciauerunt: inuictos laboribus & contemptores uoluptatis: & uictores omnium terrarum. Cato cum feris manus non contulit: quas consectari uenatoris agrestisq̄ est: nec monstra igne ac ferro persecutus est: nec in ea tempora incidit: quibus credi posset cælum unius in humeris inniti. Excussa iam antiqua crudelitate & sæculo ad summam pductu solertiam: cū ambitu congressus multiformi malo: & cum potentiæ immensa cupiditate quam totus orbis in tres diuisus partes satiare non poterat: aduersus uitia ciuitatis degenerantis: & pessum sua mole sidētis stetit solus: & cadentem rēpu. quantum modo una detrahi manu poterat retinuit uel abreptus uel abstractus: comitem se diu sustentātem ruinæ dedit: simulq̄ extincta sunt quæ nefas erat diuidi. Neq̄ enim Cato post libertatem uixit: nec libertas post Catonem. Huic tu putas iniuriā fieri potuisse a populo: q̄ aut præturam illi detraxit: aut togam: & sacrum illud caput purgamentis oris asperſit. Tutus est sapiens: nec ulla affici aut iniuria: aut contumelia potest. Videor mihi intueri animum tuum icensum & efferuescentem: paratum acclamare. Hæc sunt quæ auctoritatem præceptis uestris detrahant. Magna promittitis: & quæ non optari quidem: nondum credi possint. Deinde ingentia locuti: cum pauperem negastis esse sapientem: non negatis solere illi: & seruum: & uestem: & tectū: & cibum deesse. Cum sapientem negastis insanire: nō negatis & alienari: & parum sana uerba emittere: & quicq̄ uis morbi cogit audere. Cum sapientem negastis seruum esse idem non ita ut inficiamini: & uenturum: & imperata facturum: & domino suo seruilia præstiturum ministeria. Ita sublato alte supercilio in eadem quæ certi descendistis: mutatis rerum nominibus. Tale itaq̄ aliquid & i hoc esse suspicior: quod prima specie pulchrum atq̄ magnum est: nec iniuriam: nec contumeliam accepturum esse sapientem. Multum ante interest: utrum sapientem extra indignationem: an extra iniuriam ponas. Nam si dicis illum æquo animo laturum: nullum habet priuilegium. Contingit illi res uulgaris: & quæ discitur: ipsa iniuriarum assiduitate patientia. Si negas accepturum iniuriam: idest neminem illi tentaturum facere: omnibus relictis negociis stoicus sit. Ego uero non imaginario honore uerborū exornare constitui: sed eo loco ponere: uel quo nulla permittatur iniuria. Quid ergo? nemo erit qui laceſſat: qui tenter. Nihil in rerum natura tam sacrum est: quod sacrilegiū non inueniat. Sed non ideo diuina minus in sublimi sunt: si exisſtunt qui magnitudinem multum ultra se positam non acturi petant. Inuulnerabile est: non quod non feritur: sed quod non leditur. Ex hac tibi nota sapientem exhibeo. Nunquid dubiū est: quin certius robur sit quod non uincitur: q̄ quod non laceſſitur? Cum dubiæ sint uires inexpertæ. At merito certissima firmitas habebatur quæ omnes incursus respuit. Sic tu sapientem melioris scito naturæ: si nullius illi iniuria nocet: q̄ si nulla sit. Et illum fortem uirum dicam quem bella non subiunt: nec admota uis hostilis exterret: nō cui pinguæ ocium est inter præsides populos. Huiusmodi igitur sapientem dico: nulli esse iniuriæ obnoxium. Itaq̄ non refert q̄ multa in illum coniiciantur tela: cum sit nulli penetrabilis. Quomodo quorundam lapidum inexpugnabilis ferro duritia est? Ne secari adamas: aut cedi uel teri potest: sed incurrentia ultro retundit. Quemadmodum quædam non possunt igne consumi: sed flamma circumfusa: rigorem suum habitumq̄ conseruant. Quemadmodum proiecti in altum scopuli mare frangunt: nec ipsi ulla seuitiæ uestigia tot uerberati procellis ostentant. Ita sapientis animus solidus est: & id roboris collegit: ut tam tutus sit ab iniuria: q̄ illa quæ retuli. Quid igitur: non erit aliquis qui sapienti facere tentet iniuriam? Tentabit: sed non peruenturam ad eū. Maiore enim interuallo & contractu inferiorum adductus est: q̄ ut ulla uis noxia: usq̄ ad illum uires suas perferat. Cum potentes imperio æditi: & consensu seruientium ualidi: nocere intentent: tam citra sapientiam omnes eorū impetus deficient: q̄ quæ numero tormentisue in altum exprimuntur: cum extra uisum exilierunt:

circa cœlum tamen flectuntur. Quid tu putas: cum stolidum ille regem multitudine telorum diem obscuraſſe, ullam ſagittam in ſolem incidiſſe? Aut dimiſſis in profundum cadentis Neptunum potuiſſe contingi? Vt cœleſtia humanas manus effugiant & ab his qui templa diripiunt aut ſimulachra conflant: nihil diuinitati nocetur. Ita quicquid fit in ſapientem proteruе: petulanter: ſuperbe: fruſtra tentatur. At ſatius erit neminem eſſe qui facere uellet. Rem difficilem optas humano generi innocentiam & non fieri: eorum intereſt qui facturi ſunt: non eius qui pati: ne ſi fiat quidem poteſt: immo neſcio. An magis uires ſapientia oſtendat: tranquillitatis inter laceſcentia. Sicut maximum argumentum eſt: Imperatoris armis uiriſq; polentis tuta ſecuritas hoſtium eſt in terra. Diuidamus ſi tibi uidetur Serene: iniuriam a contumelia. Prior illa natura grauior eſt: Hæc leuior: tamen delitatis grauis: qua non leduntur: ſed offenduntur. Tanta eſt tamen animorum diſſolutio & uanitas: ut quidam nihil acerbius putēt. Sic inuenies ſeruū: qui tam flagellis q̄ colaphis cædi malit: & qui mortem ac uerbera tolerabiliora credant: q̄ contumelioſa uerba. Ad tantas ineptias peruentū eſt: ut non dolore tantum: ſed doloris opinione nexemur more puerorū: quibus mœtus incutit umbra: & personarum deformitas: & deprauata facies. Lachrymas uero euocant nomina parum grata auribus: & digitorum motus: & alia quæ impetu quodam erroris improuidi refugiunt. Iniuria propoſitū hoc [illegible] autem ſapientia non relinquit locum. Vnum malū enim illi eſt turpitudo: quæ introire eo ubi iam uirtus honeſtum q̄ eſt: non poteſt. Iniuria ergo ad ſapientē non peruenit. Nam ſi iniuria alicuius mali patientia eſt: Sapiens autem nullius mali eſt patiens: nulla ad ſapiētem iniuria pertinet. Omnis iniuria diminutio eius eſt in quem incurrit. Nec poteſt aliquis iniuriam accipere ſine aliquo detrimento uel dignitatis uel corporis uel rerum extra nos poſitarum: Sapiens autem nihil perdere poteſt: omnia in ſe repoſuit: nihil fortunæ credit: bona ſua inſolidum habet contentus uirtute quæ fortuitis non indiget. Ideoq; augeri nec minui poteſt. Nam in ſummū producta: incrementi non habent locum. Nihil eripit fortuna: niſi quod dedit. uirtutem autem non dat: ideo nec detrahit. Libera eſt: inuiolabilis eſt: immota. Sic contra caſus indurat: ut nec inclinari quidem: nedum uinci poſſit. Aduerſus apparatus tertibiliū: rectos oculos tenet: nihil ex uultu mutat: ſiue illi dura: ſiue ſecunda oſtentantur. Itaq; nihil perdet: quod perire ſenſurus ſit. Vnius enim in poſſeſſione uirtutis eſt: ex qua depelli nunq; poteſt. Cæteris præcario utitur. Quis autem iactura moueatur alienis? Quid ſi iniuria nihil ledere poteſt? Ex his quæ propria ſapientis ſunt: quia uirtute ſui ſalua ſunt: iniuria ſapienti non poteſt fieri. Megaram Demetrius ceperat: cui cognomē Polycrates fuit: ab hoc Stilpon philoſophus interrogatus: Numquid aliquid perdidiſſet? Nihil inquit. Omnia namq; mea mecum ſunt. Atqui & patrimonium eius in prædam ceſſerat: & filias rapuerat hoſtis & patriam uiolauerat. Ille illi uictoriam excuſſit: & ſe urbe capta: non uictum tantum ſed indemnem eſſe teſtatus eſt. Habebat ergo natura ſecum bona: in quæ non eſt manus interiecto. At ea quæ diſſipata & direpta ferebantur: non iudicabat ſua: ſed aduentitia: & nutum fortunæ ſequētia. ideo ut nō propria dilexerat. Omnū enim extrinſecus effluentium lubrica: & incerta poſſeſſio eſt. Cogita nūc an huic fur: an calumniator: aut uicinus: aut potēs: aut diues: aliquis: regnū urbe ſenectutis exercēs: facere iniuriam poſſit. Cui bellum & hoſtis ille egregiam artem quaſſandarum urbium profeſſus: eripere nihil poſſit. Inter nutantes uſq; gladios: & militarem in rapinam tumultū: inter flammas & ſanguinem: ſtragemq; impulſæ ciuitatis: inter fragorem templorum: ſuper deos ſuos cadentiū uni homini pax fuit. Non eſt itaq; q̄ audax iudices promiſſum: cuius tibi ſi parum fidei habeo ſponſorem dabo. Vix enim credit tantum firmitatis in homine: aut tantum animi magnitudinem cadere. ſed ſi prodit in medium qui dicat: Non eſt q̄ dubites an tollere ſe homo natus ſupra humana poſſit an dolores: damna: ulcerationes: uulnera: magnos motus rerum circa ſe frementium ſecurus aſpiciat: & dura placide ferat: & ſecunda moderate: nec illis cedens. nec is fretus. Vnus idemq; inter diuerſa ſit: nec quicq̄ ſuum: niſi ſe putet eſſe: ea quaq; parte qua melior eſt. Tamē aſſum hoc uobis probaturus ſub iſto tot ciuitatum euerſore: munimenta incurſu aeris labefieri & turrium altitudinem cuniculis ac latentibus foſſis repente reſcidere: & æquaturum æditiſſimas arces: aggerem creſcere: ac nulla machinamenta poſſe reperiri: quæ bene fundatum animum agitent. Eripimus erumnis domos & incēdiis undiq; relucentibus: flammas per ſanguinem fugi. Filias meas qui caſus habeat: an peior publico neſcio. Solus & ſenior: & hoſtilia circa me omnia uidens: tamen integrum incolumēq; eſſe cenſum meum profiteor te non habes quicquid mei habui. Non eſt q̄ me uictum uictoreq; te credas. Vicit fortuna tua fortunam meam. Caduca illa: & dominium mutantia ubi ſint neſcio. Quid ad res meas pertinet: mecum ſunt: mecum erunt. Perdiderunt iſti diuites patrimonia. Libidinoſa amores ſuos: & magno pudoris impendio dilecta ſcorta. Ambitioſi curiam & forum: & loca exercendis in publico uitiis deſtinata. Fœneratores perdiderunt tabellas ſuas: quibus auaritia falſo læta diuitias imaginatur. Ego quidem omnia integra illibataq; habeo. Proinde iſtos interroga qui flent: qui lamentantur: ſtrictis gladiis nuda pro pecunia corpora opponunt: qui hoſtem onerato ſinu fugiunt. Erga iſta habes Serene perfectum illum uirum humanis diuinisq; uirtutibus plenum: nihil perdere. Bona eius ſolidis & inexuperabilibus munimētis præciſa ſunt. Nō babylonis illi muros contuleris: quos Alexander intrauit. Non Carthaginis aut Numātiæ mœnia: una manu capta.

QVOMODO INSAPIENTEM NON CADIT INIVRIA

Non capitolium arcēu habet ſita: nō hoſtile ueſtigium: uel illa quæ ſapientē tuentur: ſtāma & ab incurſu tuta ſunt: nō ſaxum ictoritū labent nec præbent excelſa inexpugnabilia diis æqua. Non ē q̄ dicas iſta ut ſoles: hunc ſapientē nolū nuſq; inueniri. Non fingimus iſtud humani igenii unq; decus: nec ingentē imaginē falſæ uirtutis cōcipimus: ſed qualē cōfirmamus exhibuimus & exhibemus. Raro forſitan magniſq; ætatū interuallis ingenitur. Neq; enim magna & excēdētia ſolitum ac uulgarē modum crebro gignuntur. Cæterum hic ipſe. M. Cato a cuius mentione hæc diſputatio proceſſit. Vereor ne ſupra noſtrum exēplar ſit. Deniq; ualidius debet eſſe quod lædit: eo quod lædi tur. Nō eſt aūt fortior nequitia uirtute. Non poteſt autem lædi ſapiens. Iniuria in bonos non tenta tur niſi a malis. Bonis inter ſe pax eſt. Mali tam boni pernicioſi ſunt q̄ mali inter ſe. Quod ſi lædi ni ſi infirmior nō pōt: nec iniuria bonis niſi a diſpari uerenda eſt. Iniuria in ſapientē uiq; nō cadit. Illud enim iam es admonēdus neminem bonū eſſe niſi ſapientē. Sed iniuſte inquis. Socrates dānatus eſt. Iniuriam accepit. hoc loco intelligere nos oportet poſſe euenire: ut faciat aliquis iniuriā mihi. & ego non accipiam. tamq̄ rem ſiquis e uilla mea furtipuit in domo mea ponat. ille furtum fecerit: ego nihil perdiderim. Poteſt aliquis nocēs fieri: quāuis nō nocuerit. Siquis cū uxore tanq̄ cum aliena cōcubat: adulter erit: q̄uis illa adultera non ſit. Aliquis mihi uenenū dedit: ſed uim ſuam remixtā cibo perdidit. Venenū illud dando ſceleri ſe obligauit: eu[illegible] nocuit. Nu[illegible] cuius telum oppoſita ueſte eluſum eſt. Omnia ſcelera: & ante effectū operis quātum culpæ ſatis ē perfecta ſunt. Quædā eius conditionis ſunt: & hac uice copulantur: ut alterum ſine altero eſſe non poſſit. Quod dico conabor facere manifeſtum. Poſſum pedes mouere: ut nō curram: currere non poſſum: ut nō moueam. Poſſum q̄uis in aqua ſim nō natare: ſi nato non poſſum in aqua non eſſe. Ex hac ſorte: & hoc eſt de quo agitur: ſi iniuriam accepi: neceſſe eſt factā eſſe: ſi eſt facta nō eſt neceſſe accepiſſe me. Multa enim incidere poſſum quæ īmoueant iniuriam: ut in terrā manum deiicere aliquis caſus poteſt: & emiſſa tela declinare. Ita iniurias qualeſcūq; poteſt aliqua res depellere: & in medio īntercipere: ut & factæ ſint: nec acceptæ. Præterea nihil iniuſtum iuſticia pati pōt: quia non coeunt contraria. Iniuria aūt non poteſt fieri niſi iniuſte. Non eſt quid mireris ſi nemo pōt illi iniuriam facere nec prodeſſe quidē quiſq̄: & ſapiēti nihil deeſt quod accipere poſſit loco muneris: & manus nihil poteſt tribuere ſapienti. Habere enim prius debet q̄ dare. Nihil autem habet quod a ſe tranſferri ſapiens gauiſurus ſit. Non poteſt ergo quiſq̄ aut nocere ſapienti aut prodeſſe. Quēadmodum diuina nec iuuari deſiderant: nec lædi poſſunt. Sapiens autē uicinus proximuſq; diis conſiſtit excepta mortalitate ſimilis deo. At illa nitens petenſq; excelſa: ordinata: intrepida: æquali & concordi curſu fluentia: ſecura: benigna: bono publico nata: & ſibi & aliis ſalutaria. Nihil humile concupiſcet: nihil flebit: qui rationi innixus per humanos caſus: diuino incedit animo. Nō hēt ubi accipiat iniuriam ab homine: nec tantū dicere putas: ſed nec a fortuna quidem: quæ quotiens cum uirtute cōgreſſa eſt: nunq̄ par receſſit. Si maximū illud ultra quod nihil habent iratæ leges: ac ſeuiſſimi domini minātur: in quo imperiū ſuum conſumit fortuna: æquo placidoq; animoq; accipim⁹ & ſcimus mortē malum non eſſe: ob hoc ne iniuriam quidē: multo facilius alia tolerabimus. Dānum & dolores & ignominias: loco; cōmutationes: orbitates: diſcidia: quæ ſapientē etiam ſi uniuerſa circūueniant nō mergunt: nedum ut ad ſingulorum ipulſus mœreat. Et ſi fortunæ iniurias moderate fert: quanto magis hominū potentium: quos ſit fortunæ manus eſſe. Omnia itaq; ſic patitur: ut hyemis rigorem: & intēperantiam cæli: ut ſeruores morboſq;: & cætera ſorte accidentia. Nec de quoq̄ tam bene iudicat: ut illum quicq̄ putet conſilio feciſſe. Quod in uno ſapiente eſt aliorum omniū non conſilia: ſed fraudes & inſidiæ: & motus animo; inconditi ſunt: quos caſibus adnumerant. Omne aūt fortuitum circa nos ſeuit & iniuriatur. Illud quoq; cogita iniuriarum latiſſimam patere materiā illis: per quæ periculum nobis queſitū eſt: ut accuſatore ſubmiſſo aut criminatione falſa: aut irritatis in nos potentiorum motibus quæ; alia intra togatos latrocinia ſunt. Eſt & alia iniuria frequens: ſi lucrum alicui excuſſum eſt: aut præmium diu captatum: ſi magno labore affectata hæreditas aduerſa eſt: & queſtuoſe domus gratia erepta. Hæc effugiet ſapiens qui neſcit nec in ſpe nec in mœtu uiuere. Addice nunc q̄ iniuriam nemo immota mente accipit: ſed ad ſenſum eius perturbatur. Caret autem perturbatione uir rectus: erroribus moderatutus ſuus altæ quietis & placidæ. Nam ſi illum tangit iniuria & mouet & impedit. Caret autem ira ſapiens: quam excitat iniuriæ ſpecies: nec aliter careret ira: niſi & iniuria quam ſcit ſibi non poſſe fieri. Inde tam erectus lætuſq; eſt. Inde continuo gaudio elatus. Adeo autem ad offenſiones rerum hominūq; nō cōtrahitur: ut illa ipſi iniuria uſui ſit: per quam experimentum ſui capit & uirtutem tentat. Faueamus obſecro uos huic propoſito: æquiſq; & animis & auribus aſſimus: dum ſapiens iniuriæ excipitur: nec quicquam adeo petulātiæ noſtræ: aut rapaciſſimis cupiditatibus: aut certe temeritati ſuperbiæ q; detrahitur: ſaluis uitiis noſtris: hæc ſapienti libertas queritur. non ut uobis facere non liceat iniuriam agimus: ſed ut ille omnes iniurias in altum dimittat: patientia quoque ſe: ac magnitudine animi defendat. Sic in certaminibus ſacris plæriq; uicere cedentium manus: obſtinata patientia fatigando: Ex hoc puta genere patientiam & ſapientiam eorum qui exercitatione longa ac fideli: to

bur perpetiendi laxandiq; omnem inimicam tim consecut, sunt. Quoniam a priorem partem percurrimus ad alteram transeamus. Quoniã quibusdam pro iis plerisq; noxiis cõtumeliã refutamus. Est minor iniuria q̃ quæri magis q̃ exequi possu, fusq; quã leges quoq; nulla dignã uindicta putauerint. Hunc affectum mouet humilitas animi cõtinentis se: ob factum demũq; inhonorificum ille me hodie nõ admisit: cum alios admitteret. Sermonẽ meum aut superbe aduersatus ẽ aut palam risit. & non in medio me loco: sed in imo collocauit: & alia huiusmodi notæ. Quæ quidem uocem nisi querelas nauseantis animi: in quæ fere delicati os & fœlices incidunt. Non uacat enim hoc notare cũ peiora instant: nimio ocio ingenia nostra infirma & muliebria & inopia ueræ iniuriæ lasciuientia: his cõmouentur quarum pars maior constat uitio interpretatis. Itaq; nec prudentiæ quidẽ in se esse: nec fiduciæ ostendit qui cõtumelia afficitur. Non dubiæ enim contemptũ se iudicat: & hic morsus nõ sine quadam humilitate animi euenit: supptimẽtis se ac descendẽtis. Sapiens aũt a nullo contẽnitur: magnitudinem suam nouit: nullicq; tantum de sel icecere nũciat q̃ sibi. & omnes has quas nõ miserias animórũ: sed molestias dixerim: non uincit sed nec sentit quidem. Alia sunt que sapientẽ feriunt: etiam si nõ peruertant. ut dolor corporis & debilitas: aut amicorum liberorũq; amissio: & patriæ bello flagrantis calamitas. Hæc nõ nego sentire sapientẽ. Hæc [illegible] nuncia[illegible] uerimus. Nulla uirtus est quæ nõ sentiat perpeti. Quid ergo est? Quosdam ictus recipit: sed receptos euincit. sanat & comprimit. Hæc uero minora nec sentit qdẽ nec aduersus ea solita illa uirtute utitur dura tolerandi: sed aut nõ annotat: aut digna risu putat. Præterea cum magnam partẽ contumeliarum superbi insolentesq; faciant: & male fœlicitatẽ ferentes: habet quo istum affectum inflatum respuat: si pulcherrimam uirtutem omnium animi sanitatẽ magnanimitatemq; illa quicquid huiusmodi est transcurrit. ut uanas somniorum species ususq; nocturnos. Nihil habemus soliti atq; ueri simul illud cogitat oẽs inferiores esse. Quantum illis audacia sit: tanto audaciora despicere. Cõtumelia a contemptu dicta est: quia nemo quem cõtempsit afficit tali iniuria. Nemo aũt meliorem maioremq; contẽnit etiam si facit aliquid quod cõtemnentes solent. Nam & pueri os parentũ feriunt & crines matris turbauit lacerauitq; infans & sputo aspersit: aut nudauit in conspectu suo pudenda: & uerbis obscœnioribus nõ pepercit. & nihil horũ contumeliam dicimus. quare? quia qui fecit contẽnere nõ potest. Eadẽ cã est: cur nos macipiorum nostroq; urbanitas in dominos contumelioſa delectet. quoq; audacia ita demum sibi in conuiuiis ius facit: si cœpit a domino & ut contẽpti sumus. Et ut ludibriũ est: ita solutissimæ linguæ est. Pueros quidẽ in hac mercãtur procaces: & eorum impudentiã accuũt: & sub magistro habent qui probra meditate effundũt. Nec has cõtumelias uocamus: sed argutias. Quanta autem dementia est: hisdẽ modo delectari: modo offendi: & rem ab amico dictam: maledictam uocare a sertulo ioculare cõuitium. Quẽ animum nos aduersus pueros habebimus: hũc sapiens aduersus oẽs quibus etiã post iuuentã canosq; puerilitas est. An quicq̃ illi profecerunt quibus animi mala sunt: auctiq; in maiores errores: qui a pueris magnitudine tantũq; forma corporum differunt. Cæterũ nõ minus uagi: incertiq; uoluptatũ sine delectu apparentes trepidi: & non ingenio: sed formidine quieti: nõ ideo quicq̃ inter illos puerosq; interesse quis dixerit: q̃ illis talorum nucũq;: & æris minuti auaritia est. his auari argentiq; & urbium: quod illi & inter ipsos magistratus gerũt: & prætextæ ac tribunal imitantur. Hi aũt in campo foroq; serio ludunt. Illi in littoribus arenæ congestu simulachra domoq; excitant. Hi ut magnũ aliquid agentes in lapidibus ac parietibus & tectis moliẽdis occupati. ad tutela corporũ inuenta in periculũ uerterunt. Ergo par pueris longiusq; progressus: si in alia maioraq; error est. Nõ immerito itaq; horũ contumelias sapiens ut iocos accipit: & aliquando illos tanquã pueros malo pœnaq; admonet & afficit: nõ quia accipit iniuriã: sed quia fecerunt & ut desinãt facere. Sic enim & pecora uerbere domantur. nec irascimur illis cũ sessorem recusauerint: sed cõpescimus ut dolor cõtumaciam uincat. Ergo & illud solutũ scies: quod uobis opponi? quare si nõ accepit iniuriam nec cõtumeliam sapiens: ponit eos qui fecerunt Non enim per se ulci scitur. sed illos emendat. Quid est aũt quare hanc animi firmitatẽ nõ credis in uirum sapientem cadere: cum tibi in aliis idem notare: sed nõ ex eadẽ causa liceat. Quis enim frenetico medicus irascitur? quisue febricitantis & frigida prohibiti maledicta in malã partẽ accepit? Hunc effectum aduersus oẽs habet sapiens: quẽadmodum aduersus ægros suos medicus. quorũq; nec obscœna si remedio ægent cõtractare nec reliquas & effusa intueri dignatur: nec per furorem seuientium excipere conuitia. Scit sapiens omnes hos qui togati: purpuratiq; incedunt: ualẽtes coloratosq; male sauos esse quos nõ aliter uidet: q̃ ægros intẽperatos. Iracq; nec succenset quidẽ siqd in morbo petulãtius aut si sunt aduersus medentem: æquo animo honores eorum in nihilo æstimat: eorundem parum honorifice factum quẽadmodum non placet sibi si illum mendicus coluerit. nec contumeliam iudicabit: si illi homo plæbis ultimæ salutanti mutuam salutationẽ non reddiderit. Sic nec suspiciet quidem si illum multi diuites suspexerunt. Scit enim illos nihil a mendicis differre: immo miseriores esse. Illi enim exiguo: hi multo egent: & rursus non tangentur si illum rex medorum Attalusue asiæ salutantem silentio ac uultu arroganti transierit. Scit statum eius non magis habere quicquã

inuidendu: q̃ eius cui [illegible] magn[illegible] familia cura contingit ægros insanosq; cõpescere: Num moleste feram si nõ reddiderit nomẽ cliqs ex [illegible]: qui ad castra negociantur mali: neq; mancipia emẽtes uẽdentesq; quoq; tabernæ pessimorũ seruorum turba refertæ sunt: nõ ut puto: qd enim is boni habet sub quo nemo nisi malus est? Ergo ut huiusmodi humanitatẽ inhumanitatẽq; negligit: ita ut regis habentis sub se parthos: medos: & britanos. Sed quos mœtu continet: sed ppter quos remittere ait cum nõ tibi contingit: sed postremos & uenales: sed nouũ occupantes dominiũ. Nullius ergo mouebitur cõtumelia. Omnes enim inter se differunt. Sapiens qdẽ pares illos ob æqualẽ stultitiã oẽs putat. Nam simel se dimiserit eo: ut aut iniuria moueat: aut contumelia nõ poterit unq̃ esse securus Securitas aũt propriũ bonũ sapientis est: nec cõmittet ut in iudicando sibi cõtumeliã factã: honorẽ habeat ei qui fecit. Necesse est enim a quo quisq̃ contẽni moleste ferat: suscipi gaudeat. Tanta quosdam demẽtia tenet: ut cõtumelias sibi posse fieri putant a muliere. Quid refert q̃ habeant quos lecticarios hẽntes: quã oneratas aures: q̃ laxã sellam: æque ipudens aial est: & nisi sciẽtia accessit: ac multa eruditio fere cupiditatũ incontinẽs. Quidã se a cinerario ipulsos moleste ferũt: & cõtumeliã uocant hostiarii discultantẽ: nomen cultoris superbiã: cubiculariæ superciliũ. O quantũ inter ista risus tollendus est: quãta uoluptate iplendus aius: ex alienorũ [illegible] tum ultu [illegible] lari quietẽ suaz Quid ergo sapiens non accedit ad fores quas durus ianitor obstat? Me uero si res necessaria [illegible] bit experietur: & illum quem quærit tanq̃ canem acrẽ obiecto cibo leniet: nec idignabitur aliquid ipendere ut limen transeat: cogitans: & in põtibus quibusdam pro transitu dari. Itaq; illi quoq; qs quis erit qui salutatoriũ publicum exerceat donabit. Scit emere uenalia: ille pusilli animi ẽ qui sibi placet quod hostiario libere respondit: & uirgam eius fregit: q̃ ad dominũ accessit & petit tornuz. Facit se aduersarium qui contẽdit: & ut uincat par fuit. At sapiens colaphis percussus: quid faciet? quod Cato cum illi os percussum esset: nõ excanduit: iniuriam nõ remisit quidẽ: sed factam negauit: maiore animo nõ agnouit: q̃ ignouisset non diu in hoc hærebimus. Quis enim nescit: nihil ex eis quæ creduntur bona aut mala ita uideri sapienti: ut omnibus. Non respicit quid homines turpe iudicent. aut miserum: nõ id quod populus sed ut sydera cõtrarium mundo iter intendunt. ita hic aduersus opinionem omnium uadit. Definite ista dicere: non acciperet ergo sapiens iniuriam si ce detur: si oculos illi eruet: non accipiet contumeliam si obscœnorum uocibus improbis per forum agetur: si in conuiuio regis recumbere infra mensam uesciq; cum seruis. ignominiosa officia sorti tis iubebitur: siquid aliud facere cogeretur: eorũq; excogitari pudori ingenuo molesta possunt. In quantũcunq; ista uel numero: uel magnitudine creuerint eiusdẽ naturæ erunt si nõ tangãt illũ par ua nec maiora quidẽ. Si nõ tangent pauca. nec plura quidẽ. sed ex imbecillitate uestra cõiecturã nõ capitis ingentis as: & cum cogitatis quantũ putetis pati posse: sapientis sapientiæ paulo ulteriorem terminum positis. At illum in aliis mundi finibus sua uirtus collocauit nihil: uobiscũ cõe habentẽ Quare & aspera & quæcunq; toleratu grauia sunt: auditu q; & usu refugiẽda eum nõ obruẽt cũ eoz cœtu: & qualis singulis talis uniuersis obsistet. Qui dicit illud tolerabile sapiẽti illud itollerabile: & animi magnitudinẽ iter certos fines tenet: male ait. Vincit nos fortuna nisi tota uincatur. Nec putes istã stoicã eẽ duritiã. Epicurus quẽ uos patronũ inertiæ uestræ assumitis: putatisq; mollia: ac desidiosa pcipere: & ad uoluptatẽ ducẽtia. Rato igt sapiẽti iteruenit fortũa: quã pene emisit uti uocẽ uis tu fortius loq: & illũ ex toto submouere. Domus hæc sapiẽtis augusta sine cultu: sine strepitu: sine apparatu: nullis obseruaẽ ianitoribus: turbã uenali fastidio digerentibus: sed per hoc limẽ uacuũ & ab hostiariis liberũ fortuna nõ transit. Scit tamen nõ esse illic sibi locũ ubi sui nihil est. Quid si Epicurus quoq; qui corpori plurimũ indulsit: aduersus iniurias exurgit: qd apud nos incredibile uideri põt: aut supra humanæ naturæ mensurã. ille ait iniurias tollerabiles esse sapiẽti: nos iiurias nõ esse. Nec enim est q̃ dicas hoc naturæ repugnare. Nõ negamus rem incõmodã esse uerberari & impelli & aliquo mẽbro carere: sed oia ista negamus iniurias eẽ: nõ sensum illis doloris detrahimus: sed nomẽ iniuriæ quod nõ potest recipi: uirtute salua. Vter uerius dicat uidebimus ad cõtemptum quidem iniuriæ uterq; consentit. Quæris quid inter duos interfit? quod inter gladiatores fortissimos: quorum alter præmit uulnus: & constat in gradu. Alter respiciens ad clamantem populum significat nihil esse: & interdici non patitur. Nõ est q̃ putes magnum quod dissidemus, illud quoque agitur quod unum ad nos pertinet. Vtraque exempla hortantur contemnere iniurias: & quas iniuriarũ umbras ac suspitionẽ dixerim cõtumelias. Ad quas despitiẽtes nõ sapiẽte opus est uiro: sed tãtum cõspitiẽte. Quid si possit dicere utrũ merito mihi ista accidunt an immerito. Si merito nõ est cõtumelia: iuditiũ est. Si imerito: illi qui iiusta facit erubescẽdũ est. Equidẽ illud quod cõtumelia dicitur in capitis mei leuitatẽ iocatus est: & in oculorũ ualitudinẽ: & in curium gracilitatẽ: & in statuam quæ cõtumelia est. Quod apparet audire corã uno aliquid demũ ridemus: corã pluribus indignamur: & eorum aliis libertatẽ nõ relinquimus quæ ipsidicere assueuimus. locis tẽperatis delectamur: in modicis irascimur. Chrysippus ait quẽdã indignatum: q̃ illum uenientem aliquis maximũ dixerat. In senatu sentẽ uidimus fidum Corneliũ nasonis generũ. Cum illũ corbola struto camelũ depilatũ dixisset. Aduersus alia maledicta mores & uitia cõuulnerãtia fronte illi firmitas cõ-

stitit. Aduersus hoc tam absurdū lachrymæ procidērūt. Tam aio enim ibecillitas est: q ubi ratio di scessit occupandimur. Siquis sermonē nostrū imitat: siqs incessum: siq̄s uitiū: aliquod corporis aut li guæ exprimit: quasi notiora illa fiant: alio imitāte q̄ nobis facientibus. senectutē quidā inuiti audi unt: & canos & alios ad quæ uoto peruenit. Paupertatis ma dictū quosdā pcussit: quā sibi obiecit q̄quis abscōdit. Itaq̄ materiā petulātibus & pp cōtumeliā urbanis detrahitur: si ultro illam & prior occupes. Nemos aliis risum pbuit qui ex se cōperit. Vatiniū hoiem natu: & ad risum & ad odium fortūnā fuisse: & uenustū ac dicacē memoriæ pditum est. In pedes suos ipse plurima dicebat: & in fau ces concisas: sic inimicorū quos plures hēbat: q̄ morbos & in primis Ciceronis urbanitatē effugit. Si ille hoc potuit duritia oris: q assiduis cōuitiis depudere didicerat. Cur is nō possit q studiis libe ralibus: & sapientiæ cultu ad aliquē profectū puenerat. Addice q̄ genus ultionis est: eripere ei q fe cit contumeliæ uoluptatē. Solēt dicere. o miserum: me puto nō intellexit: adeo fructus cōtumeliæ in sensu & indignatione patiētis. Non debet qdem hō esse cōtumeliosus. Deinde nō deerit illi: aliquādo par inuenīt qui te quoq̄ uindicet. C. Cæsar inter cætera uitia qbus abundat: contumeliosus mirabiliter ferabatur. Ois aliq̄ nota feriendi: ipse materia risus benignissima: tanta illi palloris ifa niam testātis fœdi[illegible]erat: tanta oculo[illegible] sub fronte simul latentiū toruitas: tāta capitis destituti: & [illegible] capillis aspri deformitas. Addice obsessa; setis ceruicē & exilitatē crurum: & enormitatē pedū. Immēsum est si uelim singula referre: p quæ in patres auosq̄ suos cōtumelios⁹ fuit: p quæ i uniuersos ordines ea referā q̄ illū exitio dederūt. Asiaticū Valerium in primis ferocē hēbat uirum & uix æquo aio aliena cōtumelias laturū. huic in cōuiuio: in cōcione uoce clarissima: qualis in con cubitu eēt uxor eius obiecit: dii boni hunc uirū audire principē scire & usq̄ eo licentiā peruenisse: ut nō dico consulari: nō dico amico: sed tantū marito princeps: & adulterium suū narret: & fastigi um. Teree cōtribuno militum: sermo; pmanauerat languidus fūno: & in facta uoce suspectior. Huic Caius signum petēti: modo Veneris mō Priapi dabat: aliter atq̄ aliter exprobrās armato mollicie Hoc ipse per lucidos trepidatus ac iratos. Coegit itaq̄ illū uti ferro: ne sæpius signū peteret. ille pri mus inter cōiuratos manum sustulit: ille ceruicē media uno ictu decidit. Plurimū deinde undique publicas ac priuatas iniurias ulciscentiū gladiatorū ingestum est. Sed primus uir fuit qui minime uisus est. Hac rōne Caius oia contumelias putat: & fuit ferendaq̄ impatiens: faciēdarū q̄ cupidissi mus. iratus fuit Herēnio Marco: qui illum Caium salutauerat nec ipune cessit. Primipilarium que caligulā dixerat. Hic enim in castris natus: & alūnus legiorū uocari solebat: nullo noie militib⁹ fa miliariot unq̄ factus: sed iam caligulā cōuiuiū & probrū iudicabat conturbatus. Ergo hoc ipsu; so latio erit, etiam si uestra facilitas ultionē omiserit: futuq̄ aliquē qui pœnas exigat a procace & sup bo & iniurioſæ: quæ uitia nunq̄ in uno hoie. & in una cōtumelia cōsumūtur? Respiciamus eorum exēpla quoq̄ laudamus patientiā. ut Socratis qui comædiaq̄ publicatos in se expectatos sales i pat tem bonā accepit: risitq̄ nō minus: q̄ cum ab uxore Xantippe imunda aqua perfunderet. Antiphe umq̄ mater barbara: & trachessa obiiciebatur. Respondit & deoq̄ matrē ideam esse. Nō est in rixā colluctationēq̄ ueniendū procul auferendi pedes sunt: & qcquid hoq̄ ab imprudētioribus fiet fie ri aūt nisi ab iprudentioribus nō pōt negligendū. Et honores & iniuriæ uulgi in promiscuo habē dæ sunt. Nec his dolendū: nec illis gaudendū. Alioquin multa timore & cōtumeliaq̄ aut tedio ne cessaria omittemus publicis & priuatis officiis. Aliquādo etiā salutātibus nō occurremus: dū mu liebris nos cura angit: aliquid cōtra aium audiendi. Aliquādo etiam obirati potētibus detegemus hunc affectum intēperanti libertate. Nō est aūt libertas nihil pati. Fallimur: libertas est aium suppo nere iniuriis: & eū facere se ex quo solo sibi gaudēda ueniant, exteriora deducere a se. Ne inquieta agenda sit uita omniū risus: oīum linguas timēt. Quis oīum est qui nō possit cōtumelias facere si q̄squam pōt: diuerso aūt remedio utetur: sapiēs affectatorq̄ sapientiæ. Imperfectus enim & adhuc ad publicū se iudiciū dirigentibus hoc pponendū est. Inter iniurias ipsas cōtumeliasq̄ debere uet sari. Omnia leuiora accidūt expectantibus quoq̄ honestior est genere fama patrimonioq̄: hoc se fortius gerat. Memor in prima acie altos ordines primo loco stare contumelias & uerba probrosa & ignominias & cætera de honestamenta uelut clamorē hostiū ferat: & longinqua tela: & saxa sine uulnere circa galeas trepidantia. Iniurias uero: ut uulnera: alia armis: alia pectori infixa nō defectus ne motus quidem gradu sustineat: etiam si præmeris: & infesta ui urgeris. Cedere autem turpe ē: a signatum a natura locum tuere. Quæris quis sit locus uiri sapiētis. Aliud auxilium est huic contra rium. Vos enim rem geritis: illi parta uictoria est: nēa repugnat uestro bono: & hanc spem dum ad uerum peruenistis aliter in animis libenterq̄ meliora excipite & opinione ac uoto iuuate: esse ali quem inquem fortuna non possit ex republica est: humani generis est.

Explicit liber Senecæ quomodo in sapientem nō cadit iniuria.

LVCII ANNEI SENECAE AD PAVLINVM INCIPIT LIBER DE BREVITATE VITE

Aior pars mortalium Paulline naturæ malignitate conqueritur: q̄ exiguū æui gigni mur: q̄ hæc tam velociter tam rapide dati nobis tpis spatia decurrāt. Adeo ut excep
m tis admodum paucis: cæteros i ipso uitæ apparatu uita destituat. Nec huic publico: ut opinantur malo: turba tantum & imprudentes uulgus ingemuit. Clarorum itaq̄ uiro rum hic affectus quærelas euocauit. Inde illa maxima medicorum exclamatio est. Vi tam brevem esse: longam artem. Inde Aristoteles cum rerum natura exigenti minime conueniens sapienti uiro lis est. At iam animalibus tantum indulsisse ut quina: aut dena secula educerent. Hoi in tam multa ac magna genito tam citeriorem terminum stare. Non exiguum temporis habemus sed multum perdidimus. Satis longa uita: & in maximarum rerum cōsummationem large data est. si tota bene collocaretur. Sed ubi per luxum ac negligētia defluit: ubi nulli rei bonæ impeditur: ul tima demum necessitate cogente: quam ire non intelleximus transisse sentimus. Ita est non accepi mus breuem uitam: sed fecimus. nec inopes eius sed prodigi sumus. Sicut ample & regiæ opes ubi ad malū dominū pueneruṫ: momēto dissipātur. At q̄uis modice si bono custodi traditæ sunt: usu crescūt. Ita ætas nostra bene disponēti multū patet. Quid de rerū natura q̄rimur. illa se benigne ges sit. Vita si scias uti lōga est. Aliū insatiabilis tenet auaritia. Aliū in supuacuis laborib⁹ operosa se dulitas. Alius uino madet. Alius inertia torpet. Aliū defatigat ex alieno [illegible] [illegible] bitio. Aliū mercādi pceps cupiditas circa oēs terras: oīa maria spe lucri ducit. Quosdā torq̄t cupi do malitiæ. Nōnunq̄ alienis periculis intētos: aut suis anxios. Sunt quos igratus supioꝝ cultus uolū taria seruitute cōsumat. Multos aut affectio aliēæ fortunæ: aut suæ odiū d'tinuit. Plærosq̄ nihil cer tum sequētes uaga & incōstans & sibi displicēs leuitas: p noua cōsilia iactauit. Quibusdā nihil in quo cursus; dirigāt placet: sed mercātes oscitātesq̄ facta deprehēdunt: adeo ut q̄d apud maximum poetaꝝ more oraculi dictū est: uerū esse nō dubitē. Exigua pars est uita qua uiuimus. Cæteꝝ quidē oē spatiū: nō uita sed tps est. Vrgētes circūstant uitia undiq̄: nec resurgere aut in dispectum ueri at tollere oculos sinūt: & emersos & in cupiditate ifixos p̄munt. Nunq̄ illis recurrere ad se licet: si q̄n aliqua quies fortuitu contingit: ueluti pfundo mari. in quo post uentū quoq̄ uolutario est. fluctuā tur. nec unq̄ illis a cupiditatibus suis ociū instat. De istis me putas disserere quoꝝ in confesso mala sunt. Aspice illos ad quoꝝ fœlicitatē concurritur: bonis suis effocant. Quāmultorum eloquentia quotidiano ostēdendi ingenii spacio: sanguinē educit. Quāmultis continuis uoluptatibus pallēt: Quāmultis nihil liberi reliquit circūfusus clientiū populus. Oēs deniq̄ istos ab infimis usq̄ ad sū mos perrat. Hic aduocat: hic adest. ille piclitatur. ille desendit: ille iudicat. Alius in aliū cōsumitur. Interroga de istis quoꝝ noīa ediscūtur. His illos dignosci uidebis notis ille ali⁹ cultor est. Hic illi⁹ sunt nemo est. Deinde demētissima quotūdam indignatio est. Queruntᶠ de supioꝝ fastigio: q̄ ipis adire uolētibus nō uacauerint. Audet quisq̄ de alterius supbia quæri: qui sibiipsi nunq̄ uacat. ille ta men q̄s quis est insolēti quidem uultu: sed aliquādo respexit. Ille aures suas ad tua uerba demisit. il le te ad latus suum recepit. Tu nō inspicere te unq̄ nō audire dignatus es. Nō est itaq̄ q̄ ista officia cuiquā putes: quoniā quidē cū illa faceres nō eē cū aliquo uolebas: sed tecū eē nō poteras. Omnia licet quæ unq̄ ingenia fulserunt: in hoc unū cōsentiāt: nunq̄ satis hāc humanaꝝ mentū caliginē mirabuntur. prædia sua occupari a nullo patiuntur: & si exigua contentio est: de modo finium ad lapides & arma discurrūt. In uitā suā incedere alios sinunt: imo uero ipsi etiā possessores eius futu ros inducūt. Nemo inuenīt qui pecuniā suum dimidere uelit. Vitā uniusquisq̄ q̄multis distribuit. Astricti sunt in cōtinēdo patrimonio. Simul tpis tum ad iectura uentū est: profusissimi in eo cui⁹ unus honesta auaritia est. Libet itaq̄ ex seniorū turba cōprehēdere aliquē: peruenisse te ad ultimum ætatis humanæ uidemus. Centesimus tibi uel supra præmitur annus. Age dum ad cōputationem ætatē tuā reuocas. Dic quantū ex isto tpe creditor: quantū amica: quantū res publica: quantū cliēs abstulerit: quantū lis uxoria: quantum seruoꝝ coercio quantū officiosa per urbē discursitatio. Adi ce morbos quos manu fecimus. Adiice q̄ & sine usu iacuit. Videbis & pauciores ānos habere q̄ nu meras. Repete memoriā tecū: quando certus consilii fueris: quotus quisq̄ dies ut destinaueras re cesserit: qui tibi usus fuerit quando in statu suo uultus: quando aius intrepidus: quid tibi in tam lōgo æuo facti operis sit. Quāmulti uitā tuā diripuerint te nō sentiente quid perderes. Quātum ua nus dolor: stulta letitia: auida cupiditas: blanda conuersatio abstulerit. Quā exiguū tibi de tuo re lictū sit: intelligas te imitaturum mori. Quid ergo est in causa: tanq̄ semper uicturi uiuitis. Nunq̄ uo bis frugalitas uestra succurrit. Nō obseruatis q̄tum temporis transierit: uelut expleno & abundan i perditis: cū interim fortasse ille ipse alicui homini uel rei donatus ultius dies sit. Oia tanq̄ morta les timetis. Omnia tanquam immortales concupiscitis. Audies ploresq̄ dicentes: a quinquagesi mo in ocium cedam: sexagesimus annus ab officiis me dimitteret: & quem tandem longioris ui tæ pedem accipis. Quis ista sicuti disponis ire patietur? Non pudet te reliquias uitæ reseruare: & id solum tempus bonæ menti destinare: quod in nullam rem conferri posset. Quam serum est tunc uiuere: incipere: cum desinendum est. Quæ tam stulta mortalitatis in quinquagesimum annum differre sana consilia: & deinde uelle uitam inchoare: in quo pauci perduxerunt. Potentissi

mis & in altū ſublatis hoibus excidere uoces uidebis:quibꝰ ociū optēt:laudēt:oibus bonis ſuis p ferant. Cupiūt interim ex illo faſtigio ſuo ſi tuto liceat deſcendere:nā ut nihil extra laceſſat:aut q̄ tiat in te ipſa fortuna ruit. Diuus Auguſtus cui dii plura q̄ ſuli præſtiterūt:nō deſunt quietē ſibi pre cari:uocationē a republica petere. Omnis eius ſermo ad hoc ſemper reuolutus eſt: ut ſperaret ociū Hic labores ſuos etiā ſi falſo:duci tamē oblectabat ſolatio. Aliquādo ſe uicturū ſibi:& in quadā ad ſenatum miſſa epiſtola cum requiē ſuam nō uacuā fore dignitatis:nec a priore gloria diſcrepantē: pollicitus eſſet:hec uerba inueni. Sed iſta fieri ſpecioſius quā promitti poſſunt:me tamē cupido tē potis optatiſſimi mihi prouexit:ut quā rerum lætitia moratur adhuc pciperem aliquid uoluptatis ex uerboꝝ dulcedine. Tanta uiſa eſt res ocium:ut illā quia uſu nō poterat:cogitatione præſumeret qui oia uidebat:ex ſe uno pēdentia:qbus oibus gemētibuſq; fortunā dabat illū dicit letiſſimus co gitabat:quo magnitudinē ſuā exueret. Expertus erat quantū illa bona per oēs terras fulgētia ſudo ris exprimerēt:quantū occultarum ſolicitudiniū tegerēt:cū ciuibus primū:deinde cū collegis: no uiſſime cū affinibus:coactus armis decernere:mari terræq; ſanguinē ſudit:per Macedonia:Sicilia: Aegyptū:Syriā:Aſiāq; & oēs prope oras bello circūactus:romana cæde delapſos exercitus ad ex terna bella cōuertit. Dū alpes placat ꝫ mixtoſq; medie paci & iperio hoſtes pdomat. Dū ultra arche [illegible] & Danubiū mouet in ipſa urbe:murene cœpi oīs lepidi egunatoꝝ in eus mucrones acuebant. Nondū hoꝝ effugerat inſidias:filias & tot nobiles iuuenes adulterio uelut ſa cramento adacti:iam in fractā ætatē territabāt:pluſq; & iterū timēda cum Antonio mulier hæc ulcera cū ipſis mēbris aſſiderat:alia ſubnaſcebant uelut graue multo ſanguine corpus:partes aliquæ rūpebantur. Itaq; ociū optabat in huius ſpe. & cogitatiōe labores eius reſidebant. Hoc uotū erat ei qui uoti cōpotes tacere facere poterat. M. Cicero inter catilinas:clodios iactatus:pōpeioſq; & craſ ſos:partim manifeſtos inimicos:partim dubias amicos deſluctuaē cū republica:& illā pereuntem tenet nouiſſime abductus:nec ſecūdis rebus getus:nec aduerſarum patiēs:quotiens illū ipſum cō ſulatum ſuū nō ſine cauſa:ſed ſine fine laudatū deteſtatur:q̄ flebiles uoces exprimit in quadam ad Acticum epiſtola:iā uicto patre Pompeio adhuc filio in hiſpania fracta arma reſouente. Quid agā inquit:hic quæris:moror in tuſculano meo ſemiliber. Alia deinceps addicit qbus & prioē ætatem cōplorat & de præſenti queritur:& de futura deſperat. Semiliberum ſe dixit Cicero:at me Hercules nunq̄ ſapiens in tam humile nomē procedat:nunq̄ ſemiliber erit. Integræ ſemp libertatis:& ſolide ſolutus & ſui iuris altior ceteris. Quid enim ſupra eū pōt eē:qui ſupra fortunā eſt. Liuius druſus uit acer & uehemēs cum leges nouas:& mala Gracchana mouiſſet:ſtipatus ingenti totius italiæ cœtu exitum rerum nō prouidens:quas nec agere licebat:nec tam liberū erat ichoatas relinquere: execra tus inquietā a primordiis uitaꝫ dicitur dixiſſe uni ſibi:nec puero quidem unq̄ ferias contigiſſe. Au ſus eſt enim & pupillus adhuc & prætextatus iudicibus reos cōmēdare:& gratiā ſuā interponere tā efficaciter ut q̄dā iudicia cōſtet ab illo rapta:quo nō erūperet tam imatura ambitio. Sciēs in malū igens:& priuatū:& publicā euaſurā illam tam feſtinatā audiciā. Sero itaq; querebat:nullas ſibi ſeri as contigiſſe a puero:ſeditioſus & foro grauis diſputaē:an ipſe ſibi manus abſtulerit. Subito enim uulnere per unguē accepto:cū collapſus eſt aliquo dubitante:an mors uolūtaria eſſet in illo:an tē peſtiua. Superuacuū eſt cōmemorare plures:qui cū aliis fœliciſſimi uidenē:ipſi in ſe uerum teſtimo nium dixerūt:per oſtenſionē actuū animorū ipſoꝝ:ſed his querelis nec alios mutauerūt nec ſeip ſos. Nā cum uerba erūperēt:effectus ad conſuetudinē relabunē:noſtra me herculæ uita: licet ſupra mille annos exeat:in altiſſimū cōtraheē. Iſta oia nullū nō ſeculū deuorabit. Hoc uero ſpatiū q̄u s na tura currit:iō dilatat:cito nos effugiat neceſſe eſt. Nō enim apprehēditis:nec retinetis: uelociſſime oī rei morā facitis:ſed abire ut rem ſupuacuā ac reparabilē ſinitis. In primis aūt & illos numero:qui nulli rei:niſi uiuo ac libidini uacāt. Nulli enim turpius occupati ſunt. Cæteri ēt ſi uanegloriæ ima gine teneanē:ſpecioſe tamē errāt. Licet auaros mihi:licet uel iracūdos enumeres:uel belatores:oēs iſti uirilius peccāt. In uenerē ac libidinē piectorū inhonecta labes eſt. Oia iſtoꝝ tpa excute. Aſpice quādiu cōputent:q̄diu inſidienē:q̄diu timeant:q̄diu colantur quantū uadimonia ſua atq; aliēa oc cupēt:q̄tum cōuiuia q̄ iam ipſa officia ſunt. Videbis quēadmodū illos reſpirare nō ſinant uel ma la ſua uel bona. Deniq; iter oēs cōuenit:nullā rē bene exerceri poſſe ab hoīe occupato. Nō eloquē tiā:nō liberales diſciplinas qū diſtrictus aius nihil altius recipit:ſed oia uelut inculcata reſpuit. Ni hil minus eſt hoīs occupati q̄ uiuere. nullius rei difficilior eſt ſciētia. Profeſſores aliquaꝝ artiū uul go multiq; ſunt. Quaſdā uero ex his pueri admodū ita pcepiſſe uiſi ſunt:ut ēt pcipere poſſent. Viue re i tota uita diſcendū eſt. Quod magis mirandū eſt in tota uita diſcendū eſt mori. Tot maximi ui ri relictis oībus ipedimentis:cum diuitiis:officiis uoluptatibus renūciaſſent. hoc unū in extremam uſq; ætatem ægerunt:ut uiuere ſcirēt. Plures tamē ex his nōdum ſe ſcire confeſſi e uita obierūt. Ne dum ut iſti ſciāt:magis mihi crede:& ſupra humanos errores eminētis uiri eſt:nihil ex ſuo tpe de liberare:& ideo uita eius longiſſima eſt. Quidā quantūcunq; potuit:totū ipſi uacauit. Nihil inde i cultum ociſumq; uacauit. Nihil ſub alio fuit:neq; enim quicquā repperit dignum quod cum tpe ſuo pmutaret. Cuſtos eius parciſſimus, Itaq; ſatis illi fuit. His uero neceſſe eſt defuiſſe: ex quorū ui-

ta multum plus tulit. Nec eſt difficile [illegible] hinc illos intelligere dānum ſuum:plæroſq; certe audies ex his quos magna fœlicitas grauiſq; intelligentiū greges:aut cauſaꝝ actiōes:aut cæteras honeſtas mi ſerias exclamare. interdum mihi nō uidere licet:quid ni nō liceat. Omnes illi qui te ſibi aduocant tibi adducūt. Ille reus quot dies abſtulit? quot ille candidatus:quot illa anus:efferēdis heredibus la ſa:quot illa ad irritandā auariā cōptantiū ſi multas æget. Quot ille potēs tot amicus qui nos non in amicitia:ſed in apparatu habet. Diſpunge inquam ac recēſe uitæ tuæ dies. uidebis paucos admodū & ridiculos apud te reſediſſe. Aſſecutus ille quos optauerat faſces cupit ponere. & ſubide dicit:Quando hic annus præteribit. Facit ille ludos quorū ſortē ſibi obtingere magno æſtimauit. Quando inqt iſtos effugiam. Diripitur ille toto foro patronus:& magno cōcurſu oīa ultra q̄ audi ri pōt complet. Quando inqt res proferent. Præcipitat quiſq; uitam ſua:& futuri deſiderio labo rat præſentiū tedio. At ille qui nullū nō tempus in uſus ſuos conſert:q̄ oēs dies tanq̄ uitā ordinat: nec optat craſtinū:nec timet. Quid enim eſt quid iā ullam horam nouæ uoluptatis poſſit afferre. Oia uota ad ſatietatē pcepta ſunt:de cætero foro fortuna ut uolet ordinet: uita iam in tuto ē. Huic aūt pōt detrahi nihil:addici ſic, ſicut aliqs uentre quoq; admodū ſaturo:iam nō pleno:aliquid cibi quod nec deſiderat capit. Non eſt itaq; q̄ quēquā propter canos aut rugas putes diu uixiſſe. Non ille diu uixit:ſed diu fuit. Quid enim ſi illū multū putas nauigaſſe [illegible] huc & illuc tulit: ac uiribus uentoꝝ ex diuerſo furientiū per eadē ueſtigia in orbem ægit. Non ille multū nauigauit:ſed multū iactatus eſt. Mirari ſoleo cū uideo aliquos tēpus petere:& eos qui rogā tur facillimos:illud uterq; ſpectat:ppter quod tēpus petitum eſt:ipſum tēpus quidem neutri quaſi petitur:quaſi nihil datur. Res oīum præcioſiſſima luditur. Fallit autem illos:quia res incorporabi lis eſt:qui ſub oculis nō uenit. Ideo uiliſſima æſtimaē imo pene nullū preciū eius eſt:annua cogia ria hoīes charitſſimi accipiūt:& in his aut laborē:aut operā:aut diligentiā ſuā locāt: nemo æſtimat tempus. Vtuntur illo laxius quaſi gratuito. At eoſdem ægros uide ſi mortis periculū ēt ad motuꝫ eſt propius medicoꝝ genua tangētes:metuunt capitale ſuppliciū:oīa ſua ut uiuāt paratos ipende re:tanta in illius diſcordia affectuū eſt. Quod ſi poſſent quēadmodū præteritoꝝ annorum cuiuſq; numerum proponi ſic futuroꝝ:qūo illi qui paucos uiderunt ſuperēſſe trepidarēt:qūo illi parcerēt At qui facile eſt:q̄uis exiguū diſpenſare q̄ certū eſt:Id debet ſeruari diligentius:q̄ ne ſcias qñ deſi ciat. Nec eſt tamē quod ignorare putes illos q̄ chara res ſit:dicere ſolēt eis quos ualidiſſime diligūt paratos ſe partē annorum ſuorū dare:pant nec intelligunt. dant aūt ita:ut ſine illorū incremento ſibi detrahāt:ſed hoc ipſum an detrahant neſciunt. ideo tolerabilis eſt illis:iactura detrimenti latē tis. Nemo reſtituet annos:nemo iterum te tibi reddet. Ibit qua cœpit ætas:nec curſuꝫ ſuū:aut reuo cabit aut ſupprimet:nihil aūt tumultuabiē. Nihil admouebit uelocitatis ſuæ:tacita labē:nō illa ſe regit iperio:nō fauore populi longius proferet. Sicut miſſa eſt a primo decurret:nuſq; deuerteē:nuſ quā remorabitur. Quid fiet? tu occupatus es:uita feſtinat. Mors interim aderit:cui uelis nolis uacā dum eſt. Poteſt ne quiſq; ſenſus hoiuꝫ:eorū dico qui prudentiā iactant:operoſius occupari ſibi: ut melius poſſint uiuere. Impēdio uitæ uitam inſtruūt. Cogitationes ſuas in longū ordināt. Maxima porro uitæ iactura dilatio eſt. illa primū quēq; extrahit diem. illa eripit præſentia:dū ulteriora pro mittit. Maximū uiuendi ipedimentū eſt:expectatio quæ pendet ex craſtino. pdis hodiernū:Quod in manu fortunæ poſitū eſt diſponis:quod in tua dimittis:quo ſpectas quo te extēdis? Omnia q̄ uēturа ſunt:in certo iacēt? Propitius:niue clamat ecce maximus uates: uelut diuino ore iuſtinctus: ſalutare carmen canit. Optima quæq; dies miſeri mortalibus æui. Prima fugit. qd cūctaris inqt:qd ceſſas:niſi occupas fugit:cū occupaueris tamē fugiet. Itaq; cū celeritate tēporis utēdi uelocitate cer tandū eſt:uelut extorrente rapido nec ſemp caſuro:cito hauriēdū eſt. Hoc quoq; pulcherrime ad ex probandū infinitā cognitionē:q; nō optimā quāq; ætatē:ſe diem dicit. Quid ſecurus in tāta tem plorum fuga lentus menſes tibi annos:& longam ſeriē:utcūq; auiditati tuæ uiſum eſt exporrigis: de die tecum loqtur:& de hoc ipſe fugiente. Non dubiū eſt ergo quin prima quæq; optima dies ſu giat mortalibus miſeris & occupatis:quorum pueriles adhuc animos ſenectus opprimit:ad quam iperat:inermeſq; ueniunt. Nihil enim prouiſum eſt ſubitoin illā nec opinātes incederūt. Accidere eam quotidie nō ſentiebāt:quēadmodū aut ſermo:aut lectio:aut aliqua interior cogitatio iter fa ciētis decipit:pueniſſe ante ſciūt:q̄ appropinquaſſe:ita hoc iter uitæ aſſiduū excitatiſſimū: qd dor miētes uigilātesq; eodē gradu facimus:occupatis nō apparet niſi in fine. Quod ppoſui ſi in partes uelim & argumēta diducere:multa mihi occurrēt:per quæ probē breuiſſimā eſſe occupatoꝝ uitaꝫ Solebat dicere Fabianus nō ex his cathedrariis philoſophis:ſed ex ueris & antiquis:cōtra affectus i petū nō ſubtilitate pugnandū. Nec minutis uulneribus:ſed iucurſu aduertendam aciem nō probā Cauillationes enim contendi debere nō uellicari. Tamē ut illis error exprobetur ſuus docendi nō tantum deplorandi ſunt. In tria tempora uita diuiditur:quod eſt. quod fuit:& quod futurū eſt. Ex his quod agimus breue eſt:quod acturi ſumus dubium:quod ægimus certum. Hoc eſt eniꝫ in quo fortuna ius perdidit:quod in nullius arbitrium reduci poteſt. Hoc amittunt occupati: nec enim illis uacat: præterea reſpicere: & ſi uacet iniucunda eſt præteritæ rei recordatio. Inuiti namque

ad tempora male exacta animum reuocant :nec audẽt ea rẽputare quoꝝ quita ẽt aliquo pũtis uolu
ptatis negocinio surripiebatur retractando paciscunt. Nemo nisi qui oia sua sunt :sub censura sua:
quæ nunq̃ fallitur libenter se in præteritũ torquet ille qui multa ambitiose cõcupiit:superbe contẽ
psit & impotenter uincit incidiose decepit :auare rapuit prodige effudit necesse est memoriã suã ti
meat. At qui hæc est pars temporis nostri sacra dedicata:oẽs humanos casus supergressa: extra re
gnũ fortunæ subducta:quã non inopia nõ mœtus nõ morborũ incursus exagitat. Hæc nec turbari
nec eripi põt perpetua eius & intrepida possessio est:Singuli tamen dies:& hi per momenta præsen
tes sunt. At præteriti temporis:oẽs cũ uiseritis aderunt:ad arbitrium tuũ se inspici :ac detineri patiũ
tur. Quod facere occupatis non uacat.Securæ & quiete mentis est in oẽs uitæ suæ partes discurre
re.Occupatorum animi cũ uelut sub iugo sunt flectere se ac respicere non possunt. Abiit igitur uita
eorum in profundum:& ut nihil prodest:licet quãtũlibet ingeras:si non subest quod excipiat ac ser
uet:sic nihil refert quãtũ tẽporis stetur:si nõ est ubi subsideat:per quassos foratosq̃ animos trãsmit
titur. Præsens tẽpus breuissimũ est:adeo quidem ut quibusdã nullũ uideatur:in cursu enim semp
est.Fluit & præcipitatur ante desinit esse: q̃ uenit.Nec magis moraꝫ patitur quã mundus:aut sydera
quorum in re quieta semper agitatio:unquã in eodem uestigio manet.Solũ igitur ad occupatos
pertinet tẽpus quod ea breue est:aut aripi nõ possit.& idipsum illis distrctis sub multa sub
ducitur.Deniq̃ uis scire q̃ nõ diu uiuãt:uide q̃ cupiant diu uiuere.decrepiti senes paucoꝝ annorum
accessione uotis mendicant.Minores natu seipsos esse fingunt:mẽdatio sibi blandiuntur:& tam li
benter se fallunt:q̃ si fata una decipiant.Iam ergo cũ aliqua imbecillitas mortalitatis admouit quẽ
admodũ pauẽtes moriuntur:nõ tãq̃ exeãt de uita:sed tãq̃ extrahãtur.Stultos se fuisse ut nõ uixerint
clamitãt:& si modo euaserint ex illa ualitudine:in ocio uicturos.Tũc q̃ frustra parauerint:q̃bus nõ
fruentur:q̃ in casum oĩs labor ceciderit cogitant. At qbus uita ꝓcul ab oĩ negocio agitur q̃d ni spe
ciosa sit:nihil ex illa delegatur:nihil alio atq̃ alio spargitur:nihil inde fortunæ traditur:nihil negli
gentia interit:nihil largitione detrahitur:nihil superuacuũ est:tota ut ita dicã:in redditu est. Quã
tulacũq̃ itaq̃ abunde sufficit:& inde quandocũq̃ ultimus dies uenerit nõ cũctabitur uis sapiens ire
ad mortẽ certo gradu.Quæris forte quos occupatos uocẽ.Nõ ẽ quod me solos putes dicere: quos
a basilica immẽsi deinde canes eiiciunt:quos aut in sua uides turba speciosius elidi:aut in aliena cõ
tẽptius:quos officia domibus suis euocant:ut alienis foribus illidãt astam ꝓtoris ĩfami lucro labo
rãt:lucus & q̃ neq̃ superatio exercet.Quorũdã ociũ occupatũ est in uilla:aut in lecto suo: in media
solicitudine q̃uis ab oĩbus recesserunt:sibiipsi molesti sunt .Quoꝝ nõ ociosa uita est dicẽda:sed de
fidiosa occupatio.Illũ tu ociosũ uocas:q̃ corinthia paucorũ furore præciosa:anxia subtilitate cõti
nuat:& maiorẽ diẽꝝ partẽ in eruginosis lamellis cõsumit:q̃ in te roma cœnãꝑ facinus romanis q̃
dẽ uitiis laboremus sectator puerorũ rixãtiũ sedet:q̃ uictoꝝ suoꝝ gregis mercãtiũ & coloꝝ paria d
ducit q̃ athletas nouissimos pascit.Quid illos ociosos uocas:qbus apud tõsorẽ :multæ horæ trans
mittũtur:dũ decerpitur:si qd ꝓxima nocte succreuit:dũ de singulis capillis in cõsiliũ itur:dũ aut di
secta coma restituitur:aut deficiens.hinc atq̃ illinc in frõtẽ cõpellitur:quomodo nascũtur si tõsor
paulo negligentior fuit tãq̃ uiꝝ tõderet. Quomodo excãdescũt :siqd ex iuba sua decisum est:siqd
extra ordinẽ iacui:nisi oia sua in annulos suos reciderũt.Quis est istoꝝ q nõ malit rẽpublicam suã
turbari quã comã .Qui non solicitior sit de capitis sui decore q̃ de salute .Qui nõ cõptior esse ma
lit quã honestior. Hos tu occisos uocas iter pectinem speculumq̃ occupatos.Quid illi qui in com
ponendis:audiendis:discendis canticis operatis sunt:dum uocem eius rectum cursum natura &op
timum & simplicissimum fecit in flexu modulationis:ineptissime torquent. Quorum digiti ali
quod inter se carmen mentientes semper sonant:quorum cum ad res serias etiam sæpe tristes adhi
biti semper exauditur tacita modulatio.Non habent isti ocium:sed iners negocium .Conuiua me
hercule horum non posuerim inter uacantia tempora:cum uideam quam soliciti argentum ordi
nent:quã diligenter exoletorum suorum tunicas succingant:quam suspensi sunt .quomodo aper
a coco cæsus exat.Quanta celeritate signo dato:gladii administeria decurrant.Quanta arte scindã
tur aues in frustra non enormia:quam curiose infœlices pueruli ebriorum sputa detergant. Ex his
laudantiæ lautitiæq̃ fama captatur :& usq̃ eo in omnes uitæ successus mala sua illos sequuntur.
Vt nec bibant sine ambitione:nec edant.Nec illos quidem inter ambitiosos numeraueris :qui sel
la se & lectica huc & illuc ferunt:& ad gestationũ suarum quasi deserere illas non liceat : horas oc
currunt:quos quando lauari debeant:quando noctare quando cœnare:alius admouet:& usq̃ eo ni
mio delicati animi languore soluuntur:ut per se scire non possint an esuriant. Audio quendam
ex delicatis:si modo delitiæ uocandæ sunt :uitam & consuetudinem humanam dediscere.Cum ex
balneo inter manus elatus & in sella positus esset dixisset interrogando iam sedeo .Hunc tu igno
rantem an sedeat putas scire an uiuat:an uideat:an ocios sit:non facile dixerim: utrum magis mi
serear si hoc ignorauit:an se ignorare finxit.Multarũ quidem rerum oblitionem sentiuut:sed mul
taꝫ imitãtur quædam uitia illos quasi fœlicitatis argumenta delectãt.Nimis humilis &cõtẽpti ho
minis esse uidetur scire quid faciat.In huuc & minimos multa mentiri :ad exprobandam luxu-

riam puta.Plura meherc[illegible]ile præ[illegible]eun[illegible] finguntꝫ& tanta incredibilium uitiorum copia ingenio
so in hunc unum seculi proce[illegible]..ut tam mimorum arguere possimus negligentiam:esse aliquem
qui usq̃ eo delitiis intenerit:ut an sedeãt alteri credat.Non est ergo ociosus hic:aliud nomẽ impo
nas.Aeger est:immo mortuus est.ille ociosus est cui ocii sui consensus est.Hic uero semiuiuus cui
ad intelligẽdos corporis sui habitus rudice opus est.Quomodo potest hic alicuius temporis domi
nus esse?persequi singulos longum est:quorum aut latercula:aut pila:aut excoquendi in sole cor
poris cura consumpsere uitam.Non sunt ociosi quorum uoluptates multum negocium habent.
Nam de illis nemo dubitabit:quin operose nihil agant:qui in litterarum inutilium studus detinen
tur:quæ iam apud romanos quoq̃ magna manus est.Græcorum iste morbus fuit:quærere quẽ nu
merum remigum Vlixes habuisset?prior scripta esset Ilias:an odyssea?Præterea an eiusdẽ esset au
toris?Alia deinceps huius notæ:quæ siue contineas:nihil tacitam conscientiam iuuat:siue profe
ras non doctior uideberis sed molestior.Ecce romanos quoq̃ inuasit inane studium supernacua di
scendi.His diebus audiui quendam sapientem referẽtem:q̃ primus nauali prælio Tullius uicit:p̃i
mus Curius Dentatus in triumpho duxit elephantes:etiam si nunc ista ad ueram gloriam non ten
dunt:circa ciuilium tamen operũ exempla uersantur non est profutura talis scientia:est tamen quæ
nos speciosa rerum uanitate detineat.hoc quoq̃ quærentibus [illegible] primus
persuasit nauem conscendere?Claudius is fuit:Candes ob hoc ipsum appellatus:quia plurium ta
bulaꝝ contextus candes apud antiquos uocatur.unde tabule codices dicuntur:& naues nũc quoq̃
quæ ex antiqua consuetudine commeatus subeunt:candicare uocãtur.Sane & hoc ad rem pertine
at q̃ Valerius Cotuinus primus Messanam uicit:& primus ex familia Valerianorum urbis captæ in
se translato nomine Messana appellatus est:paulatumq̃ uulgo permutãte literas:Messala dictus est.
nunc & hoc quicq̃ curare permittas q̃ primus.L.Sylla in circo leones dedit:cũ alioquin alligati tũc
detinerentur ad conficiendos ex missis a rege Otto iaculatores:& hoc sane remittatur.Num & põ
peium primum in circo elephantorum duo de uiginti pugnam ædidisse:commissis in ore prælii
noxiis hominibus ad ullam rem bonam pertinet:princeps ciuitatis & inter antiquos principes ut fa
ma tradidit bonitatis eximiæ memorabile putauit spectaculi genus:nouo more perdere homines
depugnant parum est lacinantur:parum est ingenti mole animalium exterrantur.satius erat ista in
oblitionem ire:ne quis postea potens disceret inuideretq̃ rei minime humanæ.O q̃tum caliginis
mentibus humanis obicit magna felicitas:ille se supra rerum naturam esse tunc credidit cũ tot mi
serorum hominum cateruas:sub alio cœlo natis beluis obiceret:cũ bellum inter tam disparia ani
malia committeret:cum in conspectu populi romani multum sanguinis funderet:mox plus ipsum
fundere coacturus.At idem postea alexandriam perfidia deceptus ultimo mancipio transfodiẽdũ
se præbuit:tum demum intellecta inani iactatione cognouimus sui.Sed ut illo reuertar unde decess
si & in alia materia ostendam superuacuam quorundam diligẽtiam:idem enarrabat Metelium ua
tis in Scilia pœnis triumphantem unum omnium romanorum ante currum centum & uiginti ca
priuos elephãtes duxisse.Syllam ultimum romanorum protulisse pomœrium:quod nunq̃ prouin
ciali sed italico agro acquisito mos proferre apud antiquos fuit.hoc scire magis prodest q̃ aduenti
num mõtem extra pompeium esse ut ille affirmabat propter alteram ex duabus causis:aut q̃ plebs
eo secessisset:aut q̃ remo auspicãte illo loco aues nõ addixissent.alia deinceps innumerabilia:quæ
aut ficta sunt mẽdaciis:aut similia.Nam ut concedas omnia eos fide bona dicere ut ad prestationẽ
scribant:tamen cuius ista errores minuent:cuius cupiditates præmant:quem fortiorem:quem iu
stiorem:quem liberaliorem facient.Dubitare se interim Fabianus noster aiebat:an satius esset nul
lis studiis admoueri:q̃ his implicari.Soli omniũ ociosi sunt qui sapientiæ uacãt:soli uiuũt:nec eni
suam tantũ ætatẽ bene tuentur omne euum addiciunt:quicquid annorum ante illos actum est:illis
acquisitum est:nisi ingratissimi sumus.Illi clarissimi sacrarum opinionum conditores:nobis nati
sunt:nobis uitam præparauerũt:ad res pulcherrimas ex tenebris ad lucem eruptas.alieno labore de
ducimur:nullo nobis seculo interdictum est:in omnia admittimur.& si magnitudine animi egre
di humanæ imbecillitatis angustias libet:multum per quod spatiemur tẽporis est.Disputare cũ So
crate licet:dubitare cũ Carneade:cum epicuro quiescere:hominis naturam cum Stoicis uincere:cũ
Cinicis excedere:cũ rerum natura in consortiũ omnis æui patiatur incedere:quid ni ab hoc exiguo
& caduco temporis transitu:in illa nos toto demus animo:quæ immensa:quæ æterna sunt:quæ cũ
melioribus communia.Isti qui per officia discurrant:qui se aliosq̃ inquietant:cũ bene insanierint:
cum omnium limina quotidie perambulauerint:nec ullas apertas fores præterierint:cũ per diuer
sas domos meritoriam salutationem circumtulerint:quorum quemq̃ ex tam immensa & uariis cu
piditatibus districta urbe poterunt uidere:q̃ multi erunt quorum illos:aut somnus:aut luxuria:aut
inhumanitas submoueat:q̃ multi qui illos cum diu torserint:simulata festinatione transcurrant:q̃
multi per refertum clientibus atrium prodire uitabunt:& per obscuros ædium aditus profugient:
quasi nõ inhumanius sit decipere quam excludere.quam multi ex hesterna crapula semisomnes &
graues illis miseriis somnum suum rumpentes:ut alienũ expectent uix alleuatis labiis in susurratũ
millies nomẽ excitatiõe superbissima reddẽt:nos in ueris officiis morari putamus:licet dicamus:q̃

Zenonem:qui Pithagoram quotidie & Democritum cæteros q̃ antistites bonarũ artium:qui Aristotelem & Teophrastrum uolent habere q̃ familiarissimos:memo horũ horã uacauit:nemo nõ uenientem ad se beatiorem:amantiorem q̃ sui dimittet:nemo q̃q̃ uacuis a se manibus adire patiatur: nocte conueniri & interdum ab omnibus mortalibus postulant horũ te mori nemo coget:oẽs docebunt:horum nemo annos tuos cõterit:suos tibi cõtribuit:nullius ex his sermo periculosus erit:nullius amici capitalis sumptuosa obseruatio. Trahes ex illis quicquid uoles:per illos nõ stabit quo minus plurimũ quantum cœperis haurias:quæ illũ fœlicitas:q̃ pulchra senectus manet:qui se in horũ clientelam contulit:habebit cũ quibus de minimis maximisq; rebus deliberet:quos de se quotidie consulat:a quibus audiat uerũ sine contumelia:laudetur sine adulatione. Ad quorũ se similitudinẽ effingat. Solemus dicere non fuisse in nostra potestate quos sortiremur parentes forte nobis datos nobis uero ad nostrũ arbitrium nasci licet:nobilissimorũ ingeniorum familiæ sunt. Elige inq̃ asciscendi:non in nomen tantũ adoptaueris:sed in ipsa bona quæ nõ sunt fordide nec maligne custodienda:maiora fiunt quo illa a pluribus diuiseris. hi tibi dabũt ad æternitatẽ iter:& te in illum locũ ex quo nemo eiicietur subleuabunt. hæc una ratio est extendendæ mortalitatis:immo immortalitatem uertendi honores & monumenta. Quicquid aut decretis ambitio iussit:aut operibus extraxit [illegible] nihil nisi longæ admonitat netustas:& mouet ocius:quod consecrauit sapientia nocere non potest:nulla delebit ætas:& nulla diminuet sequens:ac deinde semper ulterior aliquid ad uenerationem confert. Quoniam quidem in uicinio uersatur inuidia simplicius longe posita miramur. sapientis ergo multum patet uia:non idem illum qui cæteros terminos includit solis generis humani legibus soluitur. omnia illi secula ut deo seruiunt:transiuit tempus aliquod hac recordatione comprehendit:instat:hoc utitur:uenturum est hos percipit:longam illi uitam facit:omniũ temporum in unum collocatio:illorum breuissima ac solicitissima ætas est:qui præteritorũ obliuiscuntur:præsentia negligunt:de futuro timent. Cum ad extrema uenerint:sero intelligunt miseri:tãdiu se dum nihil agunt occupatos fuisse. Nec est q̃ hoc argumento probari putes lõgam illos agere uitam:quia interdum mortem inuocant:uexat illos imprudentia incertis affectibus & incurrentibus in ipsa quæ metuunt:mortem sæpe ideo optant:quia timent. Illud quoq; argumentum nõ est q̃ putes diu uicturum q̃ sæpe illis longus uidetur dies q̃ dum ueniant ad conditum tempus cœnæ tardeue horas queruntur:nam si quando illos deserunt occupationes in ocio relicti æstuant:nec quomodo disponant ut extrahant sciunt:itaq; ad occupationẽ aliquam tendunt. & quod interiacet omne tempus graue est:tam in herculeos q̃ quando dies muneris gladiatori indictus est. Aut cum alicuius alterius uel spectaculi uel uoluptatis expectatur constitutum:transire medios dies uolũt. Omnis illis speratæ rei longa dilatio est ad illud tempus quod amãti breue est & præceps breui usq; in ultimo suo uitio:aliunde enim alio transfugiunt & consistere in una cupiditate non possunt:non sunt illi longi dies sed inuisi. At contra q̃ exignæ noctes uidentur quas in complexu scortorum aut uitio exigunt. Inde & iam poetarum furor fabulis humanos errores alentium:quibus uisus est Iupiter uoluptate concubitus clementer duplicasse noctem. Quid aliud est uitia intendere:q̃ auctores illis inscribere deos:& dare morbo:exemplo dignitatis excusatam licentiam. possunt istis non breuissime uideri noctes:quas tam care mercantur diem noctis expectatione perdũt:noctem lucis mœtu. Ipse uoluptates eorum trepidæ & nariis terroribus inquiete sunt:subitq; cum maxima exultatione solicita cogitatio. Hæc q̃diu ab hoc effectu reges suam fleuere potentiam:nec illos magnitudo fortunæ suæ delectauit:sed uenturus aliquando finis exterruit:cum per magna cãporum spatia porrigeret exercitum:nec numerũ eius:nec mensuram comprehenderet. Persarum rex insolentissimus lachrymas fudit:q̃ intra centum annos nemo ex tanta iuuentute superfuturus esset. at illis erat admoturus fatum:ille qui flebat:perditurusq; alios in terra:alios in mari:alios in prælio:alios fuga:& intra exiguum tempus consumpturus illos:centesimum annũ timebat. Quid q̃ gaudia eorũ quoq; trepida sunt. non enim solidis causis innituntur:sed eadem quæ oriuntur uanitati turbantur. Quæ lia autem putes tempora esse etiam ipsorum confessione misera:cum hæ quoq; quibus se attollũt & super hominem efferunt parum sincera sunt. maxima quæq; bona solicita sunt:nec ulli fortunæ minus bene q̃ optime creditur:alia fœlicitate ad tuendã fœlicitatem opus est:& pro ipsis quæ successerunt uotis:uota facienda sunt. Omne enim quod fortuito euenit:instabile est:quod altius surrexit oportunum est in occasum. Neminem porro casura delectant:miserrimã ergo necesse est non tantum breuissimam uitam eorũ esse:qui magno parant labore quod maiore possideãt. operose assequuntur quæ uolunt:anxii tenent quæ assecuti sunt. Nulla interim nunq̃ amplius reddituri tẽporis est ratio. Nouæ occupationes ueteribus subtituuntur spes spem excitat. Ambitionẽ ambitio nisi rarũ non finis queritur:sed materia mutatur. nostri nos honores torserũt. plus tẽporis alieni effecerunt. candidati labore destituimus. suffragationes incipimus. accusandi deposuimus molestiã. iudicandi nascimur. iudex desiit esse quæstor est. aliorũ bonorum mercenaria procuratione cõsenuit. suis operibus detinẽtur. Mariũ caligo dimisit:cõsulatũ exercet. Quintus dictaturã properat præuadere ab aratro reuocabitur. ibit in pœnos nõ tãtæ maturus rei Scipio:uictor Hãnibalis:uictor Anthiochi:sui cõsulatus decus:fraterni spõsor:ne per ipsum mora sit cũ Ioue reponeretur:ciuiles seruato-

rem agitabunt seditiones:& pro fastidiosos iuuene æquos honores iam senem contumacis exilii de ectabit ambitio. nunq̃ deerit uel fœtures uel miserę solicitudinis causæ per occupationes intercludetur ocium nunq̃ agetur:semper orietur. Excerpe itaq; de uulgo Pauline clarissime:& in trãquilliorem portum non pro ætatis spatio iactatus tãdem recede:cogita quot fluctus subieris:quot tempestates partim priuatas sustinuens:partim publicas in te cõuerteris. satis iam per laboriosa & inquieta documenta exhibita uirtus est. experire qd in ocio faciat maior pars ætatis:melior reipub. data sit. Aliquid temporis tui sume etiam tibi:nec ad segnem aut inertem quietẽ uoco. non ut somno & charis turbæ uoluptatibus quicquid est in te indolis uiuæ demergas:non est istud acquiescere. inuenies maiora omnibus adhuc tractatis operibus:quæ repositus & securus agites. tu quidẽ orbis terrarum rationes administrans tam abstinenter q̃ alienas:tam diligenter q̃ tuas:tam religiose q̃ publicas in officio amorem consequeris:in quo odium uitare difficile est. Sed tamen mihi crede:satius est uitæ suæ rationem:q̃ frumenti publici nosse. Istum autem animi uigorem:rerum maximarum capacissimum a ministerio honorifico quidem sed parum ad beatam uitam apto:ad te reuoca. & cogita non id egisse te ab ætate prima omni cultu studiorũ liberalium:ut tibi multa milia frumenti committerentur. maius quiddã & altius de te promiserunt non deerunt & frugalitatis exactæ homines & laboriosæ operæ:Tanto aptiora exportãdis oneribus tarda iumenta sunt q̃ nobiles equi quorum generosam pernicitatem quis nunq̃ graui farcina pressit. Cogita præterea quantum solicitudinis sit:ad tantam te molem obiicere:cum uentre humano tibi negocium est:nec rationem patitur:nec æquitate mitigatur:nec ulla prece flectetur populus esuriens modo intra paucos illos dies:quibus. C. Cæsar perit siquis inferis sensus est:hoc gratissime ferẽs:quod dicebat populo romano superstiti:septem aut octo certe dierum cibaria superesse dum ille potens nauibus iungit:& uiribus imperia ludit. Aderat ultimum malorum obsessis quoq; alimentorum ægestas. exitium pœnæ ac fames consistit:& quæ famem sequitur rerum omnium ruina:furiosi & externi & insœliciter superbi regis mutatio. Quem tunc animum habuerunt illi quibus erat mandata frumenti publici cura:ferrum:saxa:ignes:gladium:excepturi summa dissimulatione tantum inter uiscera latentis mali tegebant cum ratione. Quædam enim ignorantibus ægris curanda sunt. Causa multis moriendi fuit:morbum sunm nosse. Recipe te ad hæc tranquilliora:tutiora:maiora. Simile tu putas esse utrũ cures ut incorruptum & a fraude ad uendentium & negligentia frumentum trãsfundatur in horrea: ne concepto humore uitietur & concalescat:ut ad mensuram pondusq; responpeat:an ad hæc sacra & sublimia accedas? Scituras quæ materia sit diis:quæ uoluptas:quæ conditio:quæ fortuna:quis animum tuũ casus expectet:ubi nos a corporibus dimissos natura componat. Quid sit quod huius mundi grauissima quæq; in medio sustineat:supra leuia suspendat:in summum ignem ferat:syderа cursibus suis excitet. Cætera deinceps ingentibus plena miraculis. uis tu relicto solo:mẽte ad ista respicere:nunc dum calet sanguis ingentibus ad meliora eundum est. expectat te in hoc genere uitæ multum bonarum artium:amor uirtutum atq; usus:cupiditatum obliuio:uiuendi atq; moriendi scientia. alia rerum quies:omnium quiddam occupatorum conditio misera est. eorum tamẽ miserrima qui ne suis quidem occupationibus laborant:ad alienum dormiunt somnum:ad alienum ambulant gradum:ad alienum comedunt appetitum:& ad alienum gradiũtur uiaticum:& multotiens tantali more inter opes & copias positi:quas suas solum uident defectum intolerabilem omnium sibi magis delectabilium patiuntur. amare & odisse res omnium liberrimas iubentur. Hi si uelint scire q̃ breuis eorum uita sit:cogitant ex quota parte sua sit:cum uideris itaq; prætextam arti sæpe sumptam:cum celebre in foro nomen non inuideris:ista uitæ damno parantur:ut unus ab illis numeretur ante omnes amicos suos conterẽt. Quosdam autem cum in summum ambitionis enterentur inter prima luctantes ætas relinquit. Quosdam cum in cõsumationem dignitatis per mille indignationes erupissent:misera subit cogitatio ipsos laborasse in titulum sepulchri. Quorundam ultima senectus dum in nouas spes ut iuuenta disponitur:inter conatus magnos & improbos inualida defecit. Fœdus ille quem in iudicio pro ignotissimis litigatoribus grandem natu & imperitæ coronæ assensiones captantem spiritus liquit. Turpis ille qui uiuendo lapsus citius q̃ laborando inter ipsa officia collapsus est. Turpis quem in accipiendis in morientem rationibns diu tractus risit hæres. Præterire quod nihil occurrit exemplum non possum. Tyránus fuit exacte diligentiæ senex:qui post annum nonagesimum cum uacationem procuratiõis a. C. Cæsare ultro accepisset componi se in lecto & uelut exanimen a circunstante familia plangi iussit. Lugebat domus ociũ domini senis:nec finiuit ante tristitiã q̃ labor illi suus restitutus est:adeo ne iuuat occupatum mori: Idẽ pleriscq; animus est:diutius cupiditas illis laboris:q̃ facultas. cũ imbecillitate corporis pugnat senectutem ipsam nullo alio numero grauem iudicant:q̃ q̃ illos seponit. Lex a quinquagesimo anno militẽ nõ tegit. A sexagesimo senatorẽ nõ citat. difficilius hoies a se ociũ impetrẽt q̃ a lege. Interim dũ rapiũtur & rapiũt dũ alter alterius quietẽ rũpit:dũ mutuo sũt miseri:uita est sine fructu:sine uoluptate:sine ullo ꝓfectu animi. nemo in cõspicuo mortẽ habet nemo nõ ꝓcul spes itẽdit. Quidã uero disponũt etiã illa q̃ ultra uitã sunt:moles magnas sepulchrorũ & operæ publicorũ dedicatiões & ad rogũ munera & ãbitiosas exeqas. At mehercule istoꝝ funera tanq̃ nimiũ uixerit ad faces & ce

reos ducenda sunt. Nostra corpora firma sunt: si rerugas ac cōditionē naturæ omnia destruētis: & unde edidit eodem reuocātis: caduca sunt. Quid enim in mortale planus mortales fecerint? septē illa miracula: & si qua his multo mirabiliora: frequentiunt annorum extruxit ambitio: aliquādo so lo æquata uisentur. Ita est nihil perpetuū pauca diuturna sunt. Aliud alio modo fragile est: rerū exi tus uariantur. Cæterū quicquid cœpit & desinit: modo quidā minantur interitum: & hoc quod uni uersum & omnia diuina humanaq; complectitur: si fas putas credere: dies aliquis dissipabit & i con fusionem ueterum tenebrasq; demerget. Eat modo aliquis & singulas comploret animas: Carthaginis ac Nummantiæ Corinthiq; cinerem. & siquid aliud altius cecidit lamentetur: cum etiam hoc quod non habet quo cadat etiam sit interiturū. Eat aliquis & fata tantum aliquando nefas ausura sibi non pepercisse conqueratur. Quis tam superbe impotentisq; arrogantiæ est: ut in hac naturæ ne cessitate omnia ad eundem finē reuocantis se unum ac suos seponi uelit? ruinæq; ipsi mundo im minenti aliquā domum subtrahat. Maximū ergo solatium est cogitare id sibi accidisse: quod ante se passi sunt: omnesq; passuri. & ideo mihi uidetur rerū natura quod grauissimū fecit ac cōmune fe cisse: ut crudelitatem facti consolaretur æqualitas. Illud te quoq; non minimū adiuuerit: si cogitaue ris nihil profuturū dolorem tuum illi quē desideras nec tibi, uoles enim longum esse quod itu rum est. Nam si quicq; tristitia prosecturi sumus non recuso quicquid lachrymarū fortunæ meæ su perfluit tuæ fundere. Inueniam etiam nūc per hos exhaustos iam fletibus domesticis oculos quod effluat: si modo ideo tibi futurum bono est. Quid cessas? conqueramur: atq; adeo ipse hāc litem me am faciam. Iniquissima omnium iudicio fortuna. adhuc uidebaris eum h ominem continuisse: qui munere tuo tantam uenerationem receperat: ut quod raro ulli contingit fœlicitas eius effugeret in inuidiam. Ecce eum dolore illi nomine Polybio cui eius est frater quem saluo Cæsare accipere ma ximum poterat impressisti. & cū bene illum undiq; circuisses: intellexisti hanc partem tantūmodo patere ictibus tuis. Quid enim illi aliud faceres: pecuniā eriperes nunq; illi obnoxius fuit. nunc quo q; q̄tum potest illum a se obiecit: & in tanta fœlicitate acquirendi: nullū maiorem ex ea fructū q̄ cō temptus eius petit. Eriperes illi amicos: sciebas tam habilem esse se: ut facile in locū amissorum pos set alios sustinere. Vnum enim ex his hunc quos in principali domo potentes uidi: cognouisse ui deor: quē omnibus amicum habere cum expediat magis tamen etiam libet. Eriperes illi bonā opi nionem: solidior est hæc apud eum q̄ ut a te quoq; ipsa concuti posset. Eriperes bonā ualitudinem sciebas animū eius liberalibus disciplinis: quibus nō nutritus tantum: sed innatus est: sic esse funda tum: ut supra omnes corporis dolores emineret. Eriperes spiritū q̄tulum nocuisses: longissimū illi ingenua æuum fama promisit. Id ægit ipse ut meliore sui parte duraret: & cōpositis eloquētiæ præ claris operibus: a mortalitate se uindicaret: q̄diu fuerit ullus litteris honor: q̄diu steterit: aut latinæ linguæ potentia: aut græcæ gratia uigebat cū maximis uiris: quorum se ingeniis uel contulit: uel si hæc uerecundia eius recusat applicuit. Hoc ergo unū excogitasti: quomodo illi maxime posses no cere. Quo melior enim est quisquis: hoc sæpius ferre te cōsueuit: sine ullo dilectu furentē: & inter ip sa beneficia metuendam. Quantulum etat tibi immunē ab hac iniuria præstare eū hominē: in quē uidebatur indulgētia tua ratione certa peruenisse: & non ex tuo more temere icidisse. Addiciamus si uis ad has querelas ipsius adolescentis intercœptam inter prima incrementa indolem: dignus fu it ille te fratre. tu certe eras dignissimus: qui nec ex indigno quidem quicq̄ dolores fratre. Redditur illi testimoniū æquale omnium hominū. Desideratur in tuum honorem. Laudatur in suū. nihil in illo fuit quod non libenter cognosceres. Tu quidem etiā minus bono fratri fuisses bonus: sed in il lo pietas tua idoneam nacta materiam: multo te liberius exercuit. Memo potentiā eius iniuria sen sit: nunq̄ ille te fratrem ulli minatus est. Ad exemplū se modestiæ tuæ formauerat: cogitabatq; q̄tū tu & ornamentū tuorū esses & onus suffecit ille huic sarcinæ. O dura fata & nullis æqua uirtutibus anteq̄ fœlicitatē tuā nosceret frater tuus: exēptus est. Parū autem ne indignari scio: nihil ē enim dif ficilius: q̄ magno dolori: paria uerba reperire. Iā nūc tamē siqd̄ pficere possumus: fateamur & cōque ramur. Quid tibi uoluisti tam iniusta & tam uiolenta fortuna: tam cito indulgentiæ tuæ pœnitu it: quæ ista crudelitas est: in medios fratres impetū facere: & tam cruenta rapina concordissimā tur bam imminere: tam bene stipatam optimorum adolescentium domū in nullo fratre degenerantē turbare: & sine ulla causa deliberare uoluisti. Nihil ergo prodest innocentiā adesse: lege exacta nihil antiqua frugalitas: nihil fœlicitatis summæ potentia: summa conseruata abstinentia. nihil sincerus & tutus litterarū amor: nihil ab omni labe mens uacans. Luget Polybius & in uno fratre quicqd de relinquis possit metuere. Admonitus etiam de ipsis doloris sui solatiis timet. Facinus indignum lu get Polybius: & aliquid propitio dolet Cæsare: hoc sine dubio impotens fortuna captasti: ut osten deres neminem contra te: nec a Cæsare quidem posse defendi. Diutius accusare fata possumus. stāt dura & inexorabilia: nemo illi conuitio: nemo fletu: nemo causa mouet. nihil unq̄ parcunt ulli: nec remittunt. Proinde parcamus lachrymis: nihil proficientibus. Facilius nos enim illis doloribus ad diciet q̄ illas nobis reducet. Qui si nos torquet non adiuuat. primo quoq; tempore deponēdus est: & ab inanibus solatiis: at q; amara quadam libidine dolendi animus recipiendus est. Nā lachrymis nostris: ni ratio finem fecerit: fortuna non faciet. Omnes agedum mortales circūspice. Larga ubiq;

flēdi & assidua materia. Alium quotidianum opus laboriosa ægestas uocat. Aliū ambitio nunq̄ qeta solicitat. Alius diuitias quas optauerat metuit: & uoto laborat suo. Aliū solicitudo: aliū labor torquet. Aliū sup uestibulū obsidēs turba. Hic habere se dolet liberos. Hic pdidisse. Lachrymæ no bis deerūt anteq̄ causæ dolēdi. Nō uides, qualē uitā nobis rerū natura promiserit: quæ primū nascē tiū hominū fletū esse uoluit. hoc pricipio edimur. huic ois sequētiū annorū ordo cōsentit: sic uitā agimus. ideoq; moderate id fieri debet a nobis: quod sæpe respiciēdū est & respiciētes quātū a tergo req; tristiū imineat se nō finire lachrymas. at certe reseruare debemus. Nulli parcēdū est rei magis q̄ huic: cuius tu frequēs usus est. Illud quoq; te minimū adiuuerit: si cogitaueris nulli uinc gratū esse doloré tuū: q̄ ei cui pstari uidetur. Torqueri ille te aut nō uult aut nō intelligit. Nulla itaq; eius officii rō est: q; ei cui præstatur: si nihil sētit supuacuū est si sētit ingratū est, neminē toto orbe terra rū esse: q delectetur lachrymis tuis: audacter dixeriz. Quid ergo quē nemo aduersus te animū gerit eū esse tu credis fratris tui: ut cruciatu tui noceat tibi: ut te uelit abducere ab occupatōib⁹ tuis: idest a studio: & a Cæsare. Nō est hoc simile ueri. Ille enī indulgētiā tibi tāq̄ fratri ostendit: & pstitit uenerationē tāq̄ parēti: cultū tāq̄ superiori. Ille desiderio tibi eē uult: torméto esse nō uult. Quid itaq; iu uat doloris ui tabescere: quē siquis defūcti sēsus est finiri frater tuus cupit: de alio fratre cuius icerta posset uolūtas uideri: omnia hec nō dubie ponerē & dicerē: nūc te [illegible] lachrymis. Nūq̄ desinē tibus frater tuus cupit indignus hoc aspectu tuo est: siue nō uult uteroq; uestrū inertē doloré dimitti te. Nec impius frater si desiderari debet ne pius si uelit. In hoc uero cuius tā explorata pietas est pro certo habēdus est. Nihil esse illi posse acerbius: q̄ si tibi hic casus eius acerbus est: si te ullo mō torq̄t si oculos tuos idignissimos hoc malo sine ullo flēdi fine cōturbat idē & exhaurit. Pietatē tuā tamē nihil æque a lachrymis iā iutilibus abducet: q̄ si cogitaueris fratribus te tuis exēplo eē debere: fortiter hāc fortunæ iniuriā sustinēdi. Quod duces magni faciunt rebus afflictis: ut alacritatē de idustria simulēt: & ad uersas res adumbrata lætitia abscōdāt: ne militū animi si factā ducis sui mētē uiderit & ipsi collabātur. Id nūc quoq; faciēdū est: idue dissimlē aio tuo uultū: & si potes, piice omnē ex to to doloré: si minus itrorsus abde & cōtine ne appareat: & da operā ut fratres tui te imittētur. qui ho nestū putabūt quodcūq; facientē uiderit: animūq; ex uulto tuo sumēt & solatiū debes esse & cōsolator illorū. Nō poteris aūt hoc mœrori obstare nisi tuo indulseris. Pōt & illa res aluctu te, phibere nimio si tibi ipse renūciaueris: nihil hoc quæ facis posse subduci. Magnā tibi personā hominū con sēsus ipos fuit. hæc tibi tuēda ē, circōstet te ois ista cōsolātiū frequētia: & in animū tuū iqrit ac, plpicit quātū roboris ille aduersus doloré habeat: & utrū ne tu qui tantū i rebus secūdis idulgere scias: an & aduersas possis uiriliter facere obseruātur oculi tui. Liberiora oia sūt his quoq; effectū tegi possūt Tibi nullū secretū libeq; est: i multa luce fortuna te posuit oēs scient quomō te in isto tuo gesseris uulnere: utrū ne statim pcussus arma submisseris: an i statu & i gradu steteris. Oliz te inaltioré ordinē: & amor Cæsaris extulit: & tua studia deduxerūt: nihil te plebeū decet: nihil humile. Quid autē tā humile ac muliebre est q̄ cōsumēdū se dolori cōmittere: nō idē tibi i luctu pari quod tuis fratrib⁹ licet. Multa tibi nō pmittit opinio de studiis ac moribus recepta. Multū a te homies exigūt: multū expectāt. Si uolebas tibi oia licere ne cōuertisses in te ora oīum: nūc aūt tibi pstādum est quantū p misisti. Oibus illis qui opera ingenii tui laudāt: qui describāt: quib⁹ cū fortuna tua opus nō sit inge nio opus est. Custodes animi tui sunt. Nihil unquam ita potes indignū facere, puecti & eruditi uiri pfessione: ut nō multos admirationis de te suæ nō pœniteat. Nō licet tibi flere imodice: nec hoc tā tūmō nō licet: nec sōnū quidē extēdere i partē diei licet: aut a tumultu rerū i otiū ruris gratia q̄tis cōfugere: aut assidua laborioſi officii statōe: fatigatū corpus uolūtaria pegrinatiōe recreare: aut ſspe staculoq; uarietate aium detinere: aut ex tuo arbitrio diē disponere. Multa enim nō licēt q̄ hūilimis i angulo iacētibus licēt. Magna seruitus est ex magna fortuna: nō ſz ibi q̄cq̄ arbitrio tuo facere: audi enda sūt tot hoiuz milia tot disponēdi libelli: tātus req; ex orbe toto occurētiū cōgestus ut possit p ordinē suū pricipis maximi officiū geri ibiq; aī ē. Nō ſz tibi unq̄ flere: ut multos flētes audire possis ut piclitātiū: & ad misericordiā mittissimi Cæsaris peruenire cupiētiū. Lachrymæ tibi tuæ affīcāde sūt. Hoc tamē etiā nunc leuioribus remediis adiuuabit. Cū uoles omnium req; obliuisci: cogita Cesarē: uide quātā huius uitæ in dulgētiæ fidē: quātā industriā debeas. intelliges nō magis tibi incurnari licere q̄ illi. Si quis mō est fabulis traditus cuius hūeris mundus inititur. Cæsari quoq; ipi cui omnia licēt: pter hoc ipsum multa non licent. Omnium domos illius uigilia defendit omnium ocium illius labor: omnium delicias: illius industria: omnium uocationeſz illius occupatio. Exquo se Cæsar orbi terrarum dedicauit: sibi eripuit & syderum modo: quæ in re quita semper cursus suos explicant nunquam illi licet nec subsistere: nec quicq̄ suum facere. Ad quendam itaq; modum tibi quoq; eadē necessitas iniungitur: non licet tibi ad utilitates tuas ad studia tua respicere. Cæsare orbem terrarum posidente impartiri te nec uoluptati: nec dolori nec ulli alii rei potes. totū te Cæsari debeas. Addice nunc q; eum semper prædices: cariorem tibi spiritu tuo Cæsarem fore fas tibi non est saluo Cæsare de fortuna quæri. hoc incolumi: salui tibi sunt tui. nihil perdidisti. non tantū siccos occulos tuos esse: sed etiam lætos oportet. In hoc tibi omnia sūt: hoc p omnibus est. Quod

nocte conuertat introrsus. Nunc nouos exprimat: aperiat aliquãdo aquarum calentium uenas: aliquãdo refrigeret: igneſq; nunq; per aliquod ignotũ antea montis aut rupis foramẽ emittat: aliquando nothos & p ſecula nobiles cõprimat. Mille miracula mouet: faciẽ mutãt locis & deiert montes. Subrigit plana: ualles exũperat. nouas in profũdo inſulas erigit. Hæc ex qbus cauſis accidũt: digna reſ excuti. Quod inq; erit precium opere: quo nullum maius eſt noſcere naturã. Neq; enim quiq; habet in ſe huius materiæ tractatio pulchrius cũ multa habeat futura uſui: q̃ q; hominẽ magnificentia ſui detinet nec mercede ſed miraculo colitur. Inſpiciamus ergo qd ſit propter qd̃ accidat hæc. Quoq; eſt adeo mihi dulcis inſpectio quãuis aliquando de motu terræ uolumen iuuenis ædideri. tamen tentare nec uoluerim & experiri. Aetas aliqd nobis aut ad ſcientiã aut certe ad diligentiã adiecerit. Cauſam qua terra cõcutitur alii in aqua eſſe: alii in ignibus: alii in ipſa terra: alii in ſpiritu putauere: alii in pluribus: alii in oĩbus. Quidã liquere ipſis aliquã ex iſtis cauſam dixerũt. ſed non liquere quæ eſſet. Nunc ſingula proſequamur. Illud ante oĩa mihi dicendũ eſt opiniones ueteres parum exactas eſſe & rudes. Circa uerũ adhuc errabitur. Noua oĩa erãt primo tentantibus. poſt eadẽ illa limata ſũt. & ſi quid inuentũ eſt: illis nihilominus referre debet acceptũ. Magni animi res ſuit: rerũ naturæ latebras dimouere: nec conceptũ exteriori eius cõſpectu introſpicere & ĩ deorũ ſecreta deſcendere. Plurimum ad inueniendũ contulit qui ſperauit poſſe reperiri. Cum excuſatione itaq; ueteres audiendi ſunt. Nulla res cõſumata eſt dum incipit. Nec in hac tantũ re oĩum maxima atq; inuolutiſſima inq̃ etiam cum multũ actum erit. Omnis tamẽ ætas quod agat inueniat: Sed in omni alio negotio longe ſẽp a pfecto fuere principia. In aq̃ cãq; eẽ nec ab uno dictũ ẽ nec uno mõ. Thales Mileſius totã terrã ſubiecto iudicat humore portari & innatare: ſiue illud oceanũ uocans ſiue mare: ſiue alterius naturæ ſimplicem adhuc aquã & humidum elementũ. Hac inquit unda ſuſtinetur orbis uelud aliquod grande nauigiũ & graue his aquis quas præmit. Superuacuũ eſt reddere cauſas propter quas exiſtimat grauiſſimã partem mundi non poſſe ſpiritu tã tenui fugaciq; geſtari. Non enim nũc de ſitu terrarum ſed de motu agitur. Illud argumẽti loco ponit aquas eſſe in cauſa quibus hic orbis agitatur q̃ in omni maiore motu erũpunt fere noui fontes: ſicut in nauigiis quoq; uenit ut ſi indita ſunt & abiere ĩ latus aq̃ ſorbeant q̃ ioĩ onore eorũ q̃ uehit ſi ĩmodice depreſſa ſũt: aut ſup diffundãt: aut certe dextra ſiniſtraq; ſolito magis ſurgit. Hãc opinionẽ falſã eẽ nõ ẽ diu colligẽdũ Nam ſi terrã aq̃ ſuſtineret & ea aliquãdo concuteret: ſp moueret: nec agitari illã miraretur ſed manere cũ tota cõcuteretur. non ex parte. Nunq; enĩ nauis dimidia iactatur. Nunc uero terræ non uniuerſarum: ſed ex parte motus eſt. quomodo ergo fieri põt ut q̃ totum uehitur totũ non agitetur: ſi eo quo uehitur agitatũ eſt? At quare aquæ erumpũt? Primũ omnium ſæpe tremuit terra & nihil humoris noui fluit. Deinde ſi ex hac cã unda prorũperet a lateribus terræ circunfunderetur: ſicut in fluminibus ac mari uidemus accidere ut incrementũ aquarum: quotiens nauigia decidũt ut in lateribus maxime appareat. Ad ultimũ non tam exigua fieret quantũ dicit eruptio. nec uelut per rimã ſentẽtiam ſubreperet ſed fieret ingens inundatio: ut ex infinito liquore & terẽte uniuerſa. Quidã motum terrarum aquæ imputauere: ſed nõ ex eadem cã. Per omne inquit terram: multa aquæ genera decurrunt. Alicubi perpetui amnes: quorũ pernauigabilis: etiam ſine adiutorio imbrium magnitudo eſt. Hinc nilus per æſtatẽ ingentes aquas inuehit. Hinc q̃ medius inter pacata & hoſtilia fuit. Danubius ac Rhenus. Alter ſarmaticos impetus cohiens & Europã Aſiamq; diſcriminans. Alter Germanos auidã gentem belli repellens. Adiice nũc patentiſſimos lacus: & aqua populis inter ſe ignotis circũdata & reluctãtes nauigio paludes ne ipſis quidẽ iter ſe peruias qbus incoluntur. Deinde tot fontes: tot capita fluminum ſubito ſe: & ex occulto amnes uomentia. Tot deinde ad rẽpus collectos torrentiũ impetus quorum uires tã repentinæ q̃ breues. Omnis aquarũ & inter terrã natura facieſq; eſt. Illic quoq; aliæ uaſto curſu deferuntur & in præceps uolutæ cadũt. Aliæ languidiores in uadis refundũtur & leuiter ac quiete fluunt. Quis aũt neget uaſtis illa receptaculis cõcipi & ceſſare multi inertes locis? Non eſt diu probandũ ibi multas aquas eſſe. ubi omnes ſunt. Neq; enĩ ſufficere tellus ad tot flumia ædenda: niſi ex repoſito multoq; ſunderet. Si hoc uerũ eſt neceſſe eſt aliqñ illic amnis excreſcat: & relictis ripis iuolentus ĩ obſtãtia incurrat. Sic fiat motus alicuius partis ĩ quã motus impetũ dedit: & aquã donec creſcat uerberabit. Põt fieri ut aliquã regionem riuus fluẽs excedat: ac ſecum trahat aliquã molẽ quando lapſa ſuper poſita quatiantur. Iam uero nimis oculis permittit. nec illos ſcit producere ultra animũ: qui non credit eſſe in abſcondito terræ ſinus maris uaſti. Nec enĩ uideo quid prohibeat uel obſtet: quo minus habebatur aliquod etiã in abſcondito littus: & per occultos aditus receptum mare quod illic quoq; tantundẽ loci tenet: aut fortaſſis hoc amplius quo ſuperiora cũ tot animalibus erant diuidẽda. Obſtruſa enĩ etiam ſine poſſeſſore deſerta. liberius undis uacãt. Quas quis uetat illic fluctuare: & uentis quos omne intetuallũ terrarum & omnis aer creat impelli? Poteſt ergo maior ſolito exorta tẽpeſtas aliquã partem terrarum impulſam uehemẽtius commouere. Nam apud nos quoq; multa quæ procula mari fuerant ſubito eius acceſſu uapulauere: & uillas ĩ cõſpectu collocatas: fluctus qui lõge audiebatur inuaſit. Illic quoq; poteſt recedere ac retegere pelagus infernum quorum neutrum fit ſine motu ſuperſtantium. Non quidẽ exiſtimo diuntem heſitaturum.

Non credam eſſe ſubteraneos amnes & mare abſcõditum. Vnde enim iſta prorumpũt. unde ad nos ueniunt niſi quod origo humoris incluſa eſt? Age cũ uides interruptum tigrim: in medio itineris necari & non uniuerſum auerti: ſed paulatim nõ apparentibus damnis minui primum: deide conſumi. Quo illum putas abire niſi in obſcura terrarum. utiq; cum uideas emergere iterum nõ minor ẽ eo qui prior fluxerat. Quid cum uides: Alpheũ celebratũ poetis in achaia mergi & in ſicilia rurſus tranſiecto mari effundere amœniſſimũ fontem. Aretuſam. Neſcis autem inter opiniones qbus narrantur. Nili æſtiua inundatio & hãc eſſe a terra illum erũpere & augeri nõ ſupernis aquis ſed eximo reditis? Ego quidẽ Centuriones duos. quos Nero Cæſar ut aliarũ uirtutũ. ita notitiæ inter primis amantiſſimus ad inueſtigãdum caput nili miſerat audiui narrãtes lõgum illos iter peregiſſe cũ a rege Ethiopiæ inſtructi auxilio: cõmendatiq; proximis regibus penetraſſẽt ad ulteriora quidem aiebant. Peruenimus ad immẽſas paludes quarum exitum: nec incole nouerãt. nec ſperare quiſq; poteſt. ita implicatæ aquis herbæ ſũt & aquæ nec pediti enatabiles. nec nauigio: q̃ niſi paruũ & unius capax limoſa & obſita palus nõ ferat. Ibi inquit uidimus duas petras ex quibus ingens uis fluminis excidebat. Sed ſiue caput illa: ſiue acceſſio eſt nili. ſiue tũc naſcitur. ſiue ĩ terras ex priore recepta curſu redit. nonne tu credis illã quicquid eſt ex magno terrarũ lacu aſcendere? habeant enim oportet pluribus locis ſparſum humorẽ: & in imo coactum: ut eructare tãto impetu poſſint. Ignẽ cauſã motus quidã ſed & qdã nõ ob eãdẽ cauſã iudicãt. In primis Anaxogoras. q extimat ſimili pene ex caſa & aere concuti terrã. Cum in inferiorẽ partem: ſpũs craſſum aera & in nubes coactũ ex eadem uia q̃ apud nos quoq; nubila frãgi ſolent rũpit & ignis ex hoc colliſu: nubiũ curſuq; eliſi aeris emicuit. Hic ipſe in obuia occurrit: exitũ quærens: ac diuellit repugnãtia donec per anguſtã aut nactus eſt uiam exeundi ad cælum. aut ui aut iniuria fecit. Alii in igne cauſã quidẽ eẽ ſed nõ ob hoc iudicãt: ſed quia pluribus obuius locis ardeat & ꝓxima quæq; cõſumat. Quæ ſi quãdo exeſa ceciderint: tũc ſeq motum earum partiũ quæ ſubiectis ãminiculis deſtitutæ labã donec corruere nullo occurrente q̃ onus exciperet: tunc caſmata: tũc hiatus uaſti aperiũtur: aut cũ dubitauere ſuper ea ſeq; ſupſũt: ſtatq; componunt. Hoc apud nos quoq; uidemus accidere quotiẽs incẽdio pars ciuitatis laborat cum exuſtæ trabes ſunt: aut corrupta quæ ſuperioribus firmamẽtũ dabant. Tunc diu agitata faſtigia concidũt: & tãdiu deferunt atq; increta ſunt: donec in ſolido reſederũt. Anaximenes ait terrã ipſã ſibi eẽ cauſam motus nec extrinſecus incurrere q̃ illã impellat: ſed inter ipſã & ĩ ipſam. Quaſdam enĩ partes eius decidere. quas aut humor ſoluerit: aut ignis excederit: aut ſpiritus uiolentia decuſſerit. Sed his quoq; ceſſantibus nõ deeſſe propter qd̃ aliquid abſcedat aut reuellatur. Nam primũ omnia, uetuſtate labuntur: nec quicq̃ tutũ a ſenectute eſt. Hæc ſolida quoq; & magni robotis carpit. Itaq; quẽ admodum in ædificiis ueteribus quædã non percuſſa tamẽ decidũt: cum plus ponderis habuere q̃ uirium: ita in hoc uniuerſo terræ corpore euenit ut partes eius uetuſtate ſoluãtur: ſolutæ cadãt & tremorem ſuperioribus afferrãt. Primum dũ abſcedunt. nihil utiq; magnũ ſine motu eius cui heſit abſciditur. Deinde cũ ceciderunt ſolido exceptæ reſiliũt. Pilæ more quæ cum cecidit exultat ac ſæpius pellitur: totiẽs a ſolo in nouũ impetum miſſa. Siuero inſtãtibus aquis delata ſũt. hic ipſe caſus uicinia concutit fluctũ quem ſubitum uaſtũq; illiſum ex alto pondus eiicit. Quidã ignibus quidem aſſignant hunc tremorem ſed aliter. Nam cũ pluribus locis ferueãt neceſſe eſt ingentẽ uaporem ſine exitu uoluat. qui ui ſua ſpiritũ intendit. & ſi actius inſtitit oppoſita diffundit. Si uero remiſſior fuit: nihil amplius q̃ mouet. Videmus aquã ſpumare igne ſubiecto. Quod ĩ hac aq̃ facit icluſa & anguſta: multo magis illũ facere credamus cũ uiolẽtus ac uaſtus ingẽtes aquas excitat. Tunc ille uaporationem innũdantium undarum: qcquid pulſauerit agitatur. Spiritũ eſſe qui moueat & plurimis & maximis auctoribus placet archelaus antiquitatis diligẽs ait ita uẽti in concaua terrarũ deferuntur. Deinde ubi iam omnia ſpatia plena ſunt & inquantũ aer potuit denſatus eſt. his qui ſupuenit ſpũs priorem præmit & elidit ac frequentibus plagis primo cogit de inde perturbat. Tunc ille querẽs locũ omnes anguſtias dimouet: & clauſtra ſua conatur eſtringere. Sic uenit ut terræ ſpiritu luctãte & fugam querente moueãtur. Itaq; cum terremotus futurus eſt præcedit aeris trãquilitas: & quies: uidelicet quia uis ſpiritus quæ cõcitare uetos ſolet inferni ſede detinetur. Nunc quoq; cũ hic motus ĩ campania fuit q̃is hyberno tẽpore & inquieto per ſuperiores dies a cælo aer ſtetit. Quid ergo. Nũ q̃ ſtante uento terra cõcuſſa eſt admodum raro duo ſimul flauere uenti. Fieri tamẽ & poteſt & ſolet q̃ ſi recipimus & conſtat duos uẽtos rem ſimul gerere. quid nam accidere poſſit. ut alter ſuperiorẽ aera agitet: alter infernũ. In hac ſẽtentia licet ponas Ariſtotelem & diſcipulũ eius Theophaſtrũ: nõ ut græcis uiſum eſt diuini tamẽ & dulcis eloqui uirũ & nitidi ſine labore: quid utriq; placeat ẽxponam: ſemper aliqua euaporatio eſt e terra quæ modo arida eſt. modo humido mixta. hic ab infimo ædita & inquãtum potuit data cum ulteriorem locũ in quem exeat non habet retro fertur atq; in ſe reuoluitur: dum rixa ſpiritus reciprocantis iactat obſtãtia & ſiue interclusus ſiue per anguſta eniſus ẽ: motũ ac tumulutũ faciet. Stratõ ex eadẽ ſchola ẽ. qui hanc partẽ philoſophiæ maxĩe coluit & rerũ naturæ inquiſitor fuit. Huius tale decretum eſt frigidum: & calidum ſẽper in cõtraria abeũt & una eẽ nõ poſſunt. eo frigidũ cõfluit unde uis calida diſceſſit, & iuicẽ ibi callidũ ẽ unde frigus expulſũ ẽ

Hoc quod dico uerum est:sed utrunq; in cõtrarium agi ex hoc tibi appareat. Hybern. repore cum semper terram frigus est: calent putei,nec minus specus atq; omnes sub terra recessus qa eo se calor contulit superiora possideti frigori cedens qui cũ in inferiora peruenit & eo se quatum poterat in gressit:quo desior.Hoc ualidior est.huic alius supe uenit cui necessario cõgregatus ille iam & ian gustum præssus loco cedit.Idem ecõtrario uenit cum uis maior frigidi illata in cauernis est. Quic quid illic callidi latet frigori cedẽs abit in angustum & magno impetu agitur quia nõ patitur utriusq; natura cõcordiam:nec in uno moram.Fugiens ergo & omnimodo cupiẽs excedere iproxima quæq; remollitur ac iactat.Ideoq; anteq terra moueatur solet mugitus audiri nẽtis in abdito tumultuatibus.nec aliter posset ut ait noster Virgilius sub pedibus mugire solú & fuga celsa moueri,nisi hoc esset uentorum opus.Vices deinde huius pugne sunt:desit calidi cõgregatio ac rursus eruptio. Tunc frigida compescũtur & succedunt:mox fura potentiora dum alterna uis cursat & ultro citro q; spiritus commeat terra cõcutitur.Sunt qui existimẽt spiritũ quidem & nulla alia ratione tremere terram:sed ex alia causã quã Aristoteli placuit.Quid sit q; ab his dicatur audi.Corpus nostrum & sãguine irrigatur & spiritu qui per sua itinera decurrit.Habemus autem quædã angustiora animæ receptacula per quæ nihil amplius q̃ ineãt:quædam patentiora in quibus colligitur & ũde diuiditur in partes.Sic hoc totum terrarum omnium corpus & aquis quæ uicẽ sanguínis tenẽt:& uẽtis quos nihil aliud quisq̃ animam uocauerit peruium est.Hæc duo alicubi cõcurrunt alibi consistunt. Sed quemadmodum i corpore nostro dum bona ualitudo est uenarum quoq; imperturbata mobilitas modum seruat nisi aliquid aduersi est:micat crebrius & suspiria atq; anhelitus laborãtis ac sessi signa sunt.ita terræ quoq; dum illis positio naturalis est & incõcussæ manent cũ aliquid peccatur tũc uelut ægri corporis motus est spiritu illo qui modestius pfluebat:icto uehemẽtius & q̃ssante uenas suas.Nec ut illi paulo ante dicebãt:quibus animal placet esse terram:nisi hoc est quẽadmodum animal totam uexationem sentiet.Neq; enim in nobis febris alias partes moratius impellit sed per omnes pari æqualitate discurit.Vide ergo nũc quid intret in illam spiritus ex circũfuso aere quicq̃ diu habet exitum sine iniuria labitur.si offendit aliquid & incidit q̃ uiam claudat:tũc oneratur primo infundente se a tergo aere.Deinde per aliquam rimã maligne fugit:& hoc acrius fertur quo angustius.Id sine pugna nõ potest fieri:nec pugna sine motu.At si nec rimã quidem per quam effluat inuenit:conglobatus illic fuerit:& huc atq; illo circũagitur:aliq; deiecit:illa intercidit. cũ tenuissimus idemq; fortissimus & irripiat quis in abstracta & quicquid itrauit ui sua diducat & dissipet tũc terra iactatur.Aut enim datura uento locũ discedit.aut cum dedit in ipsam qua illum emisit cauernam fundamento spoliata cõsidit.Quidam ita existimãt.Terra multis locis perforata est. Nec tãtum primos illos additus habet:quos uelut spiramẽta ab imo sui recepit sed multos illi casus iposuit. Alicubi deduxit quicquid superne terreni erat. Aqua alia torrẽtes cecidere:alia æstibus magnis diruptа patuere,Per hæc interualla intrat spiritus. Quem si icludit marc & adegit nec fluctus retro abire permisit:tamen ille exitu simul redituq; præcluso uolutatur,Et quia in rectũ non potest tendere:qd̃ illi naturale est in sublime se intendit & terram premẽtem reuerberat. Etiam nũc dicendum est qd̃ plurimisq; auctoribus placet & in quod fortasse fiet disentio. Non esse terrã sine spiritu palam est. Non tamẽ illo dico quo se tenet ac partes sui iũgit: qui inest etiam saxis mortuisq; cõporibus:sed illo dico uitali & uegeto & alẽte omnia.hoc nisi haberet quomodo tam arbustis spiritum infunderet non aliunde iuuẽcibus & tot satis qnemadmodum tã diuersis radices aliter atq; aliter in se metas foueret quasdas summa receptas parte:quasdas altius tractas.nisi multũ haberet animæ:tã multa tam uaria generãtis & austu atq; alimẽto suo educantis.Ieuibus adhuc argumẽtis ago. Totũ hoc cælum quod igneus æther mundi summa pars claudit.Omnes heæ stellæ:quarũ inueniri non pôt numerus.Omnis hic cælestium cœtus aut alia præterea.Hic tamẽ prope a nobis agens cursum sol omnì terrarum ambitu nõ semel maior alimẽtum ex terreno trahunt & inter se partiũtur. Nec uno alio.s.q̃ halitu terrarum sustinẽtur.Hoc illis alimẽtum hic pastus est.Non posset autem tam multa tantoq; seipsa mora nutrire.nisi plena esset animæ:q̃ per diem ac noctẽ ab omnibus partibus sui fũdit.fieri enim nõ potest:ut non multum illi supersit ex qua tantũ petitur ac sumitur.& ad tempus qdem q; exeat nascitur.Nec enim nascitur.Nec enì esset perẽnis illi copia suffecturi in tot cælestia spiritus nisi inuicem ista concurrerẽt & in illud alia soluerẽtur.Sed tamen necesse est abũdet ac plena sit & ex condito proferat.Non est ergo dubiũ quin multũ spiritus lateat intus & cæca sub terra spatia aer latus obtineat.Quod si uerũ est necesse est id sæpe moueatur qd̃ re nobilissima plenũ est.Nũquid enim dubium esse potest cuiq̃ quin nihil sit tã inquietũ q̃ aer & tã uersabile & uagatione gaudens?Sequitur ergo ut naturã suam exerceat & qd̃ semper moueri uult aliquãdo & alia moueat.Id quando fit?Cũ illi cursus interdictus est.Nã q̃diu nõ impeditur id placide cũ offenditur & retinẽ insanit:& moras suas arripit.nõ aliter q̃ ille poeta indignatus Araxes. Quãdiu illi facilis & liber & alueus primas quasq; aquas explicat.Vbi saxa manu uel casu in latere præssere uenientẽ & tunc ipetum mora quærit & quo plura oppusita sunt:plus iuenit uiriũ,Omnis enì illa unda q̃ atergo supeuuit & in se crescit:cũ onus suũ sustinere nõ potuit ui ruina parat & pna cũ his q̃ obiiciebat ausugit.

Idẽ spiritus q̃ quo uehemẽtior agiliorq; est citius eripitur:& uehemẽtius septus oẽs disturbat.Ex quo motus fit,s.eius partis sub q̃ pugnatũ est.Quod dicitur uerũ eẽ ex illo ꝓbatur.Sæpe enim terremotus fuit.Sic nõ pars eius alt̃ dirupta est inde uentus p multos dies fluxit, ut traditur factũ eo motu quo chalcis laborauit apud Asclepiodotũ.Inuenies auditorẽ possidonii in his ipsis questionũ naturæ causis.Inuenies & apud alios auctores hyatne uno loco terram:& inde nõ exiguo tẽpore spiras se uẽtũ,qui,s.illud itus ipse sibi fecerat. per qd̃ ferebatur.Maxima ergo cã est pp quam terra mouetur.Spiritus natura citus & locũ e loco mutãs.Hic q̃diu nõ impellitur:& in uacãti spatio: latet:iacet innoxius:nec circũuectis molestus est,Vbi illũ extrinsecus superueniẽs causa solicitat compellit;q; & in arcũ agit.sadhuc cedit tantũ & uagatur. Vbi erepta discedendi facultas eos anxios cohibet. Tunc magno cũ murmure mõtis circum clausstra fremit. Quæ diu pulsata cõuellit ac iactat:eo acrior quo cũ ualentiore mora luctatus est. Deinde cum circa perlustrauerit omne quo tenebatur: nec potuit euadere:inde quo maxime ipactus est retilit:& aut per occulta diuidit ipso terremotu rarita te facta,aut per nouum uulnus emicuit.Ita eius nõ potest uis tanta cohiberi nec uentũ tenet ulla cõpages.soluit enim qd̃cunq; uinculũ & omne onus fert secũ:sususq; per minima laxamentũ superatus indomita naturæ potẽtia libera est:utiq; cũ concitatus sibi ius suũ uindicat. Spiritus uero iuicta res est.nihil,n.erit qd̃ luctantes uentos tẽpestatesq; sonoras imperio præmat: ac uinclis ac carcere frenet,Sine dubio poetæ hũc uoluerãt uideri carcerẽ in quo sub terra clausi laterent.Sed quod nõ intellexerunt,nec id qd̃ clausum est esse adhuc uentũ,nec id quod uentus est posse iã claudi. Nã quod in clauso est.quiescit & aeris statio est.Omnis in fuga uẽtus est. Etiã nunc & illud accidit his argumentis per qd̃ appareat q; motũ efficit spũs:q; corpora quoq; nostra non aliter tremunt q̃ si spiritũ aliqua cã conturbat cũ timore contractus est:cum senectute languescit & uenis torpẽtibus marcet: cum frigore inhibetur:aut sub accessionẽ cursu suo deiicitur.Nam q̃diu sine iniuria pfluit & ex more procedit.nullus est tremor corpori.Cũ aliquid occurrit quod inhibeat eius officiũ: tunc parum potens in perferẽdis his quæ suo uigore tenebat:deficiẽs concutit quicquid integrũ tulerat.Metrodorum chiũ quia necesse est audiamus qd̃ uult sententiæ loco dicentẽ.Nõ enim permitto mihi neas quidẽ opiniones præterire quas iprobo.cum satis sit omniũ copiam fieri,& quæ improbamus damnare potius q̃ præterire.Quid ergo dicit?Quomodo cũ in dolio cantus uox illa per totũ cum quadam discussione percurrit ac resonat:& tam leuiter mota:tamen circuit non sine tactu eius tumultuq; quo inclusa est.Sic speluncarũ sub terra pendentiũ uastitas habet aera suũ,Quem simul alius superne incidẽs percussit:agitat nõ aliter q̃ illa de quibus paulo ante retuli: inania idito clamore sonuerunt.Veniamus nunc ad eos qui omnia ista quæ retuli i causa esse dixerũt:aut ex his plura.Democrit⁹ plura putat.Ait enì motũ aliquãdo spiritu fieri:aliquãdo aq̃ aliquãdo utroq;.Et id hoc mõ ꝓsequitur aliqua pars terræ cõcaua ẽ:in aquæ magna uis cõfluit.Ex hac est aliquod tenue & cæteris liquidius.Hoc cum superueniente grauitate reiectũ ẽ:terris illiditur & illas mouet.Nec enim fluctuari potest sine motu eius in qd̃ impingitur.Etiam nũc quomodo despiritu dicebamus. De aq̃ quoq; dicendum est.Vbi in unum locum cõiecta est & capere se desierit.aliquo incumbit & primo uiã pondere aperit deinde impetu.Nec enim exire nisi per deuexũ potest, diu inclusa: nec in directum cadere moderate:aut sine cõcussione eorum per quæ in quæ cadit.Si uero cũ iam rapi cœperit aliquo loco subsistit & illa uis fluminis in se reuoluta est in continentem terram repellitur:& illã qua parte pẽdet exagitat maxime.Preterea aliquãdo madefacta tellus liquore penitus accepto altius sedit.& fundus ipse uitiatus.Tunc ea pars præmitur in quã maxime aquarum ingẽtium pondus inclinat.Spiritus uero nõnunq̃ impellit undas & si uehemẽtius institit: eam.s.terræ partem mouet in quã coactas aquas intulit,Nõnunq̃ in coacta itinera cõiectus & exitũ q̃rẽs mouet omnia:& terra autẽ penetrabilis uẽtis est.& spiritus subtilior ẽ q̃ ut possit excludi uehemẽtior q̃ ut sustineri cõcitatus ac rapid⁹.Omnes istas eẽ posse casus Epicurus ait:pluresq; alias tẽtat & alios q aliqd unũ ex istis eẽ affirmauerũt.corripit cũ sit arduũ de his q̃ cõiectura sequẽda sunt aliqd certi ꝓmittere. Ergo ut ait: Potest terram mouere aquam si partes aliquas eluit & abrasit quibus desiit posse extenuatis sustineri q; integris retabatur.potest terrã mouere impressio spiritus.fortasse enim aer & extrinsecus alio itrante aere agitatur.Fortasse aliqua parte subito decidẽte percutitur & tamẽ motum capit. Fortasse aliqua pars terræ uelut colúnis quibusdã ac pilis sustinetur. Quibusdã uiaticisi ac recedentibus :remit pondus impositum.Fortasse calida uis spiritus in ignẽ uersa & flumini similis cum magna strage obstantium ferẽ. Fortasse palustres & iacentes aquas aliquis flatus impellit:& inde aut ictus terram quatit:aut spiritus agitatio ipso motu crescẽs & se incitans ab imo in sũma usq; pertertur.Nullam tamen illi placet causã motus esse maiorem q̃ spiritũ. Nobis quoq; placet hunc spiritum esse q tãta possit conari:quo nihil ẽ in rerũ natura potẽtius nihil achrius:sine quo nec illa qdẽ q̃ uehemẽtissima sunt ualẽt.Ignẽ spiritus cõcitat.aquæ si uẽtũ detrahas inertes sũt.Tũc demũ impetũ sumunt cũ illas agit flatus & pôt dissipare magis spatia terrarũ:& nouos mõtes subiectos extollere & ĩsulas nõ ante uisas imedio mari ponere,therẽ & thernã hãc nostræ ætatis isulã spectãtibus nobis ĩ ægeo mari natã qs dubitat.qn lucẽ spũs uexerit.Duo genera sunt ut Possidonio placet qb⁹ mouẽ terra

Vtriuſq; nomẽ ẽ ꝓpriũ. Altera ſuccuſſio eſt cũ terra quatit̃.& ſurſũ ac deorſũ mouetur. Altera inclinatio q̃ i altera mutat nauigii more. Ego & tertiũ ilud exiſtio q̃ noſtro uocabulo ſignatũ eſt. nõ eni ſine cauſa tremotẽ terræ dixere maiores q utriq; diſſimilis eſt. nã nec ſuccutiũtur tut oia nec inclinatur ſed uibrãtur. Res animime in hmõi caſu noxia ſ. ut lõge pernitioſior eſt inclinatio cõcuſſione. Nam niſi celeriter ex altera parte ꝓbauit motus qui inclinata reſtituat ruina neceſſario ſequitur. Cũ diſſimiles hii motus inter ſe ſint: cauſæ eorũ diuerſæ ſunt. prius ergo de motu quatiẽte dicamus. Siquãdo magis onera per uices uehiculoꝝ plurimũ tracta ſunt & rotæ maiore uiã in ſalebras incidere unt terrã cõcuti ſenties. Aſclepiodotus ſalebras dixit cũ petra e latere mõtis abrupta cecidiſſet edificia uicina tremore collapſa ſunt. Idẽ ſub terris fieri põt ut ex his quæ impẽdere rupibus aqua reſoluta magno põdere ac ſono in ſubiacẽte cauernã cadat eo uehemẽtius: quo aut plus põderis uenit aut altius: & ſic cõmouetur omne tectum cauatæ uallis nec tamẽ pondere ſuo abſcindi ſaxa credibile eſt: ſed cum flumina ſupta ferrãtur aſſiduus humor cõmiſſuras lapidum extenuat: & quotidie his ad quæ religatus eſt auferit: & illã ut ita dicam cutẽ qua cõtinetur abradit. Deinde lõga per æuum diminutio uſq; eo infirmat illa quæ quotidie attriuit ut deſinãt eẽ oneri ſetendo. Tunc ſaxa uaſti põderis decidũt. Tunc illa præcipitata rupes qcquid ab illo repercuſſit non paſſura cõſiſtere ſonitu uenit & ruere omnia uiſa repẽte ut ait Virgilius noſter, huius motus ſuccidẽtis terras hæc erit cã Adalteram träſeo. Rara terræ natura eſt multũq; habẽs uacui per has uarietates ſpiritus ferẽ. Qui ubi maior influxit nec emittitur cõcutit terram. Hæc placet & aliis ut paulo ante retuli cauſa. Siqd apud te profectura teſtium turba eſt. Hãc etiã Caliſthenes probat non contemptus uir fuit. n. nobile ingenium & furibũdum regis impatiens. Hoc eſt Alexãdri crimẽ æternum: quod nulla uirtus: nulla bellorum fœlicitas redimet. Nam quotiẽs quis dixerit occidit. Perſarũ multa milia opponeẽ & Caliſthenes. Quotiens dictum erit occidit Dariũ penes quẽ cum magnum regnũ erat: dictũ erit oia oceano tenus uicit. Ipſe quoq; tentauit nouis claſſibus & imperiũ ex angulo traciæ uſq; ad oriẽtis terminos protulit: dicetur ſed Caliſthenẽ occidit. Omnia licet antiquã ducũ regumq; exẽpla tranſierit. Ex his quæ fecit nihil tam magnũ erit q̃ ſcelus. Hic Caliſthenes in libris in qbus deſcripſit quenadmodum illice buriſq; merſe ſunt. quis illos caſus i mare uel in illas mare immerſit: dicit id qd̃ in priore parte dictum eſt. Ipũs inter terra per occulta foramina quẽadmodũ ubiq; ita & ſub mari. Deide cũ obſtructus ille trames per quẽ deſcenderat. Reditum aũt illi atergo reſiſtens aqua abſtulit huc & illuc ferẽ & ſibi ipſe occurrens terrã labefactat. Ideo frequẽtiſſime mari oppoſita uexãtur. Inde Neptuno hæc aſſignata maris mouẽdi potentia. Quiſquis prius literas græcas dedicit ſcit illiũ apud homerũ ſibi tona uocari. Spiritũ eẽ hoc mali cauſã & ipſe cõcentio de quot diſpurabo quõ itret hic ſpiritus. utrũ per tenua foramina nec oculis cõprehenſibilia: an p maiora ac potẽtiora. & utrum ab imo anetiã p ſumma terrarũ. Hoc incredibile eſt. Nã in noſtris quoq; corporibus: cutis ſpiritũ reſpuit: nec eſt illi introitus niſi p quem trahitur. nec conſiſtere quidẽ a nobis receptus põt. niſi in laxiore corporiptes Non eni inter neruos pulpaſue: ſed inuiſcentibus & patulo interioris partis receſſu cõmoratur. Idẽ de terra ſuſpicari licet. uel ex hoc q̃ motus nõ i ſumma terræ circaue ſũma eſt: ſed ſubter & ab imo: hoc indicium eſt q̃ altitudinis profũda maria iactantur. motis ſcilicet his ſupra quæ fuſa ſũt. Ergo ueriſimile eſt terram ex alto moueri. & illic ſuper i cauernis ingẽtibus concipi. Immo inquit ceu cũ frigore inhorruimus tremor ſequitur. ſic terras quoq; ſpiritus ex trinſecus accidẽs quaſſat. Quod nullo modo poteſt fieri. Algere enim debet ut idem illi accidat quod nobis quos externa cauſa in horrorem agit. Accidere autem terræ ſimile quiddã noſtræ affectionis: ſed non ex ſimili cauſa conceſſerim. Illam interior & altior in iuria debet impellere: cuius rei argumẽtum uel maxime hoc poteſt eſſe q̃ cum uehementi motu adapertum ingenti ruina ſolum eſt: totas nonnunq̃ urbes & recipit hiatus ille & abſcondit. Tucydides ait circa peloponeſiaci belli tempus. Athlãtem inſulam aut totam aut certe maxima ex parte ſuppreſſam. Idem ſidoniæ accidiſſe poſſidonio crede. Nec adhuc teſtibus opus eſt. Meminimus enim terris interno motu diuulſus loca de ſerta & campos interiſſe. Quod iam dicam quẽadmodum exiſtimem fieri. Cum ſpiritus magna ui in uacuum terrarũ locũ penitus applicuit cœpitq; rixari: & de exitu cogitare. Latera ipſa inter q̃ latet ſæpius pcutit: ſupra q̃ urbes interdũ ſitæ ſunt. Hec nõnunq̃ adeo cõcutitur ut ædificia ſuppoſita ꝓcũbãt. Nõnunq; i tantũ ut parietes qbus ſertur oẽ regimẽ: caui decidãt i illũ ſubteriacẽtẽ locũ: totæq; urbes in imẽſã altitudinẽ uergũt. Si uelis credere aiũt aliquãdo oſſam: olipo coheſiſſe. Deide terrarũ motu receſſiſſe: & ſciſſã unius magnitudinẽ mõtis i duas partes tũc effugiſſe Peneõ q paludes qbus laborat Theſſalia ſiccauit abductis i ſe q̃ ſine exitu ſtagnauerãt aqs: Ladõ flumẽ iter helym & megalepoli medius eſt: quẽ terrarũ motus effudit. Per hoc qd ꝓbo? In laxos ſpecus. Quid eni aliud appellẽ loca uacua ſub terras ſpũ cõuenire? q̃ niſi eſſẽt magna terrarũ ſpatia cõmouerẽtur & una multa titubarẽt. Núc exigue ptes laborãt. nec unq̃ p ducẽta miliaria motus extẽditur: Ecce hic q̃ ſplicuit fabulis orbẽ. nõ träſcẽdit cãpaniã. qd dicã cũ calcis tremuit thebas ſtetiſſe. Cũ laborauit egie tã ꝓpiq̃s illi patrias de motu nihil audiſſe. Illa uaſta cõcuſſio q̃ duas ſũpſit urbes. Helicẽ & Buri: circa egiũ cõſtitit. Apparet ergo itãtũ ſpatiũ motũ ptẽderet quãtũ illa ſub terris uacãtis loci inanitas pateat. poterã ad hoc ꝓbãdũ

abuti auctoritate magnoꝝ uirorum qui ægyptum nunquã tremuiſſe tradũt. Rationẽ aũt huius rei hanc reddunt: q̃ ex limo tota cõcreuerit. Tantũ Homero fides eſt: obertat a cõtinẽti phares quantũ nauis diurnũ curſu metui plenis lata uelis põt ſed a cõtinenti admota eſt. Turbinis. n. defluens. Nilus multũq; ſecum ſceni trahens: & id ſubinde ꝓponẽs prioribus terris ægypto annuo in cremẽto ſemper ultra tulit. Inde pinguis & limoſi ſoli eſt nec ulla interualla in ſe habẽs & hoc creuit inſolidũ areſcente limo: cuius preſſa erat & ſedens ſtructura. Cũ partes glutinarẽtur: nẽ quicq̃ inane interuenire poterat. Cum ſolido liquidũ: ac mole ſemper accideret. ſed mouetur & ægyptus & delos quã Virgilius ſtare iuſſit. Immotãq; cæli dedit contẽnere uẽtos. Hãc philoſophi quoq; credule gentis exerũt nõ moueri auctore Pyndaro. Thucydides ait antea qdem imotã fuiſſe. ſed circa peloponeſiacum bellũ tremuiſſe. Caliſthenes alio tpe ait hoc acciditſſe. Inter multa inquit prodigia qbus denũciata eſt: duaꝝ urbiũ helices & buris euerſio fuere maxime notabilia: colũna ignis imenſi & dolos agitata. Quã ideo ſtabilẽ uideri uult: quia mari ipoſita ſit. habeatq; concauas rupes & ſaxa peruia q̃dent deprehẽſo aeri redditũ. Ob hoc etiã inſulas eẽ certioris ſoli urbeſq; eo tutiores quo ꝓ pius ad mare acceſſerunt. falſa hæc eſſe Pompeium & herculaneũ ſenſere. Adiice nunc q̃ ois ora maris ob noxia eſt motibus. Sic Paphos nõ ſemel corruit. Sic nobilis & huic iam familiaris Malonicopolis: Cyprum ambit altũ mare & agitatur. Tiros & ipſa tam mouetur q̃ diluitur. Heæ fere cauſæ reddunt ꝓpter quas tremit terra. Quædam tamen ꝓpria in hoc cãpano motu accidiſſe narrãtur: quoꝝ ratio reddenda eſt. Aiunt enim ſexcẽtarum ouium gregem exanimatũ in Pompeiana regione. Nõ eſt q̃re hoc putes obuius illis timore accidiſſe. Dicimus ſolere poſt magnos tertaꝝ motus peſtilẽtiã fieri. Nec id mirũ eſt mortifera in alto latent. At ipſe qui uel terraꝝ culpa uel pigritia & æterna nocte torpeſcit grauis hauriẽtibus eſt. Vel corruptus internoꝝ igniũ uitio: cũ eſt longo ſitu emiſſus. Paꝝ hũc liquidũ q̃ maculat ac polluit inſuetũq; ducẽtibus ſpiritũ: affert noua genera morboꝝ. Quid ꝓ aquæ inutiles peſtilẽteſq; in abdito latent: ut quas nunquã uſus exerceat: nunq̃ auara liberior ueheret? Craſſæ itaq; & graui caligine ſempiternaq; recte: nihil niſi peſtiferum in ſe & corporibus noſtris contrariũ habent. Aer quoq; qui mixtus eſt uel quiſq; inter illas paludes iacet cum mergit. late uitium ſuũ ſpargit & haurientes necat. Facilius aut pecora ſentiũt in qua peſtilentia incurrere ſolet quo auidiora ſunt aperto cælo plurimum utunt̃ & aquis quorum maxima in peſtilentia culpa eſt. Oues uero melioris naturæ quo ꝓpiora terris ferunt capita corruptas eẽ non miror. cum ſtatus diri aeris circa ipſam humum exceperint nociuiſſet ille & hominibus ſi maior exiſſet ſed illũ copia aeris ſinceri extruxit: anteq̃ ut ab hoie poſſet trahi ſurgeret: multas aũt terras habere mortifera uel ex hoc intellige q̃ tot auena naſcuntur. Nõ manu ſparſa ſed ſponte ſolo. ſ. habente: ut boni ita mali ſemina. Quicqd pluribus Italiæ locis p quædã foramina peſtilens exalatur uapor: quẽ nõ homini ducere nõ fere tutũ eſt. aues quoq; ſi in illũ inciderint anteq̃ cælo meliore leuiatur i ipſo uolatu cadũt liuentq; corpora: & nõ aliter q̃ per uim eliſæ fauces tument. Hic ſpũs q̃diu terras continet tenui ſotamine fluens: nõ plus potẽtiæ habet q̃ ut dſpectãtia & ultro ſibi illecta conficiat. Vbi p ſecula cõditis tenebris ad triſtia loci creuit in uitiũ ipſa ingraueſcit mora peior quo ſegnior. Cũ exitum nactuſ eſt æternũ illud umbroſi frigoris malũ & infernã noctẽ ſoluit ac regionis noſtræ aera infuſcat. Vincunt̃. n meliora peioribus. Tunc etiã ille ſpũs purior tranſit in noxiã. Inde ſubitæ continuæq; mortes & monſtruoſa genera morboꝝ: ut ex nouis orta cauſis. Breuis aut longa clades eſt ꝓ ut uitia ualuere. Nec prius peſtilẽtia deſinit q̃ ſpiritũ illũ grauem exercuit laxitas cæli uentorũq; iactatio. Naꝝ quod aliquos inſanos: attonitoſq; ſimiles diſcurrere fecit mœtus qui excutit mẽtes ubi priuatus: ac modicus eſt. qd ubi publice terret ubi cadũt urbes: populi opprimũtur: terra cõcutitur? Quid mirũ eſt aios inter dolorẽ & mœtũ deſtitutos aberraſſe? Nõ eſt facile inter magna mala nõ deſipere. Itaq; leuiſſima ingenia fere in tantũ uenere formidinis ut ſibi exciderẽt. Nemo quidẽ ſine aliqua iactura ſanitatis expauit. ſimulq; furẽtis qſqs timet. Sed alios cito timor ſibi reddit: alios uehemẽtius perturbat & in dementiã träſſert. Inde iter bella errauere limphatici: nec uſq̃ plura exẽpla uaticinãciũ ueniens: q̃ ubi formido mẽtes religiõe mixta pcuſſit. Statuã diuiſam nõ miror cum dixeriꝫ mõtes a mõtibus receſſiſſe & ipſuꝫ diruptũ eſſe ab imo ſolũ. Hæc loca ui quadã & uaſta pcuſſa ruina. tñ æui longinqua ualet mutare uetuſtas: diſſiluiſſe ferũt cũ protinus utraq; tellus una foret. Venit ingenti ui põtus & ingens heſperiũ ſiculo latus abſcidit: aruaq; & urbes æquore diductas: anguſto interluit ictu. Vides totas regiones a ſuis ſedibus reuelli & trans mare iacere: qd̃ in cõfinio furat. Vides & urbium fieri gentiũ diſſidiũ cũ pars naturæ cõcita eſt deeſſe & aliquo mare igne ſpiritu impegit: quorum mira ut ex toto uis eſt. Quãuis enim parte ſæuiat: mundi tamẽ uiribus ſæuit. Sic & hiſpanias a contextu africæ mare eripuit: ſic hanc inundationẽ quã poetaꝝ maximi celebrãt: ab Italia Sicilia reiecta eſt. Aliquanto aũt plus impetus habent quæ ex inſimo ueniũt. Acriora. n. ſunt in qbus uiſus eſt p anguſta. Quãtas res hii terrarũ tremores: quãq; mira ſpectacula ediderint ſatis dictũ eſt. Cur ergo aliqs ad hoc ſtupet q̃ æs unius ſtatuæ: ne ſolidũ quidẽ: ſꝫ cõcauũ ac tenue diruptũ ẽ: cũ fortaſſe illud ſe ſpũs q̃tẽs fugã icluſerit? Illud uero qs neſcit? Diductis ædificia angulis uidim⁹ moueri. ite

rũq; cõponi. Quadã uero pte aptata positu suo: & a fabris negligẽtiꝰ solutiusq; cõpositꝰ. Terrotus se piꝰ agitata cõpegit. qd' si totos pietes & totas findit domos: & latera magnaꝝ turriũ q̃ solita sint scidit: & pilas opibus subditas dissipat qd ẽ q̃re qsq; dignũ annotari putet, secreta ee æquitet ab imo ad caput in ptes duas stauá. Quare tamẽ p plures dies motus siũt Nõ desiit. n. assidue tremere cãpania clemẽtius qdẽ sod in dẽti dãno: qa pssa quassata q̃uebat. qbus ad cadẽdũ molestãtibus nõ erat spes li sed agitari. Nõdũ uidelicet spũs ois exierat: sed adhuc emissa sui pte maiore oberrabat. Inter argumẽta qbus ,pbat spũ ista fieri nõ est q̃ dubites & hoc ponere. cũ maximus ædituus tremor ẽt: quo in urbe terra sq; crebrius ẽ. nec põt postea illi subseq aliis: sed post uim maximaꝫ leues motus fũt qa ue hemẽtius exitu uetis luctãtibus fecit. Reliqæ deide residui spũs: nõ idẽ pñt nec illis pugna opus est cũ iam uiã inuenerint sequẽturq; ea q̃ pria uis ac maxia inuasit. hoc quoq; dignũ mẽoria iudico ab eruditissimo & grauissimo uiro cognitũ. forte. n. cũ hoc euenit lauabar: Vidisse se affirmat i balneo thessalas qbus solũ erat stratũ alterã ab altera separari idẽq; cõmitti & aquã mõ recipi in cõmissuras pauimẽto recedẽte. mõ cõpresso bullire & elidi. Eundẽ audiui narrãtem uidisse se materias moliũs crebriusq; tremere quoniã natura duri sunt. Hæc Lucili uiroꝝ optime quantũ ad ipsas cãs. Illa nunc quæ ad cõfirmationẽ aioꝝ ptinẽt quos magis refert natura fortiores fieri q̃ doctiores. Sed alteꝝ sine altero nõ fit. Nõ enim aliũde aio uenit robur: q̃ bonis artibus q̃a cõtemplatione naturæ.

Quẽ. n. nõ hic ipse casus aduersus oẽs firmauerit: erexerit? Quid est. n. cur ego hoies aut ferã quidẽ? Cur sagittã aut lanceã tremã. Maiora me picula expectãt. Fluminibꝰ & terris & magnis naturæ ptibus perimur. Ingẽti itaq; aio mors prouocãda est, siue nos æquo uastoq; ipetu aggredi: siue quotidiano & uulgari exitu. nihil refert q̃ minax ueniat q̃tunq; sit qd' in nos trahat. Quod a nobis petit minimũ est. Hæc senectus a nobis ablatura est. hæc auriculæ dolor, hæc in nobis humoris corrupti abũdantia. hæc cibus parũ obseqnẽs stomacho. hæc pes leuiter offensus. Pusilla res est hoĩs aia: sed ingẽs res est contẽptus aiæ. Hãc qui contẽpsit securus uidebit maria pturbari etiã si illa oẽs excitauerint nẽti. etiã si æstus aliq; pturbatione mũdi: totũ in terras uertet oceanũ. Securus aspiciet fulminãtis cæli trucẽ hac horrendã faciẽ: frãgat licet cælũ & ignes suos in exitũ oĩum in primis suuꝫ misceat. Securus aspiciet turpis cõpagibus dehiscẽs solũ. Illa inferioꝝ regna detegant: stabit sup illaꝫ uoraginẽ itrepitus: & fortasse quo debet cadere desiliet. Quid ad me q̃ sint magna qbus peor? Ipsũ perire nõ est magnũ. Proide si uolumus eẽ fœlices: si nec hoĩum nec deoꝝ nec reꝝ timore uetati: si despicere fortunã supuacua, pmittentẽ: leuia manifestantẽ. Si uolumus trãquille degere: & ipsis diis de fœlicitate cõtrouersiã agere. aĩa in expedito est habẽda. Siue illã insidiæ, siue morbi petent, siue hostiũ gladii, siue insulaꝝ cadẽtiũ fragor: siue ipsaꝝ ruina terraꝝ. Siue uasta uis ignium urbes agrosq; pari plade cõplexa q̃ uolet illã eã accipiat. Quid aliud debeo. q̃ exeuntẽ hortari cũ oĩbus bonis emittere. Vade fortiter: uade fœliciter. Nihil dubitaueris reddẽs. Nõ de te sed de tpe est qõ. Facis quod q̃nq; faciendũ est. Nec rogaueris: nec timueris: nec te uelut in aliq̃d malũ exiturũ tuleris tetro. Rarũ natura quæ te genuit expectat & locus melior ac tutior. Illic nõ tremũt terræ. nõ iter seuẽti cum magno nubiũ fragore concurrunt. Non incendia regiones urbesq; uastant. non naufragoꝝ totas classes sorbentium motus est. Non arma cõtrariis disposita uexillis & minima pernitie multorum millium par furor. Non pestilentia & ardẽtes promiscue cões populis cadẽtibus rogi. Istud leue est. Quid timemus? Graue est potius semel incidat q̃ semper ipendat. Ego aũt perire timeã cuꝫ terra ante me pereat: cũ ista quatiantur quæ quatiũt? Et in iniuriã nostrã nõ sine causa ueniunt, helicem burimq; totas mare accepit. Ego de uno corpusculo timeã? Supra oppida duo nauigãt: duo ãt quæ nouimus: quæ i nostrã noticiã memoria litteris seruata pduxit. Quã multa alia aliis locis mersa sunt. Quot populos aut terra aut infra se mare inclusit. Ego recusem mei finẽ cũ sciam me sine si ne non esse: imo cũ sciam oĩa eẽ finita? Ego ultimũ suspiriũ timeã? Quantũ potes itaq; repente cohartare Lucilli cõtra mœtũ mortis, hic est qui nos humiles facit: hic est qui ipsam uitã: cui parcit inquietat ac pdit, hic oĩa ista dilatat terraꝝ mœtus & fulmina. Quæ oĩa cõstant si cogitaueris nihil interesse iter exiguũ tps & longũ. Horæ sunt q̃s pdidimus. Puta dies esse, puta mẽses: puta annos. Petidimus illos nẽpe perdituros. Quid oro te refert? Nõ pueniã ad illos? Fluit tps & auidissimos sui deserit. Nec qd' futuꝝ est meũ est. Nõ quod fuit puncto fugientis tpis. Pẽdeoq; & magni est modicũ fuisse. Elegãter Millesius sapiẽs dicenti cuidã sexaginta annos hẽo, Hos inquit dicis. lx. quos nõ habes? Nec ex hoc quidẽ intelligimus incõprehẽsibilis uitæ cõditionẽ & sorte tpis semp alieni q̃ annos annumerauimus amissos, hoc assignamus aio. hoc nobis subinde dicamus. Moriendum est Quando? Quid tua? Mors naturæ lex est. Mors tributũ officiũq; mortalium: maloꝝ oĩum remedium est. Optauit illã quisq; timet. oĩbus omissis hoc unũ Lucilli meditare ne mortis nomẽ reformides. Effice illã tibi cogitationẽ multa familiarẽ. Vel si ita tuleris posse illi & obuiam exire.

Lucii Annei Senecæ Cordubensis: Naturalium Liber Septimus & Vltimus: in quo agitur de Cometis.

Emo usq; tardus & hebes & demissus i terrã ẽ ut ad diuina nõ erigar ac tota mẽ[illegible] surgat utiq; ubi nouũ aliq̃d e cælo miraculũ fulsit, nã q̃diu solita decurrũt magnitudinẽ reꝝ cõsuetudo subducit. Ita. n. cõpositi sumus ut nos quotidiana ẽt si admiratione digna sunt trãseant. Cõtra minima quoq; reꝝ si insolitæ, pdierũt spectaculũ dulce fiat Hic itaq; cœtus castroꝝ qbus imensi corpis pulchritudo distinguit populũ in cõuocat. At cũ aliqd ex more mutatũ est oĩum uultus i cælo est. Sol spectatorẽ nisi cũ deficit. nõ hẽt. Nemo obseruat luna nisi laborante. Tunc urbes cõclamat: tũc p se q̃q; superstitione uana trepidat. Quãto illa maiora sunt: q̃ sol totidẽ (ut ita dicã) gradus quot dies hẽt & annũ circuitu suo claudit: q̃ a solstitio ad minuẽdos dies uertit: q̃ a solstitio statũ iclinat & dat spatium noctibus: q̃ sydera [illegible] cũ tãto maior sit illis nõ urit: sed calorẽ suũ itensionibꝰ ac remissionibus tẽperãdo fouet: q̃ luna nũquã iplet nisi aduersã sibi obscurat. hæc tã nõ annotamus q̃diu orto seruat. Sed si q̃d turbatũ ẽ aut pter cõsuetudinẽ emicuit expectamus: interrogamus: oũdimus: adeo naturale ẽ: magis noua q̃ magis mirari. idẽ in cometis fit: si rarius & insolitæ figuraꝝ ignis apparuit. Nemo uero scire qd sit cupit: & oblitus alioꝝ de aduẽtitio q̃rit ignarus utrũ debeat mirari aut timere. Nõ. n. defũt q terreant q̃ significationes eius graues pdicẽt. Sciscitanꝰ itaq; & cognoscere nolunt: pdigiũ sit an sydus. At mehercules nõ aliud qs aut magnificẽtius q̃ fierit aut didicerit utilius: q̃ de stellaꝝ syderũq; natura utraꝝ flãma cõtractat: qd' & uisus nr affirmat & ipsũ ab illis fluẽs lumẽ & calor ide descẽdẽs: an uero sint flãmei orbes: sed solida q̃dã terrenaq; corpa p q̃ igneos tractus labẽtia i splẽdore trahant colorẽq; nõ de suo clara. In q̃ opinione magni fuere uiri q sydera crediderũt ex duro cõcreta & ignẽ alienuꝫ pascẽtia. Nã p se inquntꝰ flãma diffugeret nisi aliqd hẽret qd' teneret & a quo teneret: conglobatãq; nec stabili iditã corpi. Pro creto iã mũdus turbiẽ suo dissipasset. Ad hæc iuestigãda, pderit q̃rere. Nũ cõetæ cõditiõis sint cuius supiora. Videnr. n. cũ illis q̃dã hẽre coĩa ortus & occasus. Ipsa quoq; quis spargaꝫ & lõgius exeat faces æq̃. n. ignei splẽdidiq; sunt. Itaq; si oĩa terrena sydera sunt. his quoq; eadẽ fors erit. Si uero nihil aliud fũt q̃ purus ignis: mouẽturq; mẽsibus senis: nec illos cõuersio mũdi soluit. & uelocitas illa quoq; pñt & tenui cõstare materia, nec ob hoc discuti assiduo cæli circũactu. Illo quoq; ptinebit hoc excussisse ut sciamus utrũ mũdus terra stãte circũueat: an mũdo stãte terra uertaꝫ. Fuerũt. n. q dicerẽt nos eẽ quos reꝝ natura sciẽtes ferat nec cæli motu fieri ortus & occasus sed ipsos oriri & occidere. Digna res ẽ contẽplatiõe ut sciamus i quo reꝝ statu simus pigerrimam fortiti an uelocissima sedẽ circa nos dẽre oĩa: an nos agat. Necessariũ est ãt ueteres ortus cometarũ hẽre collectos dephendi. n. pp raritatẽ eoꝝ cursus adhuc nõ põt nec explorari an uices seruẽt & illos ad suũ diẽ certus orto ,ducãt. Noua hæc cælestiũ obseruatio ẽ: & nup in græciã inectã. Democritus quoq; subtilissimus antiquoꝝ oĩum suspicari se ait. Plures stellas esse q̃ currãt. Sed nec numerũ illaꝝ posuit nec noĩa. nec dũ cõprehẽsis. v. sydeꝝ cursibus. Euderus primus ab ægypto hos motus in græciã trãstulit. Hic tamẽ de cometis nihil dicit. Ex quo apparet nec apud ægyptos qdẽ quibus maior cæli cura fuit hãc partẽ elaborata eo nõ prima diligẽs & ipse inquisitor defectiões qdẽ solis seruatas ab ægyptiis collegit: & nullã aũt mẽtionẽ fecit cometaꝝ nõ ptermissur[illegible]. siqd explorari apud illos cõpisset. Duo certe apud caldeos studuisse se dicũt Epygenes & Apolonius mũdi peritissimus inspiciẽdoq; naturaliũ inter se dissidẽt. Hic. n. ait cometas in numero stellaꝝ errantiũ poni a chaldeis teneriq; cursus earũ. Epygenes contra ait chaldeos nihil de cometis habere cõprehẽsi: sed uideri illos accẽdi turbine quoda aeris concitati & itorti. Primũ ergo si tibi uidetur opiniones huiusmodi ponamus ac refellamus. Hinc uidetur plurimũ uirium habere. ad eos sublimuꝫ motus stellaꝝ saturni. hæc tum proxima signa Martis: aut in lunæ uicina transit: aut solis incidit radios natura uentosa & frigida contrahit' pluribus locis aera cõglobatq;. Deinde si radios solis assumpsit: tonat: fulguratq;. Si martẽ quoq; cõsentientẽ hẽt. fulminat. Præterea ingt aliã naturã habẽt fulmina. Aliã fulgurationẽ aquaꝝ enim & oĩs humidi euaporatio splẽdores tantũ cæli citra ictũ minaces mouet Illa aũt calidior siccior terraꝝ exalatio fulmina extundit. Tabes uero & faces quæ nullo alio iter seq̃ magnitudine distant, hoc modo fiunt. Cum humida terrenaq; in se globus aliquis aeris clausit: quem turbinem demẽs quacunque fertur præbet speciem ignis extenti. Quæ tandiu durat quãdiu mansit aeris illa cõpletio humidi intra se terrenique multum uehens. Vt a proximis mendaciis incipiam: falsum est faces & trabes exprimi turbine. Turbo enim circa terras cõcipitur ac fertur. Ideoq; arbusta radicitus uellit & quacunq; incumbit solum nudat. Siluas interim & tecta corripiens inferior fere nubibus. utique nunquã altior. At circa trabes editior cæli pars ostẽtat. ita nunquã nubibus obstiterunt. Præterea turbo omni nube uelocior rapit: & in orbẽ uertitur. Super ista uelocior desinit & ipse se sua ui rumpit. Trabes aũt nõ transcurrũt nec pteruolãt ut faces sed cõmorantur & i eadem cæli parte collucent. Chrinãder quoq; in eo libro quem de cometis composuit. ait Anaxagoraꝝ uisuꝫ grãde isolitũq; cælo lumẽ magnitudinẽ amplæ trabis & id p multos dies fulsisse. Calisthenes tradit anteq̃ burim & helicẽ mare absconderet. Aristo. ait: nõ nubẽ illã sed cometẽ fuisse. Cæteraꝝ ob nimiũ ardorẽ nõ apparuisse sparsum ignẽ. sed pcedente tpe cũ iaꝫ minus flagraret: redditã suã

